vtrum polluta per adulterium possit postea duci in matrimonium, vide in tex. & in gl. summæ, 31. q. 1.

vtrum binæ vel vlteriores nuptiæ permittantur, vide in tex. c. aperiant, 33 q 1.

vtrum possit duci in vxorem ea, cui quis dedit fidem de ea ducenda, dum viuebat vxor prima vide glos. summæ, 31. q. 1.

Si iuraui non cognoscere cõcubinam meam vtrum possim postea contrahere matrimonium secum, vide gl. in c. illud 31. q. 1.

vtrum adulter possit dimittere adulteram, uide in tex. 31. q 1.

Casus quibus non potest maritus accusare vxorem adulteram vide in gl. summæ. 32. q. 6.

vtrum ille, qui dimisit vxorem causa fornicationis possit aliam ducere. vide in tex. 32 q 7.

vtrum possit dimitti vxor sterilis ex ea causa, vide in tex. 32. q. 7. c. tantum valet.

vtrum in matrimonio requiratur sẽper quod sit spes filiorum, vide gl. in c. hi qui. 23. q. 7.

vtrum possit contrahi matrimonium cum Hæbrea sub conditione ut efficiatur Christiana, vide in text. & in gl. summæ. 32 q. 8.

vtrum propter impossibilitatem coeundi possit vxor dimitti, & quotuplex sit impedimentum, & quanto tempore debeat durare tale impedimentum: & vide in text. & in gloss. summæ, 33. quæstione 1.

vtrum mulier post separationem mariti possit nubere ei, cum quo prius

prius fornicata est, vide in text.late, 33.q.2.

vtrum liceat marito interficere vxorem aliquo casu, vide in text. 33. q.2.

Quod si separatur vxor à marito ex causa cõsanguinitatis, postea reperiatur contrarium, an debeat de nouo recipi ab eo, vide in tex & in gl. summæ. 35.q.9.

vtrum filii secundi matrimonii contracti, & postea dissoluti possunt iungi in matrimonio cum consanguineis prioris viri, vide in text. 35.q.10.

vtrum vxor quæ contradicente marito intrauit religionẽ, si vir postea consensit, possit exire, uide gl.in c. mulier, 33.q.5.

vtrum & quomodo coniuges possint vouere, uide glo.in c. manifestum, 33.q 3.

vtrum vxor teneatur sequi maritum vt vagabundum, vide gl. c. si quis necessitate, 24.q 2.

vtrum si hodie vnus homo esset tantum, an posset cotrahere matrimonium cum sorore, vide gl.in c.cum igitur, in uerbo honestissima, 35.q.1.

vtrum sit proprie coniugium inter sponsum & sponsam, vide in tex. & in secunda glo.summæ, 27.q 1.

vtrum sit matrimonium vel coniugium inter infideles, & si quis eorum efficitur fidelis, an possit dimittere alium, vide in text. & glo. summæ, 28.q.1.

vtrum vxor possit relinqui pro qualibet fornicatione, etiam semel tantum commissa, vide gl.in c idololatria, 28.q.1.

vtrum hæreticus qui voluit baptizari, sed non potuit, possit contrahere matrimonium, vide glo.in c.caue, 28.q.1.

vtrum sit matrimonium inter errantes de conditione sua, vide in tex. & in glos.summæ, 29 q.1.& etiam 2.

vtrum liceat marito reddere debitum vxori, quando ipse leuauit propriũ filium de sacro fonte, vide in text. & in gl summæ. 30 q.1.

vtrum sponsalia possint contrahi inter fratres, vide in tex. 30. quæst.3. c. Pictacium,

Quæ ætas & quot alia requirantur in vero matrimonio, vide in glo.summæ, 30.q 2.

vtrum filii adoptiui possint copulari matrimonio cum filiis naturalibus, vide in tex 30 q.3.

vsque ad quem gradum sit prohibitum matrimonium, vide glo.summæ, 30.q 3.

Qui filij sint legitimi.

vtrum filii nati de incestuosis nuptiis reputentur filii, uide in text.35.q.7.

vtrum naturales seu bastardi possint promoueri ad sacros ordines, vide in dist.56.

vtrum filii spurii sint exclusi ab omni beneficio iuris, vide gloss in cap. cum multæ. 15. quæstione 9.

Si suscipiuntur filii ex monacho & monacha, cui ecclesiæ applicabuntur, & cui fiat iniuria, vide glo. in cap. impudicas, 27. quæstione 1.

De accusationibus, inquisitionibus & denuntiationibus.

Vtrum & in quibus casibus possit de crimine quis accusari post mortem, vide gloss. in cap quorundam, in verb. non potest, distin. 23.

vtrum fœminæ admittantur ad accusandum, & maxime tutorem suspectum, vide glo. in l. prohibentur canonizata, 2.q 1.

vtrum omnes personæ etiam infames admittantur ad testificandum in criminalibus, & ad accusandum saltem in denunciatione euangelica, vide glo. in cap. si peccauerit, 2. quæst.1.

Qua pœna puniantur deficientes in accusatione, vel testificatione per calumniam facta, vel per errorem, vel per temeritatem, vel per calorem iracundiæ, vide in text. & in glo. summæ, 2. quæstione 3.

vtrum reus accusatus deficiente accusatore teneatur se purgare, vide in tex. & in glos. summæ, 2. quæst. 3.

vtrum laici possint admitti ad accusandum episcopos & alios superiores, vide in text. 2 quæstione 7.

vtrum & quando criminosus possit admitti ad accusandum ante peractam pœnitentiam, vide glos. in cap. ipsi apostoli, 2. quæstione 7.

vtrum accusatio debeat fieri in scriptis, & etiam de forma libelli accusatorii, vide in textu. 2. quæstione 7. capit. quisquis ille est.

De accusatione & de infamatione, & denuntiatione quomodo fiant, & an requirant inscriptionem ad pœnam talionis, & quot sint necessaria ad hoc ut fieri possit inscriptio, & an tunc requiratur inscriptio ad pœnam talionis, vide in gloss. summæ. 2. quæstione 8.

Quæ sint necessaria in accusatione nenda, vide glo. in c per scripta in verb. absens, 2 q.8.

vtrum infames admittantur ad accusandum etiam viles & abiectas personas, vide in tex. 3. quæstione 4.

In quibus casibus accusatus potest trahi extra prouinciam suam, vide in glos. summæ, in fin. 3. quæst. 7.

vtrum accusatores possint absentes accusare, vide in text. 3. quæstione 9.

vtrum accusator deficiens in unio capitulo debeat vlterius admitti ad alia capitula, vide in text 4. quæst. 10.

vtrum ad accusandum admittatur aliquis excommunicatus, vide in tex. 4.q.1.

Vtrum prohibitus ad accusandum possit saltem testificari, uid. in tex. 4.q.2.

vtrum quis possit esse accusator & testis in eadem causa, vide in text. & in glo. summæ, 4.q 4.

vtrum accusans teneatur se inscribere regulariter ad pœnam talionis, vide in tex. 4 q.4. c. nullus. §. inscriptio.

vtrum quis possit esse in eadem causa denuntiator & testis, vide in glo. summæ, 4.q.4.

vtrum maritus accusans de adulterio vxorem teneatur se inscribere ad pœnam talionis, vide gl. in l. si maritus, in verb. sexaginta canonizata. 4.q.7. c nullus.

vtrum accusans repertus culpabilis possit amplius admitti ad accusandum, vide in textu, & in gloss. summæ, 4 quæstione 6.

Qua pœna puniatur accusans aliquem de crimine, quod postea non probauit, uide in textu. 5 quæstio 6.

vtrum hæreticus, vel infamis admittatur ad accusandum episcopum de simonia habes in text. 6. quæst. 1.

Si episcopus velit retorquere accusationem in accusantem, vtrum sit adhibenda fides eius simplici assertioni, & etiam an soli episcopo credatur in cæteris, vide in text. & in glo. summæ. 6. quæstione secunda.

vtrum per episcopum accusatum possit peti iudicium archiepiscodi alterius prouinciæ, vide in textu. 7. c. 3.

Si accusator deficit in probatione vtrum reus accusatus sit cogendus ad probationem suæ innocentiæ, vide in tex. & in glos. sum. 6. quæst. 5.

vtrum episcopus accusatus & citatus à Papa possit redire ad ecclesiam suam propriam absque litteris apostolicis, vide in textu, & septima quæstione 5.

vtrum

vtrum clericus possit accusari coram iudice sæculari, vel iudicari ab eo vide in text.& in gl.summæ. 11. q. 1.

vtrum in causa denunciationis quis possit esse accusator & iudex & testis. & quando habeat locum denũciatio euangelica, vide gl.in c.præcipue.in verb.duos 11.q.3.

vtrum accusato sit deferenda purgatio, vide in tex.& in gl.summæ.15. q.5.

De calumniatoribus.

Quæ differentia sit inter calumniatorem, præuaricatorem, & tergiuersatorem. vide in gl.summæ.2.q.3.

De simonia.

vtrum spes sola pro honesto seruitio inducat simoniam.vide gl.in c. hoc ad nos. in ver.tonsurantur. in dist.59.

vtrum sacramenta possint præstari à simoniacis, & si præstantur an careant effectu gratię,& quid de alijs dignitatibus & sacramentis necessarijs ab eisdem præstitis, vide in tex.1.q.1.

vtrum munera possint interuenire pro iuribus spiritualibus & corporalibus.& etiam pecuniæ:& in quibus casibus dicatur simonia, vide glo. summæ 1.q.1.

vtrum spiritualia possint permutari, vide gl.summæ, 1.q.1.

vtrum pecunia possit dari pro iurib. spiritualibus & corporalibus ibid.

vtrum simoniacis ex sola voluntate sint iudicandus, vide gl.in c.qui studet in ver a communione 1.q.1.

vtrum pro ingressu monasterii pecunia sit exigenda, & an exacta restituenda, vide in tex.& etiam in glo. summæ per totum 1.q 2.

vtrum sit simonia emere ingressum vel præbendas ecclesiæ, vide in tex. & etiam in gl. summæ q.3.

vtrum filius sit reus criminis quando eo ignorante pater pro eo commisit simoniam, vide in tex.1.q.4.

vtrum sit differentia inter ecclesiam & ordinem emptum, vide in glo. summæ.1 q.6.

De differentia inter crimen simoniæ & crimen læsæ maiestatis, vide gl. in c.sane. in verbo, ad imitar.15. q. 3.

vtrum liceat filio esse in ecclesia quã pecunia paterna est consecutus, vide in text.& etiam in gl. summæ.1. q.5.

vtrum ille, qui fuit ordinatus ignoranter à simoniaco sit repellendus ab ordine ibi dato, vide in text.& etiam aliquid in gl.summæ, 1. q.6.

vtrum ordinatus simoniace possit cõuenire suum ordinatorem, vide gl. §.porro.in ver.Pœna. 6.q.1.

vtrum sit simoniacus ille, qui post electionem præstitit iuramentum canonicis de indemnitate ecclesię, vide in tex.8.q.3.

vtrum sit peccatum emere spiritualia, vide in gl.summæ.1.q.1.

vtrum ordines possint dari pretio vel gratia vel supplicationibus coniunctorum ibi.

vtrum patrocinium simoniacorum possit admitti in electionibus, vide in tex.& gl.summæ.8.q.2.

Si eligitur excommunicatus cũ alijs non excommunicatis, an uitietur in totum electio, vide gl.9.q.1.

De magistris.

vtrum bona munera sint danda doctoribus, vide glo. in l si quis canoniza a, in ver.non ad turpe.3.q.7.

vtrum doctor teneatur gratis consilium suum dare, quando illud facit absque magno labore, vide gl.in c. non licet.19.q.3.

De hæreticis.

vtrum quis dicatur hæreticus eo ipso quod errat in fide, si est paratus corrigi.vide glo in ca.nec licuit. in uerbo. ad recipiendum. in disti 17. & gl. in c hæc est. in ver.emendari. 24.q.1.

vbi agitur de fide vtrum solus Papa possit agere sine consilio cardinalium, uide in gloss. in c.Anastasius. in uer consilio in dist.19.

vtrum possit communicari cum lapsis in hæresim: & an lapsi in hæresim possint promoueri ad maiora, vide in dist.1.

vtrum sacramenta necessaria, ut est sacramentum baptismatis, possint præstari ab hæreticis, uide in tex.1. q.1.

vtrum renuncians hæresi sit recipiendus vlterius ad episcopalem dignitatem, uide in tex. & in gl. summæ. 1.q.7.

vtrum lapsus in hæresim si postea reuertatur ad fidem, recuperet iura sua,& maxime ius patronatus amissum, uide gl.in c.maximum. in uer. dignitate. q 7.

utrum hæretici sint spoliandi rebus suis.uide in tex.23.q.7.

Quæ sit pœna hæreticorum, uide in gl.summæ.23.q.7.

vtrum reuersus ab hæresi recuperet bona, uide gl summæ 23.q.7.

utrum quis possit excommunicari ab hæretico, uide in tex.& in gl.summæ 24.q.1.

vtrum per solum dictum quis efficiatur hæreticus, vide gl. in c.hæc est. 24 q.1.

Quæ differentia sit inter hæreticos & schismaticos, & quot sint genera hereticorum, vide tex.q.3.cap.inter hæresim.

vtrum hæretici possint postulare.vide gl in l.nemo. canonizata de pœnit. dist.1.

vtrum hæreticus vel infamis admittatur ad accusandum episcopum de simoniæ, vide in tex.11.q.1.

De homicidis.

vtrum iudex ecclesiasticus possit cognoscere de homicidio,& exercere causam sanguinis, uide gl. in c.illi.5.q.5.

vtrum homicida possit esse testis contra clericos, uide glo.in c.quia 5.q. 6.

utrum in ea quæ fiunt mente alienata, sint imputanda: puta furioso occidenti aliquem, uide in tex. & in gl. summæ.15.q.1.

vtrum minister iustitiæ dicatur homicida,& an peccet, uide in tex.15. q.1 nec is.

Quæ pœna puniatur occidens uel uulnerans clericum, uide in tex.17. q.4.ca.presbyterum usque ad c.nomini.

utrum sit peccatum iudici uel eius ministro occidere delinquentes, & punire eos, uide in tex. & in gloss. summæ 23.q.5.

vtrum, & quando quis possit occidi & in quibus casibus, uide in glos. summæ 23.q 5.

De pœna occidentis matrum, uide in tex. 33 q.2 melius in glo. in uerbo, parentem, c.aut facta de pœn.dist. 1.

vtrum occidens patrem spiritualem puniatur ea pœna, qua occidens patrem naturalem, uide gl. in l.aut facta, de pœn.di.1.

utrum clericus efficiatur irregularis qui uoluit committere homicidiũ & non potuit, uide glo.in c.periculose.in uersi.si pœnitentiæ.de pęn. dist.1.

Quid sit maius peccatum occidere Christianum uel paganum, uide in c.rebaptizare de consec.dist.3.

vtrum liceat marito interficere vxorem in aliquo casu.uide in tex.33. q.2.

De raptoribus.

vtrum rapiens rem propriam cadat a iure suo.uide in tex.& in gl.summæ 16.q.6.

Quis dicatur raptor, vide in tex.& gl. summæ.36.q.1.

Vtrum raptæ possint nubere raptoribus vide in tex.36.q.2.

Vtrum raptor spoliatus debet ante omnia restitui. vide glo.in §.quod autem.14.q.1.

De maleficis.

Vtrum crimen maleficiorum sit publicum vel priuatum, vide glo.in c. constituimus. in verb. maleficij. 3. quæst.5.

De vsuris.

Vtrum tutor exigens vsuras nomine pupilli teneatur eas restituere. vide glos.in c sicut. in verb. non suo.in dist.46.

Vtrum sit vsura exigere aliquid vltra summam debitam, vide in text.& in gl.summæ.14.q.3.

Vtrum sola spes reddat hominem vsurarium, & in quibus casibus possit aliquid accipi vltra sortem, quando liceat clericis vel laicis negotiari, vide in text.& in gl.summæ. 14. q.3.

Vtrum possint fieri eleemosynæ de vsuris, & de alijs illicitis quæsitis. vide in tex.& in gl.summæ.14.q.5.

Vtrum vsurarij possint pœnitere nisi effectualiter restituant vsuras, & male ablata, vide in tex in gl.summæ.14.q.6.

vtrum sit communicandum vsurario post mortem, vide gl.in c.nec quisquam,24.q.2.

De sortilegis:

Qui sunt sortilegi & de pœna eorum tam de iure ciuili, quam de iure canonico, vide in text.& in glo.summæ late 26.q.1.

Vtrum sortilegium sit peccatum, vide in tex.26.q.2.

vtrum sit peccatum perquirere stellas & planetas, vide in text.26.q.2. c.illos planetarios,& c.seq.

Quæ sortes sint reprobatæ, & quæ licitæ, vide in gl.summæ.26.q 2.

A quibus sumpsit exordium genus diuinationis, quot sunt genera diuinationis, vide in text. 26. q.3. & 4.

Vtrum dæmones possint scire futura & dispositiones hominum in mente conceptas, vide tex.26. q.4.c.fatendum.

vtrum sortilegi sint excommunicandi, vide in tex.26.q.5.

Vtrum astronomia sit approbata vel ne, vide in gl.in c.nō liceat.26. q.5.

vtrum sint reprobatæ incantationes & obseruationes dierum, & mensium, & annorum, vide in text.26. q.7.c.episcopi.

De clerico percussore.

Vtrum sacerdotes debeāt esse percussores, vide in dist.45.

De clerico per saltum promoto.

Vtrum quis possit promoueri per saltum ad sacros ordines, vide in dist. 67.& etiam in dist.59.

De priuilegijs.

Vnde dicantur priuilegia, & quid sit priuilegium. vide in dist.3.c.priuilegia.

vtrum priuilegia concessa clericis extendantur ad eorum vxores, vide gl.in can.clericum.11.q.1.

Quot modis perdatur priuilegium, vide gl.in can.priuilegium 11.q.3.

vtrum antiquioribus priuilegijs derogetur per seq. vide in tex.25.q 2.

Quis possit concedere priuilegia in præiudicium tertij, & quomodo priuilegia egrediantur personas eorum quibus conceduntur, & an in dubio præsumantur personalia vel realia. de differentia inter priuilegium & confirmationem, & an in dubio præsumantur reuocata, vide gl.summæ.25.q.2.

vtrum priuilegia requirant scripturā vide glo. in can. constitutionis 25. quæst.2.

De purgatione vulgari.

Quando habeat locum purgatio vulgaris,& purgatio canonica, vide in gl.summæ.2.q.5.

De iniurijs.

vtrum licitum sit bellum propulsando iniuriam & in repetendis reb. suis, vide in tex.23.q.2.

Vtrum iniuria sociorum possit propulsari armis, vide in tex.& in gl. summæ 23.q.3.

vtrum vindicta sit permissa, vide in tex & in gl.summæ.23.q.4.

vtrum episcopus possit remittere iniuriam factam ecclesię suæ, vide gl. in cap.si is.23.q.4.

Quid requiratur ad hoc, vt possit agi actione iniuriarum, an prouocatio ad animum. & quæ alia, vide gl.in can.si illic.23.q.4.

De pœnis.

Vtrum pęna legalis, & etiam cōuentionalis possint extendi in infinitum. vide gl.in can cum deuotissimam,12.q.2.

quomodo pœna peti possit loco interesse. uide glo.in can.fraternitates. 12.q.2.

In quibus casib. possit episcopus punire, exemptos, vide gl.in can.placuit. in verb.parochianum.sexta q. 3.

quis magis puniatur an ignobilis, uel nobilis, uide gl.in can.qui contra, 24.q.1.

De pœnitentijs & remissionibus.

Circa perplexitatem peccatorum mortalium, & etiam venialium quid eligi debeat, uide gl.i. in dist. 13.

vtrum & quando pollutio nocturna sit peccatum, uide in dist.6.

utrum quis possit peccare, ut alii euitent maius peccatum, uide in dist. 14.

Quæ sint peccata mortalia & quæ uenialia, uide in dist.15.canon.quali.

Quis magis peccet an laicus vel clericus in eodem genere delicti, uide gl in can.homo. Christianus.in distin.40.

Vtrum episcopus possit remittere pęnitentiam iniunctam a papa, uide gl.in can.accedens. in uerb. in tua. in dist. 50.

Quoties debeat quis facere pœnitentiam quando peccet, uide gl.in can. imitate Petrum.6 q.1.

vtrum sacerdos possit iniungere pœnitentias, si non est sibi concessa cura animarum, uide glos.in can.placuit.16.q.1.

Quanta pœnitentia imponatur pro peccato mortali, uide glo.in ca.qui sacramento.22.q.4.

vtrum morientibus sit indicenda pœnitentia, uide in tex.26.q.7.

Quando debeant sacerdotes iniungere pœnitentiam pro qualitate peccatorum,& quomodo, vide in tex. 26.q.7.

utrum sola contritio cordis sine confessione oris sufficiat ad impetrandam veniam peccatorum, uide notata in marg & in gl. summæ de pœni.dist.1.in uerb sunt.

vnde dicatur pœnitentia, & quid sit satisfactio, & quot considerentur in satisfactione, uide in gl.summæ de pœn.dist.1.

vtrum charitas semel habita possit vlterius perdi. vide in text. & in glo. summæ.de pœn.dist.2.

vtrum pœnitentia sit reiteranda, uide in text.& in gl.summæ de pœnitent.dist.3.

vtrum sit deneganda pœnitentia illi, qui vult agere pœnitentiam de vno peccato tantum, uide in text.de pœnitentia distinctio. tertia.

vtrum peccata remissa amplius redeant vide in text. & in glo. sum.

summæ de peniten. distinctione, quarta.
Quot sint seruanda circa confessionem & quot debeat in se continere confessio vide in tex. de penitē. dist. quinta.
Cui. debeat fieri confessio, vide in tex & in glos. summe de peni. dist. sexta.
Vsque & ad quantum tempus sit recipiendus peccator: & an etiā in mortis articulo, vide in tex. de penit. dist. 7.
Vtrum quis, debeat confiteri peccata venialia, vide gl. in can. perfecta. de penit, dist. 1.
Quid dicatur peccatum in spiritum sanctum, vide gl. in § potest etiam c. si sacerdos. in vers. ad mortem. de penit dist. 1.
Vtrum & in quibus casibus confessus teneatur iterum confiteri, vide gl. in §. his auctoritatibus, de pœnit. dist. 1.
Quæ pena ponatur pro quolibet peccato mortali. vide etiam glo. in §. sunt plures, de penit distin. 3.
Vtrum bona facta in peccato mortali valeant & prosint, vide glos. in ca. quærat. de pœni. dist. 3.
Vtrum peccata semel dimissa reuertantur amplius, vide gloss. in § eorum. can. peccatum. de pen. distin: 4.
Vtrum sacerdos possit manifestare peccata penitentiam, vide gloss. in cano sacerdos. de peniten. distinct. 6.
Vtrum confessio sit vtilis, quæ a non suo sacerdote accipitur, vide glos. in cap. placuit. de peniten. distinct. sexta.
Quæ sint consideranda in penitentia iniungenda, vide in gloss. summæ xxvj. q. 7.
Vtrum vsurarius possit penitere, nisi effectualiter restituat vsuras, vide in tex. & in gloss. summæ. 24. q. 6.

De sententia excommunicationis.

De materia excommunicationis, vide glo. in can. Engeltrudam. in ver. anathemate. 3. q. 4.
Vtrum sit prohibitum communicare cum excommunicatis, vide in tex. 11. quę. 3. can. præcipue Guaridradæ. & ca. immediate seq. ad finem vsque.
Quæ pœna imponatur presbyteris ex communicatis tangentibus sacra, vide in text. 11. q. 3. cano. si quis episcopus.
Vtrum possit appellari ab excommunicatione, vide gloss. in can. si episcopus. 11. q 3.
Quotuplex sit excommunicatio, vide gloss. in cap. si inimicus. 11. quæst. 4.
Vtrum Papa communicans, cum excommunicato ligetur etiam ipse & quid in episcopo, vide glo. in ca. quid merito 11. q. 3.
vtrum excommunicatus iniuste possit celebrare vide gloss. in c. non debet. 1. q.
Vtrum vasallus teneatur obedire domino excommunicato, vide gloss. in can. Iulianus 11 quæst. 3.
vtrum excōmunicato domino intelligantur excommunicati omnes de familia, vide gloss. in cap. quoniam 11. q. 3.
vtrum vxor teneatur reddere debitum marito ex communicato, vide gloss. in d ca. quoniam. 11. q. 3.
vtrum quis possit excommunicari, vel absolui vnico verbo, uide glos. in c. cum aliquis, 11. q. 3.
Si eligitur excōmunicatus cum alijs non excommunicatis, an valeat electio in aliquo, vide glo in c. nos in hominem. 11. q. 1.
Si pmisit qs soluere alicui intra certū tempus, & interim fuerit excōmunicatus, vtrum possit ei solui, vide gloss. in can. nos sanctorum. 15. q. 6.
vtrum magister percutiens clericum discipulum causa disciplinæ incidat in canonem, uide gloss. in cap. nullus. 18. q. 3.
Vtrum scindens uestimenta clerici incidat in canonem, & in quibus casibus licitum est absque pœna ex communicationis verberare clericum, vide gloss. in c. si quis suadente. 17. q. 4.
vtrum iniiciens manus violentas in clericum vel detinens eum in compedibus sit excommunicatus, vide gloss. in cap. Guilisatius 23. quæstione, 4.
Vtrum percutiens clericum etiam excommunicatum incidat in excommunicationem, vide gloss. in can. excommunicatum. 23. quæstio. 5.
Quomodo gesta per excommunicatos valeant, si tolerantur, vide in gloss summæ. 24. q. 1.
Vtrum quis possit excommunicari post mortem, & in quibus casibus, vide in text. & in glos. summę. 24. quæ. 3.
Vtrum pro peccato alicuius tota familia sit excommunicanda, uide in text. & in gloss. summæ. 24. quæst. 3.
Vtrum excommunicatio illicita lædat seu liget, uide in text. 24. quæst. 3.
Qui debeant excommunicari, uide in text 24. q. 3.
Vtrum laici possint excommunicare clericos de mandato superioris, vide glos. in ca. preter. in uersi. ducibus. in dist. 32.
Vtrum sacerdos pro quolibet peccato mortali sit suspensus uel excōmunicatus, vide in glos. in ca testamentum, in uersi. humiliter. in dist. 6.
utrum excommunicatio transeat in tertiam generationem, uide glos. in c. detrahe. in uer. aliqui. 1. q.
utrum sententia lata ab excommunicato ualeat quando publice tenebatur pro non excommunicato, uide glossa. in can. infamis. uer. tria. 3. quæst. 7.
utrum excommunicatus possit iudicare, uide gloss. in can re uera 3. quęstio 9.
utrum excommunicatus possit agere uel conuenire uel excipere & compensare, uide gloss. summæ 4. quæstio. 1.
utrum sit excommunicatus citatus certa die sub pena excommunicationis, si fuit impeditus comparere ca die, uide gloss. in can. quisquis. 4. quæst. 5.
utrum eleemosyna possit fieri excommunicato, uide gloss. in can. non omnis. 5. quæst. 5.
utrum habens Papa potentiam excommunicandi possit etiam absoluere excommunicatum, uide glo. c. peruenit. 7. q. 1.
Quis dicatur excommunicatus, & an excommunicatus uel depositus cōferat sacramenta & maxime an conficiat uerum corpus Christi, uide gloss. summæ 9. q. 1.
utrum patrocinium simoniacorum possit admitti in electionibus, uide in tex. & in gloss. summæ. 8. quæst. secunda,
utrum uxor teneatur reddere debitum marito excommunicato, uel filius, uel seruus comunicare cum patre uel cum domino excommunicato, uide gloss. in cap. quoniam, 11. quæstione. 3.
utrum excommunicatus admittatur ad accusandum, uide in text. 4. q. 1 æstio. 1.
utrum sortilegi sint excomunicandi uide in tex. 26. quæst. 5.
utrum excommunicatus ab episcopo possit reconciliari a sacerdote, uide in tex. 26 q. 6.
utrum excommunicatus possit communicare cum excommunicato. uide gloss. in cap. deuotam. 27. quęstione, 1.
utrum iniciiens manum in uestem clerici sit excommunicatus, uide glo. in canon. si quis pulsatus. de pen. disti. 1.
vtrum excommunicatus possit contrahere matrimonium, uide gl. in can. nullus, de conse. dist. 4.

De verborum significatione.

Quid sit canon, uide in distinctione tertia.
Vnde dicatur sacerdos & antistes & presbyter, & vates, & archiepiscopus vide in distinct. 21.
Quomodo capiatur mensis. idus & nonæ, vide gloss. iu cap. propter.

FINIS.

Ludouicus Bologninus vtriusque iuris Doctor & eques, iura ciuilia de mane ordinariè legens, in almo ac vetustissimo Bononiensi studio, anno, millesimo quadringentesimo septuagesimo secundo, precedentem tabulam ingeniose compilauit.

Decretalium secundum ordinem litterarum Alphabeti à quibus inchoantur, collecta adnotatio.

FINIS.

Bis centum titulos, sed quinque denos remouebis.
Sunt decretales ter mille, sed absque nouem bis.

TABVLA CAPITVLORVM DECRETALIVM.

0 .

Cum

ex teno-

Vene-

FINIS.

MATERIAS

MATERIAE SINGVLARES, QVAE IN VARIIS DECRETALIVM GLOSSIS ADNOTANTVR.

Primus numerus paginam, secundus columnam denotat.

E

exempti

Iure-

legatum

M

N.

Nomi-

procur

FINIS.

ARBOR CONSANGVINITATIS.

Non gignunt dextros qui stant in parte sinistra,
Læua dat vxoris, dat tibi dextra mares.

FIGVRA Arborea licet ad septimũ deberet gradum protendi, cum vsq; ad eum secundum decreta sit prohibitio coniugalis, seu q. ca. de affinitate. & extra de cland. despon. c. cũ inhibitio. tñ quia per illa noua ipsa coniugalis prohibitio est in tribus postremis gradibus reuocata, vt dicto c. cum inhibitio. & de cõsan & affin. c. non debet, ideo vsq; ad quartam duntaxat figuram hãc duximus extẽdendam. Nec id ipsum graduum cognitionem quoquo pacto impedit. Qui enim duorum auctorum computationem agnouerit, illam etiam vsque in gradum centesimum, & eo amplius si opus sit, deducere poterit.

Quam aptissime hæc imprimatur, tum consanguinitatis tum affinitatis, arbor iudicet qui huiusce causæ trigesimæquintæ, cum canones & legit, & intelligit.

Consanguinitas est attinentia personarum ex eo ꝓueniens, ꝙ vna descendit ab altera, vel ambe ab eadẽ. Vel est uinculum personarum ab eodem stipite descẽdentium carnali propagatione contractum Et dicitur a con, quod est simul, vel vnitum; & sanguine, quasi sanguinis vnitas.

Linea est collectio personarum ab eodem stipite descendentium gradus continens, & numero distinguens, & est triplex. scilicet graduum descendentium ascendentium, & collateralium.

Gradus est habitudo distãtium personarum, qua cognoscitur quota agnationis vel cognationis distantia duæ personæ inter se differunt, Et dicitur gradus ad similitudinem graduũ scalarum, uel locorum proclinium, quia gradimur de proximo in proximum.

CONSANGVINITAS PER tres regulas declaratur.

PRIMA. Regula magistralis pro linea recta. Ascendentium & descendẽtium quot sunt personæ de quib. quæritur, computatis intermedijs una dẽpta. tot sunt gradus inter eas. Si igitur vis scire quantũ distat abauus a Petucio, (Petrucium esse fingimus in cellula vbi est facies) utroque computato, & intermedijs quinque sunt personæ: deme vnam, quattuor sunt gradus. sic de alijs.

¶ *Pro linea collaterali duæ sunt regulæ.*

¶ Collaterarium in linea æquali quoto gradu quis distat a communi stipite, toto distant inter se uel sibi attinẽt. Exemplum pone. Cum facias abauum stipitẽ inter P. & pronepotem propatrui (nam illi sunt in linea æquali:) quilibet distat a stipite. quarto gradu: ergo ĩter se quarto. De computatione tantummodo canonica loquor.

¶ Collaterariũ in linea inæquali quoto gradu remotior distat a communi stipite, toto distãt inter se. Exẽplum pone faciendo abauum stipitem. P. & filius propatrui sunt in linea inæquali. Computemus ergo a remotiori, scilicet a P. sed p. distat a stipite quarto gradu, ergo a filio propatrui quarto. Semper intellige secundum canones.

¶ *Pro arbore consanguinitatis secundum computationem eiusdem dantur tales regulæ.*

PRIMA. In linea recta ascendentium & descendentium quot sunt personæ de quibus quæritur computatis inter medijs una dempta, tot sunt gradus inter eas.

¶ *Pro linea collaterali.*

¶ Collaterarium in linea æquali quoto gradu quis distat a communi stipite, toto duplicato distãt inter se, uel sibi attinent. Nam secundum leges quælibet persona gradum facit in collateralibus. Computatio enim Legistarum ob aliud fit, quam computatio Decretistarum.

¶ Collaterarium in linea inæquali quot sunt personæ stipite dempto, tot sũt gradus. Si ampliorẽ optas enucleationẽ, recurre ad Ioãnis Andreæ declarationem.



CIRCA LECTVRAM Arboris diuersis olim diuersum modum tenentibus, Ioannes de Deo Hispanus post istos lecturæ ipsius arboris nouũ modum assumens, per suas metricas regulas ipsius intellectum nisus fuit aperire: sed propter multitudinem regularum, & uersuũ obscuritatem aliquibus notum ignotum, alijs ignotum ignotius reddidit, Attendẽs igitur ego Io An inter decretorũ doctores minimus & indignus, inuentionem arboris ex eo fuisse, vt habentibus materiam consanguinitatis, & affinitatis ignotam nota: & habentibus notam, ex oculorum inspectione notissima fieret: antiquorum scripta reuolui, & (prout expedire credidi) compilaui.

¶ Primo quærens ad vtramque arborem ad quid fuerit inuentio arboris necessaria. Secundo, an sit authẽtica Tertio, ad quid in volumine decretalium repetita quæ olim fuerat in decretis.

¶ Primæ q̃stionis ex superius dictis patet solutio probatio enim ad oculum alias vincit in ti. de gradi. §. agnationi. 27. q. 1. nec aliqua. Ex ostensione enim facti quædam melius percipiũtur quam elocutione, extra de donat. Apostolicæ. ver. si. Hinc est, quod agrorum dimensio subicitur oculis. 16. q. 3. inter de præscri. qa in iudicante C. fi. reg. l. 3. Ventris inspectio: an mulier sit prægnans. ff. de ven. inspi. l. 1. in prin. Locorum pudicitiæ inuestigatio, an mulier sit virgo. extra de ꝓb. posuisti an arcta. de frig. & ma. fraternitatis, vel aliter impedita, eod. tit ex litteris. Iniuriæ an sit atrox æstimatio. ff. de fer. l. 1. Et litteræ papales an sint veræ vel falsæ. de cri. fal. licet.

Oculis multa subijciuntur.

¶ Ad secundum dic, quod arbor authentica est, q̃d patet ex canonib. Isidori, & Alexãdri 34. q. 5. c. 1. 2. & vlt.

¶ Ad tertium dic, ꝙ quia in decretis de consanguinitate, & affinitate tractatur, vtile fuit ibi arborem ponere, & quia in decre alib. est idem tractatus, & in hoc volumine vtile fuit repeti ex eo maxime, quia nemini venit in dubium, id satis esse validum satisq; famosum quod repetita lectio, probat C. de emend. lu. co. l. vna. Item ex eo quia antiq canones circa materiam illam multum fuerunt correcti: vnde expediens fuit secundum statutum iurium nouorum antiquam ararborem decidere.

Deinde ad arborem cõsanguinitatis specialiter descendamus. Et primo quæritur quid sit cõsanguinitas, & unde dicatur: quid linea: quid gradus. Secundo quæritur, quomodo arbor formet & quare sic formetur, & quare sic punctetur, & inter ponemus regulas per quas cognoscuntur gradus, demum ponemus quædam notanda, & quasdam quæstiones.

¶ Ad primum dico, ꝙ cõsanguinitas est attinẽtia personarum ex eo proueniens, quia vna descendit ab altera, vel ambæ ab eadem. Vel est vinculum personarum ab eodem stipite descendentium carnali propagatione contractu, quod satis est idem. Dicitur autem ꝯsanguinitas, quasi sanguinis vnitas a con. & sanguine. qa de communi sanguine descendũt. & quo ad probationem coniugij nõ distinguo, an tales consanguinei sint producti ex vxorio coitu, vel ex fornicario, quod est expressum extra de proba. per tuas.

Consanguinitatis diffinitio.

¶ Linea vero est collectio personarum ab eodẽ stipite descendentiũ gradus cõtinens, & numero distinguẽs. Et est triplex linea scilicet graduum descendentium, ascendentium, & collateralium, vt infra patebit, & ff. de gradi. l. 1. & l. iurisconsultus.

Lineæ diffinitio: & eius multiplicitas.

¶ Gradus est habitudo distantium personarũ, qua cognoscitur quota agnationis vel cognationis distantia duæ personæ inter se differunt. Et dicuntur gradus ad similitudinem gradum scalarum, vel locorum procliuium, quia ita gradimur de proximo in proximum. ff. de gradi. l. iurisconsultus. §. gradus.

Gradus descriptio.

¶ Formatur autem sic arbor primo vide cellulas ascẽdentium: secundo descendentium, demum collateralium

Arboris cõsanguinitatis formatio

lium. Ascende super cellulam vacuam: quæ tamen sit ideo vacua, quia non potuit nomē proprium habere: cū aliæ cellulæ exceptus his, quæ per genitiuu nominantur, sumant nomen ab ipsa. Quomodo enim possumus illam cellulam nominare, quam dicimus filiū patris, fratrem fratris, patrem filij. & sic de singulis? & eam alij vocant Ioachim alij Prothem: alij truncum, nos autem a nomine bidelli nostri vocemus eum Petrucium. Et scire debes ꝙ cōpetenter illæ cellulę mediæ ascendentium & descendentium diuiderentur directe per medium, vt à latere dextro illarum cellularum ponerent nomina maritū, vt abauus, proauus, &c. a latere sinistro nomina mulierum, vt abauia, proauia &c. quia positi a latere dextro descendunt a matribus, & econuerso. Supra cellulam vacuam est cellula hęc continens pater, mater, & vnum punctum supra, & vnum infra. Supra illum est cellula auus, auia, continens duo puncta, supra, Et duo infra. Supra illa est cellula proauus proauia continens tria puncta supra, & tria infra. Supra illam est cellula abauus, abauia, habens quattuor supra, & quattuor infra. Descendendo sub cellula vacua est cellula habens filium & filiam: & habet vnum punctum supra, & vnum infra. Sub illa habens nepotem & neptem, & duo puncta supra, & duo infra. Sub illa proneptem & pronepotem; & tria puncta supra, & tria infra. Sub illa ab nepotem & ab neptem, & quattuor puncta supra & quattuor infra.

¶ Antequam ad collaterales transeamus, scire debes ꝙ punctorum numeratio est numeratio graduum habito respecto ad cellulam vacuam, & puncti superiores denotant computationem secundum ius canonicum. puncti inferiores secundum ius ciuile, &c. Ponitur autem cōputatio canonica in superiori parte cellularum: ciuilis vero in inferiori, vt detur intelligi ex excellentia iuris canonici ad ciuile: & maxime quo ad hunc casum, quo instruimur in matrimonijs, quæ licite contrahi possint necne. & cum matrimonium sit sacramentum ecclesię, in eo præcipue lex minor est canone extra de secun. nup. c. vlt. & pœn. Vides autem ex punctatione prædicta, quod in computatione ascendentium & descendentium concordat vtrumque ius: quia in eis semper persona addita ꝑsonæ per carnis propagationem gradum adijcit.

(Margin: Ius canonicum est excellētius ciuili.)

(Margin: Regula lineæ rectæ.)

¶ Ad inueniendum autem gradus inter eos secundum vtrumque ius, tolle hanc magistralem regulam. Ascendentium & descendentium quot sunt personæ de quibus q̄ritur cōputatis inter medijs vna dēpta, tot sunt gradus inter eas. Si igitur vis scire quātum distat abauus a Petrucio: vtroque computato & intermedijs, quinque sunt personæ deme vnam in quattuor sunt gradus. Idem dico de ipso P. ad abnepotē: quia eo modo erit reperire quinque personas: & sic quattuor sunt gradus. Si velis scire quot distet abauus P. ab abnepote P. inuenies ibi nouem personas computato P. & sic octo erat gradus. Scias autem ꝙ iste P. non habet totum suam computationē in arbore Scias. n. quilibet habet duos parētes quattuor auos: octo proauos: sedecim abauos: & sic semper ascendentes duplicātur. Vnde impossibile fuisset tot personas in arbore scribere.

(Margin: Coniugalis prohibitio in recta linea ē perpetua.)

¶ Quæro an inter ascēdentes & descendentes prohibitio copulæ cōiugalis excedat quartum gradum? Et dicit Gott. in sum. de consang. & affini. §. iterum quantum, ꝙ non, per decre non debet. eod. tit. quæ generaliter loquitur. Alij communiter contradicentes inter ascendentes & descendentes perpetuam esse prohibitionē dicant: & quod de quarto gradu dicitur, in collateralibus locum habet. ad hoc. 35. q. . progen em. & duobus capitulis sequent. in quibus dī ꝙ olim non solum vsque ad secundum gradum, sed etiam in quantum notitia erat parentelæ, extendebatur prohibitio. Ex quo ergo certum est alterum descendentem & alterū ascendentem perdurat prohibitio, ad. de in institu. de nup. §. i. ff. de rit nup. l. nu ptiæ. & hoc verum puto.

(Margin: Regula collateralium.)

¶ Ad collaterales transeamus, & ad fratrē & sororem & causa breuitatis prosequendo solū partē mediam arboris admodū vexilli: qua intellecta reliqua intelligetur: quæ per se paret. dicamus de fratre & descendētibus Sub cellula fratris, fratris filius filia: ex illa fratris nepos neptis. ex illa fratris ꝑnepos proneptis. & frater P. est cū P. in primo gradu ꝑm canones: in secūdo ꝑm leges. Eius filius in secūdo ꝑm canones: in tertio ꝑm leges. Nepos in tertio secūdū canones, in quarto secundu leges. Fratris pronepos est ipsi P. in quarto ꝑm canones: in quinto secundum leges: & sic debet esse: utraque punctatio, & isti sunt collaterates ad P. Et nunc de cellula patris fecimus stipitem. Fac cōsequēter stipitem de auo ex eo patruus amita: ex illa frater patruelis, & amitinus, soror patruelis & amitina, ex illa horum filius filia: ex illa horum nepos neptis. Patrus est P. secundo gradu, frater patruelis est secundo gradu filius in tertio, nepos in quarto secundu canones Per leges autem patruus in tertio, frater patruelis in quarto, filius in quinto, nepos in sexto: & sic debet esse vtraque punctatio postea fac proauum stipitem, & habet filius patruum magnū, amitam magnā, auum & amiam, auunculū magnū, & mater terram magnum illos non prosequimur. Ex cellula patrui magni propior sobrinus, propior sobrina, ex illa horum filius filia, ex illa eorūdem nepos neptis Et quia P. distat à proauo quem nunc feci stipitem, tertio gradu, ergo à patruo tertio. & à propiori sobrino tertio, & à filio tertio, & a nepote qui exit lineam ęqualitatis, quarto secundum canones, secundum leges vero distat P. à patruo magno quarto. à propiori subrino quinto, & à filio sexto, a nepote septimo, & sic debet esse vtraque punctatio. Modo fac abauū stipitem cum tribus filiis, scilicet propatruo, proauo & proauunculo, de pro auūculo non prosequor. Ex cellula propatrui oritur cellula horū filius filia, ex illa horū nepos neptis, ex illa eorūdem pronepos proneptis. isti oēs sunt cu. P. in quarto gradu, quia P. distat a stipite in quarto gradu, & ex illa linea nullus exit lineā a qualitatis, ergo oēs distāt quarto, secūdu leges ꝑpatruus distat v filius vi. nepos vij. ꝑnepos viij. & sic dēt esse vtraque pūctatio.

(Margin: Regula canonica pro collateralibus in linea æqua.)

¶ Nūc videndum est q̄bus regulis gradus illorū collateraliū cognoscantur. Collateralium æqualis liniæ vnam trado regulam secundum canones.

¶ Collateraliū in linia æquali quoto gradu quis distat a communi stipite, toto distant inter se vel sibi attinent hoc secūdum canones. Exemplū pone: quando facis abauū stipitem inter P. & pronepotem propatrui, nam quia illi sunt in linea ęquali, quilibet distat a stipite quarto gradu: ergo inter se quarto.

¶ Scdm leges vero aliter est, & sic dicimus regulam Collateraliū in linea æquali quoto gradu quis distat a cōi stipite: toto duplicato distant inter se, vel sibi attinent. Vides ergo ex superius dictis, & ex punctatione ꝙ prædicti P. & pronepos propatrui distant viij. Et insurgit illa diuersitas, quia secundum leges quilibet persona gradum facit in collateralibus. Vnde duo fratres faciunt duos gradus: secundum canones vero duę personæ faciunt vnum gradum. Vnde (vt patet in cellula fratris) frater est cum P in primo gradu secundū canones, in secundo, secundum leges: sed computatio eorū ob aliud fit, q nostra. 35. q. 5. ca. 2. Bene ergo dī secundū leges, ꝙ in æquali linea collateraliū siue linea sit paris numeri, siue disparis, non est reperire disparem gradum, vide in linea paris numeri secunda, vel iiij disparis numeri vel iij. In prima ij gradus, in secunda iiij. in tertia vi. in quarta viij. quod non est ꝑm canones, quia in æquali linea dispari numeri habemus disparē gradū; quia in prima primum, in tertia tertium, in quinta quintum: & sic de singulis.

(Margin: Regula ciuilis, collateralib. in linea inæquali.)

¶ Nunc restat videre de collateral. b. in linia inæqua li, de quibus traditur talis regula secudum canones Collateraliū in linia inequali quoto grado remotios distat a communi stipite, toto distāt inter se. Exēplū pone faciendo abauum stipitem P & filius propatrui

sunt

sunt in linea inæquali cõputemus ergo à remotiori, s. à P. sed P. distat à stipite quarto gradu: ergo à filio propatrui iiij. & idem in descentibus vsq; ad lineam æqualitatis: & hoc est quod dicimus, quod persona addita personæ vsque ad lineam æqualitatis non crescit gradus quia propatruus, filius, eius nepos, & pronepos omnes distant iiij. gradu à P. Sed aliter secundum leges, secundum quas talem regulam tradimus.

Regula ciuilis in linea inæquali.

¶ Collateralium in linea inæquali quot sunt personæ (stipite dẽpto) tot sunt gradus. vnde P à stipite distat iiij. a propatruo v. a filio vj. a nepote vij. à pronepote viij. & sic quælibet persona facit gradum, Vides ex supradictis quod P. nõ potest contrahere cum aliqua de arbore. Distat. n. a summo, s. ab auo: ab imo, s. a nepote; ab extremis collateralium, ab omnibus his quarto: a medijs citeriori: per quod satis patet quod cum nullo potest contrahere. Sed si extremus in collateralibus: vt puta si pronepos propatrui, vel pronepos fratris. procrearet filiam, posset P. cum illa cõtrahere. licet autem contrahatur in quinto gradu, remanet tñ consanguinitas prohibitio enim, quæ p ius positiuum processerat potuit tolli. sed naturalia sunt immutabilia 4. dist. in princ.

¶ Scire debes, quod communiter dicunt doctores, quod abauus & proauus & auus sunt bigami dicentes, quod si non essent bigami, non possent filij eorum coniugi, cum essent fratres: sed de hoc non multum curo: quia eadem ratione sic essent de alijs cellulis duplicibus, quod personæ earum essent bigami. vnde fingamus perinde ac si in qualibet duplici cellula haberemus quattuor personas, ac si diceretur propatruus & vxor, patruua, & maritus, vnde duplicatio posita fuit, vt nomina demonstraret in vtroque sexu, non vt eos coniuges denotaret. Sciendum est etiam, quod in collateralibus qualis lineæ bene sequitur ista regula affirmando. & negando. Ego & tu sumus consanguinei in linea æquali, & ego possum accipere filiam tuam. ergo tu meam, Et negatiue, Ego non possum accipere filiam tuam. ergo nec tu meam Affirmatiua procedit in linea æquali quarti gradus. Negatiua in tertio vel citeriori. Sed in linea inæquali hoc non procedit affirmando, vel negando: quia si vnus est in quarto alter in tertio vel citeriori, qui est in tertio. vel citeriori. potest contrahere cum filia eius, qui est in quarto gradu, & non econuerso. vnde propatruus huius filius & nepos contrahere possunt cum filia P. sed non econuerso.


Quæstio notabilis.

¶ Demum quæritur, an collaterales, quorum vnus est in quinto, & alter in primo puta filia P. & propatruus possint ad inuicem contrahere? Dicit Hosti. quod non & hoc not extra eod quod dilectio. & c. tua. & in sũma huius tit. de consan. §. nunquid in v. & j. quod per sua argumenta nititur probare sic, scilicet pater & filius vna persona censetur. C. de impu, & alijs sub, l. vlti. Sicut ergo non cõtrahitur cum stipite, sic nec cum filijs stipitis. bene facit prædicta decre. tua, vbi fratres videntur poni pro stipite. Cõtrarium tenet Ber. quod colligitur ex alio. quam ponit super eo tit. cap. vlt. & Ra. & Ioa. de Deo: & hoc est verissimum, quod probãt verba regulæ; solitæ § eo. c. vlt dum dicit ibi: descendentium ab eodem sed certum est quod propatruus descẽdit a stipite Præterea aut dictis, quod est inter eos prohibitio ascendentium, & descendentium aut collateralium: de primo patet negando. quod certum est filium P. non descendisse a propatruo. Est ergo prohibitio collateralium. sed certum est, quod isti distant quinto, quid igitur impediat istos collaterales contrahere, non video, Io. And.

ARBOR R.

ARBOR AFFINITATIS.

Multa dies, variusque labos huiusce parauit.
Artis notitiam : quæ modo clara patet.



AFFINITATIS DECLARATIO.

AFFINITAS secundum canones est personarum proximitas ex coitu proueniens, omni carens parentela. Et dicitur affinitas quasi duorum ad vnum finem vnitas: eo quod duæ cognationes diuersæ per nuptias secundum leges, vel per coitum secundum canones copulantur: & alter ad alterius cognationis finē accedit, vt ff. de gradi. cogna. l. nō facile. §. affines. ¶ Scias autem, ꝙ affinitas est perpetuum impedimentum, quod durat etiam mortua persona, qua mediante contrahitur. 35. q. 10. fraternitatis.

¶ Per carnalem copulam viri & mulieris inter consanguineos mulieris & virum, & inter consanguineos viri & mulierem contrahit̄ affinitas primi generis eiusdem gradus, cuius est consanguinitas. Si ergo consanguineus tuus cognoscat mulierem: si vis scire quoto gradu affinitatis attinet tibi mulier illa, vide quoto gradu est tibi consanguineus tuus; & quoto est tibi ille consanguineus, toto mulier est tibi affinis, & semper in primo genere. Dictum est in regula, viri & mulieris, & non viri & vxoris; quia secundum canones etiam per coitum fornicarium & incestuosum contrahitur affinitas. patet de eo qui cogn. consan. vxo. suę. c. discretionem, & ca. penul. Inter consanguineos mulieris & virum, & consanguineos viri & mulierē, ideo dicitur: quia inter virum & mulierem non contrahitur affinitas, sed ipsi sunt affinitatis causa, Item inter consanguineos viri, & consanguineos mulieris nulla est affinitas, vnde duo fratres contrahunt cū duabus sororibus, pater & filius cum matre & filia, sed est affinitas inter consanguineos mulieris & ipsum virum, & consanguineos viri & ipsam mulierem. de consang. & affini. quod super his.

REGVLA. Quotiescunque inter vnam personarum de quibus quæritur, & coniugem alterius non est vel nō fuit consanguinitas intra quartum gradum inclusiue, nulla est prohibitio: vt inter me & coniugē nepotis mei non potest esse matrimonium: qa nepos meus est mihi cōsanguineus intra quartum gradum.

ALIVD EXEMPLVM. Soror mea habuit maritum: ea mortua maritus eius aliam accepit, quo defuncto potero contrahere cum eius relicta: quia inter me & illā relictā nulla est, nec fuit cōsanguinitas.



D ARBOREM Affinitatis, & eius materiā trāseamus. Et primo videndū est quid sit affinitas, & vn̄ dicatur: & quomodo ipsius genera insurgunt, & gradus computentur: deinde arborem formemus. Ponemus postea q̄dā notabilia, & quæstiōnes. ¶ Est aūt affinitas personarū proximitas ex coitu proueniēs oī carens parētela. hoc secundum canones, sed secundū leges est proximitas proueniens ex nuptiis, & requiritur secundū leges quòd legitimæ sint nuptiæ, non interdictę, vt contrahatur affinitas ff. de gradi. l. non facile §. sciendum. Et dicitur affinitas quasi duorū ad vnum finem vnitas, eo quod duę cognationes diuersę per nuptias secundum leges, vel per coitum secundum canones copulantur, & alter ad alterius cognationis finem accedit, vt in ead. l. §. affines.

Affinitatis defini. io.

Sed quod per fornicarium coitum, & incestuosum secundum nos contrahatur affinitas, patet de eo qui cog. consan. vxo. suæ c. discretionem, & eod. tit. ca. pę nul. Sed consideratio legis fuit circa hæreditates & tutelas deferendas & ne quis cogatur aduersus affinem testimonium dicere, ff. de gradi. l. iuriscōsultus, in prin. & ff. de testi. l. 3. & 4. quæst. 3. §. itē in criminali. ver. item lege Iulia. Sed canon quo ad matrimonia prohibenda considerauit vnionem carnis, quæ insurgit ex copula. Et est videre secundum hoc quod concurrere potest attinētia consanguinitatis, & affinitatis: vt si quis cognoscat consanguineam suam, omnes consanguinei vtriusque sunt vtrique affines. Scias autem quod affinitas est perpetuum impedimentum, quod durat etiam mortua persona, qua mediante contrahitur. 35. q. 10. fraternitatis. Nec oritur affinitas ex pollutione extraordinaria, quæ fit extra claustra pudoris 35. q. 3. extraordinaria. & adde, ꝙ ibi not.

Affinitas per coitum nefarium contrahitur.

Et insurgit affinitas ex coitu interdum cū publica honestate, interdum sine, & publica honestas interdum sine affinitate, vt si cognosco vxorem vel sponsam, hic impedimentum est publicæ honestatis & affinitatis si cognosco nō sponsam, hic affinitatis sola est. si sponsam nondum cognoui, ibi sola publica honestas. Hoc dico, quia si mortua est vxor tua, & vis contrahere de dispensatione ecclesiæ cum consanguinea sua, & ecclesia dispensat, quod possis contrahere cum illa, non obstāte quod sit tibi affinis, tali gradu per dispensationem adhuc contrahere, non poteris: quia licet sublatum sit impedimentum affinitatis, nō tamē sublatum est impedimētum publicæ honestatis Debes ergo facere exprimi, quod possis cū tali contrahere non obstante impedimento publicæ honestatis pro eo, quod desponsasti consanguineam eius in quarto gradu. & non obstāte, quod est tibi affinis in quarto, pro eo quod dictam desponsatam carnaliter cognouisti, & tunc matrimoniū procedere poterit.

Genus affinitatis cognoscitur per hanc regulam, sed nō gradus. Persona addita psonæ per carnis copulam mutat genus, sed non gradum. Isto modo, si ijs qui est mihi in secundo gradu consanguinitatis, cognoscit mulierē, illa est mihi secūdo gradu affinitatis, & primo genere: si alius eam cognoscit, ille attinet mihi secundo genere affinitatis, & secundo gradu: si ille aliam mulierē cognoscit, illa attinet

Affinitatis genus per quam regulam cognoscitur.

mihi

CASVS. Quidam impetrauit litteras ad iudices cōtra aduersarios suos, pars altera impetrat cām eandem alijs iudicibus cōmitti.quidam obtenti à parte altera mandant alicui vt partem aduersam denunciet excommunicatam. Alij iudices post modum mandant eidem ut eandem, denunciet absolutam; quæritur, quid super hoc sit faciendum. Papa dicit hic esse distinguēdum, cum primum recipit mandatum ille cui hoc mandatur, videat an sibi innotuerit, inter illos qui primo mandant, & alios sup iurisdictione discordiam suscitatam, an nihil omnino sciuit: & si nihil intellexit, cū primū mandatū recipit, illud exequatur. si postea ab alijs contrariū demandetur: tunc petere dēt copiam vtriusq; rescripti:& si euidenter appareat, ita q̄ non sit dubitandum aliquatenus quod litteræ illorum à quibus recepit secundum mandatum reuocēt primas: tunc mandatum illud adimpleat quod secundo loco mandatur. Si uero constet quod litteræ illorum qui dederant primum mandatum, non reuocentur per litteras aliorum. illud nullatenus exequatur, donec inter illos concertatio sopiatur; & illud idem facere debet si primo mandato recepto, & non dum exetutioni mandato, ei innotuit quod inter eos super iurisdictione huiusmodi concertatio esset oborta. In istis omnibus mandatis discretus debet esse qui ea recipit, ne dicat se dubitare vbi dubitandum non est, nec dicat se certum vbi certus non est. In fine dicit q̄ licet certa in his detur doctrina qualier in his procedendum est, nulla tñ potestas datur huic executori vt inter delegatos aut partes iudicare debeat de iurisdictione. No. q̄ in hac decretali statuitur, ꝑpter contraria mandata quæ freqenter occurrunt. Not. q̄ per contentionem iurisdictionis res fit dubia, vt executor hic non procedat.

[Glosa. seq. quærit, arguit negatiue, & dupliciter soluit.]

¶Idem Rodo. Archiepiscopo.

¶ Si à delegato aliquid mandatur ordinario, debet humiliter exequi. Sed si alius delegatus per alias litteras post executionem mandat contrarium, vel si ante executionē innotuerit ordinario, inter delegatum qui mandauit, & alium, contentionem esse de iurisdictione: faciat sibi vtrarumque litterarum copiam exhiberi: non vt iurisdictionaliter cognoscat, sed vt se informet, an per secundas reuocentur primæ, & si primæ reuocentur, exequatur secundum mandatum. Si autē nō reuocentur, vel de hoc dubitet, non exequatur secundum mandatum, donec contentio de iurisdictione terminetur. Abb. Sicu.

CAP. XXIIII.

† Cap. 1. e. ti. in 4. compilatione.

CVm † contingat: & infra. Pręterea cum quidem super aliquo litigantes ad diuersos iudices litteras impetrant, quorum quidā obtenti à parte altera tibi mandant, vt partem aduersam denuncies excōicationis sententię subiacere, alijs iudicibus postmodū tibi iniungentibus, vt eandē denūcies absolutā: q̄ris an vtrisq;, an neutris, vel alterutris saltem obedire debeas in hac parte. ¶ Sup quo tuę prudentię respōdētes, credimus distinguēdū, an cū primum mandatū recepisse dignosceris, tibi forsan innotuerit inter illos & alios super iurisdictione discordiā suscitatam, an super hoc nihil oīno sciuisti. a Et quidē si super contentione huiusmodi nihil tibi penitus innotescat; cum primum mandatum recipere te contingat: illud debes humiliter executioni mandare b †. Sed si postea contrarium tibi ab alijs demandatur: tunc litterarum c ad vtrosque

a ¶ Nihil omnino sciuisti.] nec per famā, vel alio modo.inf.de sent.excomm.cum desideres.S.secundæ q̄stioni. hoc enim dicimur scire, quod ab alijs audiuimus.22. q.5. hoc videtur. Sed quid si audiuit ab aliquo leuis opinionis: nunquid hoc sufficit vt non debeat parere mandato iudicis? Vr̄ quod non. infra de spon. cum in tua. & 11. q. 3. in cunctis. & inf. de testi. licet. sed uī̄ q̄ sic: quia in dubijs potius obediendum est, ut 23. q. 1. quid culpatur. in fi.& inf. de præscript. cum ex officij 1. Et illa est rō quare executio sententiæ differri nō debeat: nisi incontinenti probetur exceptio.inf.de testi. veniens.2.& inf.de resti.spo.litteras. Dico quod non sufficit. alioqn retardaret executionem sententię, qui diceret se habere priores lr̄as q̄ reuocatæ no essent, uel q̄ posteriores litteras diceret se habere q̄ reuocarent primas. & sic sequeretur, q̄ nullus iudex posset excommunicare vel absoluere. vel ferre sententiam, si diceret aliquis ante prolationem sententiæ causam illam alijs esse commissam, & sic daretur occasio figmentis, quod esse non debet. 32. q. 1. dixit dn̄s. inst. in bo. ra. §. sed nedum talia.& C. vnde vi si quis in tātā. ff. ad car.l.1. §. si quis non ff.de liti.l.1. immo probabilem causam debet habere ille q recipit mandatum de diuersitate litterarum, antequam credat. 23. q.4. quam magnum. & inf. de cle.exc.mi. illud. ff. quod cum falso tuto.l. 2. in fi. Vel dic, quod qualiscumque notificatio sufficit in secundo casu ut iudex non debeat dici dubius. 1. q. 4. ca. turbat. uersic. si quis vobis dixerit hoc idolis, &c. inf, de spon. prætetea. 2. de peti. hęr. item ueniunt. §. à quo denunciatum. & ff. de admi. tut. quidam decedens. §. ex quo. 2. & hoc videtur innuere littera ista, nihil omnino sciuisti.

1 Adde tex. in l. quoties. ff. de rei. dub. & in l. cum de nouo. in glo. 1. C. de legib.

† Quod si non fecerit, poterit compelli ad exequendum. infra de offi. dele. c pastoralis.

b ¶ Executioni. mandare.] quòd & fecit, scilicet quia denunciauit partem illam excommunicatam.

[Glo. seq. obijcit & soluit.]

c ¶ Tunc litterarum.] sed qualiter potest illud perpendi ex sola inspectione litterarum? Nam licet secundæ expressam faciant mentionem priorum iudicum, & rerum contentarum in prioribus litteris: per hoc non constat primas litteras esse reuocatas: cum possint esse impetratæ per falsi suggestionem, & ita non reuocant primas. inf. de offi. de leg. coram. & inf. eo. ex parte circa princip. & inf. de reiud. inter monasterium. & argu. sup. eod. cęterum. inf. d̄ do. & contu. ex litteris. Ad hoc ergo vt executori nullatenus sit dubitandum, oportet vt discat per assertionem partium: quia causarum merita partium assertione pan-

2 Et ex quo non licet arbitro decā, non cogitur pronunciare, cum aliter cogeretur. ff. de arb. l. Pōponius. §. vlti. & ff. de re iudi. si vm. secundum Vinc. Ioan. Andr.

tione pãdunt.C.si per vim,vel alio modo.l.vlt.infra. de restit.in integrum, tum ex litteris.& sic uidetur ꝙ aliquam possit exercere iurisdictionem inter partes : quod falsum est , vt dicit in fi.aliàs non poterit scire vtrum secundæ reuocent primas . Et hoc verum est , vt dicit Ioan. ꝙ nunquam ex sola inspectione poterit scire : nisi aliquid intelligat de hoc ex partium assertione : sed per hoc nullam habet iurisdictionem inter partes. Sed hoc verum est si ille qui habet priores litteras,aliquid non obijciat contra secundas: aliàs iudex præsumeret primas esse reuocatas: ex quo in secundis fit mentio expressa de primis . supra eod. cæterum. Si autem aliquid obijcit , statim executor debet supersedere : 1 quia per negationem res fit dubia.C.qui.ad li.procla.non li. l.3. Et in hoc casu intelligitur quod legitur . supra eod pastoralis.vt ibi dicitur,scilicet quod tunc dubium est de reuocatione litterarum,quãdo fit mentio expressa & iudicum & rerum : sed ab aduersario obijcitur litteras impetratas esse per falsi suggestionem , per decr.prædictas.Item licet executor dubitet an debeat absoluere vel condemnare, tamen secundum regulam Arriani pronior erit ad absoluẽdum quàm ad condemnandum. Regulam illam habes. ff. de act. & oblig. Arrianus , & infra de prob.ex literis.hoc ideo dicit, quia non constat an ille iudex habeat iurisdictionem : per hoc tñ non iudica de iurisdictione quorum sit iurisdictio, sed tãtum dicit se debere exequi mandatum , vel nõ debere inf. eo.ex parte.

1 Vide de hoc tex.in l. iure nostro.. §. fin. & ibi Bar.ff.de testamẽt. tut.

† Contẽtio.

[Glo.seq. quærit & soluit.]

a ¶ Præcipimus .] Sed quid si non exhibentur secundæ? Non exequet secundum mandatum si ad terminũ præfixum no exhibeãtur.vt inf.de exce.pastoralis. nã litteræ quę nõ apparent,nõ sunt.ff.de contrahẽ.emp. in lege.& l.Rutilia Polla.de consec.di.i. solẽnitates. in fi. non potest tñ cogere aduersariũ ad exhibẽdum: quia non habet iurisdictionem inter partes,vt dicitur in fi. Nec etiam tenetur obidire mandato. nisi videat rescriptum.inf.de offi.de leg. cum in iure.

ADDITIO. Dicit ꝙ non habet iurisdictionem, sed terminus cum causæ cognitione datur 3.q.3. c.induciæ.§.spatium. Sed secũdum Inno. illud locum habet in termino qui datur protestibus , & ad instructionẽ causæ,secus in alijs.Ioan.And.

b ¶ Hæsitandum.]Videtur ꝙ executor non debeat petere copiam rescripti,nisi vbi recipit contraria mãdata,sed non est verum, vt dictũ est in proxima notula.

à sede Apostolica obtentarum copia postulata , (quas tibi authoritate p̃sentium districte præcipimus a exhiberi) si ex ipsarum tenore deprehẽderis euidenter (ita qđ non sit aliquatenus hæsitandũ b) quod litteræ , quæ ad illos , à quibus secundum mandatũ receperis , impetratæ noscuntur,expresse reuocent litteras aliorum : tu illud intrepidus exequaris , quod tibi secundo loco c mandatur. Si vero ex litterarum inspectione manifeste tibi cõstet, quod litterę obtentę ad illos , qui primũ dedere mãdatũ, per alias minime reuocãtur, secundum mãdatũ nullatenus exequaris . Quod si super hoc tibi merito fuerit dubitandum,ad exequendũ secundũ mandatũ te procedere nõ oportet. donec iuxta cuiusdam nostrę cõstitutionis d tenorem inter eos huiusmodi cõcertatio † sopiatur. Et idipsũ e facere debes , si primo mandato recepto & nondum executioni mãdato, tibi forsan innotuerit, qđ inter se super iurisdictione demandata cœperint disceptare .

¶ Ceterum in omnib.puram,& prouidam te conuenit intentionem habere: ne vel ad declinãdum mandatum dubitare te dicas, vbi dubitandum non est: vel etiam ad exequendum te asseras esse certũ, vbi certus esse nõ debes. Licet autem ex his certa tibi detur doctrina, qualiter in his te debeas habere,nulla tamen tibi attribuit potestas,vt inter delegatos , aut partes de iurisdictione debeas iudicare. f †

¶ Idem magistro G. & P.de Firmisca.

¶ Quando in rescripto plura narrantur diuersos effectus operantia , non sufficit impetranti alterum solum probare ad vtrumque effectum consequendum .

CAP. XXV.

Olim †ex litteris sancti Nicasij Rhemeñ.

[Gl.seq.obijcit & soluit.]

c ¶ Secundo loco.] Sed quare reuocatur qđ legitime factum est per primas litteras,cõtra id quod legitur.inf.de rest.spo. audita.supra eo.causam que.Sed per istũ executorem nihil reuocatur: sed denunciãtur illi absoluti , qui primo fuerant excommunicati.

d ¶ Constitutionis.] supra. eod. ca.pastoralis.

e ¶ Et idipsum.] ita vt nõ exequaris mãdatum.& iste §.respicit proximum inf.

f ¶ Iudicare.]hic fallit illa regula. ff. de iudic.de qua re.

Olim ex literis.] Diuidit . primo ponit casum consultat.io Secundo responsio : ibi . Nos igitur . Vel secundum Hos.diuiditur in tres partes. Nam primo ponit relationem priorũ iudicum. Secundo ibi. Nos igitur.commissionem factam secũdis iudicibus. Tertio ibi, Verum . dubitationem emergẽtem. Abb.Sicul.

† Adde concor.in l. qui pcuratorẽ . in gl.r. ff.de procur.& in l. a diuo Pio . & ibi Bart . & Doc.ff.de re iud .

CASVS.P.clericus sancti Remigij detinebat parochiam de Salice , quam R. de Cliuo dicebat se canonice adeptũ fuisse.vnde idem R.impetrauit causam super hoc comitti quibusdam abbatib. ipsi abbates partes ad suã p̃sentiam primo,secundo,& tertio citauerunt. & quia dictus P. ꝑ se vel ꝑ alium corã eis cõparere noluit,ex co.cauerunt eundem facientes fruct9 illius parochiæ sequestrari:postmodũ idẽ P.accedẽs ad eos ꝓmisit iuri parere,& sic fuit absolutus: & litteras absolutionis eidẽ cõcesserũt,assignantes locum & diẽ in quo faceret,quod promisit: ipse vero locum & diẽ de litteris radẽs in loco rasuræ scripsit qđ sequestrati fructus restituerent eidem. & hoc idem P. confessus fuit coram duob.iudicib. tertio se excusante.iudices ipsi hæc omnia significauerũt domino Papæ:& ipse mandauit iudicibus præsentibus, vt si esset ita,ipsi P.super ipsa parochia perpetuum silentiũ imponerent,& præfato R.præfatam parochiam restituerẽt cum fructib. sequestratis.sed prædictus R.ꝓbauit bene falsitatem prædictam.;vnde petebat parochiam illam sibi assignari. Iudices illi dubitauerunt super clausula illa[si esset ita]vtrum ad omnia predicta ħberet

† Cap.2.eo. tit. in 4. cõpilat.

Sargień. † & Vallis regiæ abbatum fuit noſtris auribus intimatũ, quod cũ ad eos ſemel, & iterum, a nobis litteræ proceſſiſſét, ſuper eo quod P. clericus ſancti Remigij, parochiã de Salice (quã R. de Cliuo per interpoſitam pſonam a ſibi collatam fuiſſe propoſuit) detinebat: ipſi partes ſemel, ſecundo, & tertio ciuitauerunt, & dictum P. quia citatus pluries comparere noluit per ſe vel per reſponſalem aliquem coram eis, excommunicationis vinculo innodantes, fecerũt fructus ipſius parochiæ ſequeſtrari.[b] Cumque poſtmodum idem P. accedens ad eos ſe iuri promiſerit pariturum, ac obtinuerit ſe abſolui: ipſi abſolutionis litteras concedentes, diem ei aſſignauerunt, & locum quib. coram eis qđ promiſerat adimpleret; qui diẽ & locum ex litteris illis radens, in loco raſuræ ſcripſit quod ipſi ei ſequeſtratos fructus aſſignari mandabant, quod coram duobus eorum tandem (tertio ſui abſentiam excuſante per litteras) eſt confeſſus.

¶ Nos igitur cum tantæ temeritatis exceſſus, falſitatis ſcrupulo nõ careret: vobis dedimus in mandatis, (ſi eſſet ita†) ipſi præſumptori ſuper dicta parochia perpetuũ ſilẽtium imponẽtes, præfato R. de Cliuo aſſignaretis eandẽ cum fructib. ſequeſtratis.

¶ Verũ ſicut vos per vſas nobis litteras intimaſtis, cũ dictus R. raſurã pfatã corã vobis per teſtes idoneos pbauiſſet, & ob hoc poſtulaſſet ſibi dictam eccleſiam aſſignari, vos † vtrum clauſula illa (ſi eſſet ita) de omnibus ſuperioribus, an de articulo tãtum raſuræ deberet intelligi, dubitaſtis. Nos igitur reſpondemus, ꝙ clauſula illa ad oĩa cdebet ſuperiora referri, ad hoc vt ipſi R. pfata eccleſia conferatur: quia licet vitiũ falſitatis ad imponendum ei perpetuum ſilentium ſuper eccleſia ipſa ſufficiat, qui falſitatem huiuſmodi ppetrauit, nõ tñ propter hoc eadem eccleſia eſt aduerſario aſſignanda, niſi ſup alijs fcã fuerit plena fides

¶ Idem epiſcopo Imoleñ

¶ *Non valet reſcriptũ ſuper. reſtitutione beneficij impetratum quod de cauſa excomunicationis & amotionis impetrantis non facit mentionem.*

CAP. XXVI.

DIlectus + filius abbas ſancti Stephani Bonoñ. nobis per ſuas litteras intimauit, ꝙ cum ipſe (cui viſitationis officium

beret referri, an tm̃ vitium falſitatis. Conſuluerunt dñm Papam, & ipſe rñdet, ꝙ clauſula illa ad oĩa debet ſuperiora referri, ad hoc vt ipſi Roberto eccleſia conferatur: quia licet propter illã falſitatem eſſet priuandus eccleſia ſupradicta præfatus P. qui falſitatem huiuſmodi perpetrauit: tñ pp hoc nõ eſt illa eccleſia aduerſario conferenda, niſi prius ſuper alijs fuerit facta plena fides. Not. pp contumaciã poteſt qs excõicari. Licet agatur actione reali, ordinarium tñ eſt iudiciũ in poſſeſſionẽ mitti. Itẽ clauſula [ſi eſt ita] oĩa præcedentia reſpicit. Item qui falſat litteras iudicis, dẽt priuari eo, ſuper quo litigatur, propter hoc tamen non acquiritur ius alteri parti.

a ¶ Per interpoſitam perſonã.] Quod poteſt fieri. inf. de præben. accedens.

[Gl. ſeq rec. per q. an poterit fieri ſequeſtratio, &c.]

b ¶ Sequeſtrari.] qđ de iure fieri non debuit: niſi cauſa ſubeſſet. inf. de ſequeſtr. ad hoc. & duobus c. ſeq. ubi de hoc: in quibus duobus dr̃ ꝙ qñ fructus diſſipantur, debet fieri ſequeſtratio. C. de prohibita ſequeſtra. l. unica. De hoc nota. 2. q. 9. quoties. 2. Sed in caſu iſto ſcilicet pp cõtumaciam bene fit ſequeſtratio ut mitius agatur cum reo. inf. de do. & cont. ex litteris. 1 ſed in caſu iſto non dr̃ proprie ſequeſtratio, prout traditur infr. de ſequeſtr. per totum. quia ibi non fit ſequeſtratio propter contumaciam.

[Gl. ſeq. ſignat cõtrarium, & remittit. item arg. alleg. duo iura. & quatuor alle. in contrarium.]

c ¶ Ad omnia.] uſ ꝙ per hanc clauſulã [ſi eſt ita.] uel per hanc; [ſi præmiſſa uera ſunt.] teneat impetrator pbare oĩa pmiſſa eſſe vera, licet aliqđ ex pmiſſis ſufficeret 2 ad propoſitum pbandũ. ſimile ſup. e. ex parte Couentrenſis. ff. de excu. tuto. qui teſtamẽto. nam niſi quis plene probet ſuã intẽtionem, ſuccumbit C. de rei ven. l. vlt. fines enim mandati diligenter ſunt obſeruandi. ſup. eo. cum dilecta. & imputet ſibi qui plura narrauit, quorum vnũ ſufficeret per ſe. Arg. contra quod ſufficit vnum probare. ff. de condi. & demon. falſa. in fin. & ff. de cond. inſti. l. 2. §. ulti. ff. de manumiſ. teſtamẽ. l. ſi ita. inf. de pbend. cum iam dudum. Dic ut ſup. eo. ex parte. Itẽ arg. eſt hic quod ſequens clauſula reſpicit omnia præmiſſa. inf. de ap. ſecundo requiris. &c. inquiſitioni. &c. antep. arg. contra. inf. de do. cum dilecti. vbi non reſpicit omnia ſuperiora clauſula illa de forella, ſed tantum proximam donationem & inferiorem. 3. q. 5. conſtituimus. in fi. & in glo. quia infames. & de conſecra. diſt. 2. cum omne, in princip. & in gl. quod quam ſit. Sed melius eſt quod ad omnia referatur. & ſic facit pro alia parte. ff. de in rem ver. ſi pro parte. §. penult.

DIlectus.] Diuiditur: quia in prima ponitur facti narratio. In ſecunda iudicum inſtructio: ibi, Nos igitur. Abb. Sicul.

CASVS Abbas Sancti Stephani Bonoñ. datus fuit viſitator à ſede Apoſto. in ciuitate ac diœce. ſi Boñ. abbas iſte B. & A. presbyteros pter ſuos exceſſus manifeſtos remouit ab eccleſijs ſuis, & excommunicauit: & ijdem presbyteri litteras impetrauerunt à ſede Apoſtol. in forma communi ſuper reſtitutione eorum, de cauſa remotionis ſuæ & excommunicatione, qua tenebantur adſtricti, nullam facientes mentionem. Opponebatur eis coram epiſcopo Imoleñ. negotij executore, ꝙ litteræ ills non valent, eo quod non faciebant mentionem de cauſa ſua rum remotionũ, nec de excommunicatione eorundem. conſultus Papa reſpondet dicens, quod ſi eſt ita, litteræ non valent tanquam per ſurreptionem obtentæ; & quod epiſcopus iſte decernat eas viribus carere. Nota quod excommunicatus non poteſt impetrare litteras ad agendum: quia iſti presbyteri ſimpliciter impetrauerunt, tanquam eſſent ſpoliati, ad petendam reſtitutionem, vnde dicitur in forma communi.

[Glo.

z Sárginet.

1 Concor. tex. nam Ariſanus. ff. de ac. & obl. & in l. fauorabiliores. ff. de reg. iur.

† Adde ꝙ ſi inta clauſula deſit ĩ aliquo reſcripto, illud pſumitĩ eſſe falſum. Archi. & doct. in ca. cordi.

2 Hoc verũ ſi aſtringit ſe ad vtrunq ı c intra de proba. licet. Ioann. And.

† Vos d... ſula illa, ſi ita eſt.

e Cap. 3. eo tit. in 4. compilat.

Gl.seq.notat causam exprimendam.]

a ¶ Causa.] Not. q non sufficit narrare seriem facti in litteris Papæ nisi causa facti adijciatur, argu.23.q.vlt.occidit.inf.de testi.cum causam. & cā facti potius quærenda est quàm ipsum factum.15.q.1.c.1.in fi. & ff.de fur.verū.& inf. de accu. cū dilectus. C.de adopt.l.3.& etiam modus facti. C.de transact. vt responsum.

1 Hoc verū sec. Inn. q̄ñ modus cām dandi vel denegādi pberet, & si esset actum in modum inqsitionis, aliter si alio modo de accu. qualiter 2.de simo.li cet Io. And. † Sententia in aliquot antiquis.

[Gl.seq.primo notat rescriptum impetratum ab excōmunicato no valere: & reddit triplicem causam. secundo signat contrarium, & soluit.in fine remittit]

b ¶ Excommunicationis] Hic hēs q si excommunicat^s impetrat litteras vel rescriptum tacens de sua excommunicatione, q non valent litteræ, tū quia tacuit pcessum iudicis inf. de re iud.inter. tum quia tacuit vitium suum.tum etiam qa ingessit se cōioni hominū,propter quod puniēdus est. inf. de cle.ex.mi.illud. § illud autē & 11. q.3. placuit, vnde inconueniēs esset quod ex eodem facto consequeretur pœnam & cōmodum. ff.de ne. ge.l.1,siue.in fi,& in glos.tin.15. q.1.legi. in gl.deteriores.Contra.inf.de exce.significauerunt.& c.venerabilē. vbi dicitur q excommunicati non repelluntur à prosecutione appellationis: sed isti presbyteri erant rei, ergo non deberēt repelli.De hoc dicemus inf.de exce. venerabilē, &c. significauerunt. Sed pro nunc dic breuiter, quod isti non erant rei, sed actores qui petierunt restitui, nec appellauerant: in quo casu loquuntur contraria. Et sic est arg.quod quæstio spoliationis non sit priuilegiata. An autem litteræ ab excommunicato impetratæ,valeant eo absoluto? dic super hoc prout no.inf. de excep.pia. [lib.6.] in gl.quæ incipit, sed mirum.

2 Causa est de hoc i terminis in ca. 1. de rescri. lib.6.

[Gl.seq.no.specialiter causam excommunicationis exprimendam. in fi. dicit hic non probari q non valeat rescriptum ab excommunicato impetratum.

c Viribus carere.] vt sup.eod.cum dilecta.Et sic videtur quod si aliquid factum sit per litteras surreptitias illud debeat reuocari.De hac materia plenius dicetur inf.eo. c.ad audientiam. Et dic carere.si constiterit de istis exceptionibus.scilicet quod nō fecerint mentionem de causa suæ remotionis,& excommunicationis qua tenebantur adstricti. Et merito de causa excommunicationis tenebantur facere mētionem: quia qui petit absolui ab excommunicatione,tenetur exprimere causam excommunicationis suæ: alias non valent litteræ impetratæ super absolutione: vel si aliam causam exprimeret, quam illam pro qua fuit excommunicatus.inf.de off.ord.ex parte. & inf.de fid. instr. qd̄ sup his.in illa decr.ex parte,notatur de hoc in gl.quæ incipit,ex eo.& inf.de sent.excō.cū pro causa.in gl.q̄ incipit,illud tanquam.Et in hoc casu nō valent litteræ impetratæ ab excommunicato tacito de causa excommunicationis. secus si aliquis impetrat litteras ad agendum cōtra aduersarium,tacens de sua excommunicatione: quia tunc valent litteræ eo absoluto. infra. de exceptio.pia. [libro 6.] ubi de hoc in gl.quę incipit,sed mirum. Alia et am de causa non valuerunt huiusmodi litteræ:quia non fecerunt mentionem q per sententiam spoliati fuissēt propter suos excessus, à qua fuit appellatum. C. sen rescin.non pos. impetrata & 3 ita duabus de causis nō valuerūt litteræ istorum presbyterorū. Olim consueuit decre. ista allegari ad probandum quod litteræ impetratę ab excommunicato ad agendum non valebant, sed hoc non probatur per hanc decr. quæ non loquitur in tali casu. Ber.

in ciuitate ac diœce. Bonoñ,cōmisimus) B.& A. presbyteros ab ecclesijs suis (pp eorum graues & manifestos excessus) duxerit amouēdos, ijdē sup restitutione sua nostras ad te i cōi forma lrās impetrarunt, de amotionis suæ causa a & excōicationis b † qua tenentur adstricti,nullā facientes penitus mentionē.¶ Nos igitur fraternitati tuæ mandamus quaten^s(si est ita) lrās ipsas tanq̄ per veri suppressionem obtentas,viribus carere c decernas.

¶ Idem Epo Veratisam.

¶ Per litteras iustitiæ non tenetur episcopus prouidere habenti perpetuam vicariā vel sufficiens patrimonium. nec valent litteræ gratiæ ad beneficium obtinendum, in quibus impetrans tacuit perpetuam vicariam. Hoc dicit, comprehendendo vtrumque intellectum.

CAP. XXVII.

Postulasti † per sedem Apostolicam edoceri, vtrū alicuius ecclesiæ ppetuo vicario,de pṽentibus vicarię,bonisq; paternis habenti vnde valeat cōmode sustentari, tenearis per illam formā cōem [cum s̄m d apostolum] in ecclesiastico beneficio pṽidere. ¶ Ad quod sic duximus rñdendum:q cum p formā pdictā necessitatib. pauperum clericorū (qui nullum sunt ecclesiasticum beneficium e assecuti) sedes Apostolica duxerit succurrendū, perpetuus vicarius(nisi de vicaria fecerit mētionem)cōmodum reportare nō dēt de huiusmodi litteris, vt pote veritate tacita, impetratis. ¶ Non.n.beneficio carere debet dici, cui cōpetenter f de perpetuæ

† Cap.4.eo. titu. in 4. compil.

Postulasti. Diuiditur, quia primo ponitur quęstio. Secundo solutio ibi, Ad quod. Tertio ratio; ibi, Non enim. Abb Siculus.

CASVS. Quidam erat perpetuus vicarius in quadam ecclesia, habens insup bona paterna,de qb. poterat commode sustentari. iste vicarius impetrauit contra episcopum, qui ipsum ordinauit secundum illam formam communem [cum secundum Apostolum.] quæsiuit ille episcopus à Papa, utrum teneretur ei secundum illam formam in beneficio ecclesiastico prouidere. Respondet, quod per illam formam [cum secundum apostolum] sedes Apostolica consueuit pauperibus clericis, qui nullum beneficium habent,prouidere: & ideo perpetuus vicarius talium litterarum commodo carebit,nisi de vicaria sua fecerit mētionem, vt pote veritate tacita impetratarum: non enim dicitur carere beneficio,cui de vicariæ perpetuæ prouentibus est prouisum, & pro habente beneficium,competens ex certa scientia super obtinendo alio beneficio Papa non scribit de leui,quin de ipso faciat mentionem. No.quod perpetuus vicarius beneficiatus reputatur.Itē: semper est facienda mentio de priori beneficio,aliter non valent litteræ: vt hic dicitur.

3 Et sic etiā contra litteras, opponī poterat exceptio rei iudicatæ.de lite contest.c. 1.l.6. veniet etiam i modum peremptorię, vt ibi.Ioann. And.

d ¶ Cum secundum apostolum.] quam habes. inf.de præben.cum secundum.

e ¶ Beneficium.] nomine beneficij intelligitur vicaria siue præbenda,siue aliud beneficium.1.q.3.multis. in princ.& inf.de uerb.sign.tua nos.

Nomine beneficii quid intelligatur

f ¶ Competenter.] Illud competenter, intelligas secundum modum illius decret.de monachis inf.de pben.de hoc dictum fuit sup.eo.cum adeo. dic vt ibi.

[Glo.

[Gl. seq. arg. quod de patrimonio, &c. alleg. in contrarium: & primo argumento respondet. demum quærit, soluit & remittit.]

a ¶ Prouentibus.] de duobus quærebatur. scilicet de paterna hæreditate, & de beneficio vicariæ. sed de beneficio tantum respondet: ergo licet non faciat mentionem de paterna hæreditate, tenent litteræ, quia vnum negando, alterum confitetur. inf. de præsum. nonne. Sed vī ꝙ talis indigne petit beneficium ecclesiasticum 16. q. 1. quoniā quicquid. & 12. q. 2. illi autem. in glo. fi. & iudicium sibi mā ducat & bibit. 1. q. 1. c. clericos. & c. seq. Item quia ordinatus est ad certum titulū, quia ad titulū sui patrimonij est ordinatus. inf. de præben. tuis. Sed non est verum quod de hæreditate principaliter quæreretur, sed de vicaria, hoc addito ꝙ habeat bona paterna similiter. Sed quid si modicum habet beneficium: nunquid tenetur facere mentionem de illo? Tenetur quidem. inf. eo. si proponente. vbi dicetur de hoc.

vicariæ prouentibus [a] est prouisum. Et pro habente beneficij sufficiētis subsidiū, ex certa scientia super obtinēdo alio beneficio, de leui nō scribimus, quin faciamus de primo ī nostris litteris mētionē.

¶ Idem in concilio generali. †

† Lateranē-si cap. 7. de litteris non impetrandis. &c.

¶ Per litteras Apostolicas de hac constitutione mentionem non facientes non potest quis trahi vltra duas dietas extra suam diœcesim, nisi de consensu partium litteræ fuerint impetratæ hoc dicit vsq; ad § sunt & alij.

ADDITIO. Et est expressum inf. de præ. si motu proprio. 2. resp. li. 6. Dixit ēt hic Inn. dato ꝙ impetrās beneficio quod tacuit renunciare velit, non conualescent litteræ, cum inspiciendum sit tempus datæ. sup. eo. eam te contrarium notabile videtur inf. eo. in nostra. & ibi dicam. Ioan. And.

NOnnulli.] Istud principium vsque ad §. Sunt & alii. Diuiditur in tres partes. Nam primo ponit abusum impetrantium iudices remotos. Secundo prouidet. ibi, Cum autem. Tertio excipit; ibi, Nisi. Abb. Siculus.

CASVS. Quidam abutebantur gratia sedis Aposto. litteras impetrantes ad iudices remotos, vt sic reus fatigatus laboribus & expensis, liti cederet, vel saltē vexationem suam redimeret: & quia p iudicium iniuria fieri non debet, statuit concilium generale, ne quis vltra duas dietas extra suam diœcesim per litteras apostolicas trahi possit, nisi de assensu partium fuerint impetratæ, vel nisi de hac constitutione fecerint mentionem. In secunda parte dicitur, quod alij erant qui nouum genus mercimonij circa litteras apostolicas exercebant, vt finitas lites suscitarent, vel nouas fingerent quæstiones; fingunt enim causas, & super illis impetrant litteras sine mandato dominorum, & illas exponunt venales: quandoque reo, ne ab actore fatigetur, quandoque actori, vt indebite reum molestet: Sed quia lites potius sunt restringendæ quam ampliandæ, statuit concilium generale, vt si quis super aliqua quæstione de cætero litteras impetrauerit sine speciali mandato domini, litteræ illæ non valeant, & ille de iure tanquam falsarius puniatur, nisi forte sit de illis personis à quibus non exigit imperator mandatum. Not. quod in iure nulli est facienda iniuria in suo iure. Item vltra duas dietas extra suam diœcesim per litteras Apostolicas nullus trahi potest. Item litteræ sine mandato non valent impetratæ.

b ¶ Abutentes.] id est, malo modo vtentes. sic inf. eo quia nonnulli. & sup. eo. sedes.

c ¶ Ad remotos.] no. ꝙ dī remotus qui est vltra duas dietas extra diœcesim. & facit ad inf. de cle. cum inter vniuersas. & cap. nihil est 1.

CAP. XXVIII.

NOnnulli † gr̄a sedis Apostolicæ abutentes, [b] litteras eius ad remotos [c] iudices impetrare nituntur, vt reus fatigatus laborib. & expensis, liti cedere, vel importunitatem actoris redimere cōpellatur. ¶ Cū aūt p iudicium iniurijs aditus patere non debeat (quas iuris [d] obseruātia interdicit) statuimus, ne quis vltra duas dietas [e] extra suam diœcesim per litteras Apostolicas ad iudicium trahi possit [f]: Nisi de assensu partiū fuerint impetratæ, vel expressam

1 Concord. text. in l. 1. C. de dilat. cū ibi not, & in l. 1. C. de pœn. & in gloss. in versi. quem locum. in c. nullus. de temp. ordi. lib. 6.

† Cap. 5. eo. tit. in 4. cōpilatione.

d ¶ Iuris obseruantia,] quia non debent inde nasci iniuriæ vnde iura oriūtur. inf. de accu. qualiter & quando 1 C. vnde vi. meminerint. simile supra in 1. constitutione Gregorij.

[Glo. seq. quærit. arguit pro vulgaribus, & sic soluit. secūdo quærit, soluit, contra solutionem obijcit, & respondet.]

Nomine dietæ quid & qualis dieta intelligitur

e ¶ Vltra duas dietas] nunquid hoc intelligitur de vulgaribus dietis, quæ habentur secundum consuetudinem regionis, aut de legalibus secundum quod viginti milliaria cōputantur pro dieta: ff. de verbo. sign. l. 3. & ff. si quis cau. l. vicena? Videtur quod de vulgaribus, quia nomina ex communi vsu intelligenda sunt. inf. de cons. ex litteris. 1. non enim ex opinionibus singulorum, sed ex communi vsu nomina exaudiri debent. ff. de supel. le. l. Labeo. & consuetudo est optima legum interpres. inf. de consuetu. cum dilectus. & ff. de leg. si de interpretatione. & plus statur vsui quam significationi vocis, ff. de legatis 3. non aliter. immo vsui statur contra naturam vocis ff. de legatis tertio. vxori. in princ. De hac materia multa argumenta notantur 12. distin. illud. Et dicas quod de vulgaribus dietis illud est intelligendum, quia lex debet conuenire consuetudini regionis. 4. distinct. erit autem lex. Sed pone quod aliquis impetraret litteras vltra duas dietas, non facto constitutionis istius nomine: sed iudices citant ad locum vltra duas dietas non remotum à sua diœcesi ipsum reum, nunquid ire tenetur? Credo quod sic; per hoc quod dicit; vltra duas dietas non trahatur, & est expressum infra de except. olim. sed expensis actoris debent iudices ad locum ire, aliàs fieret fraus constitutioni huic. arg. ad hoc ff. de edend. prætor ait. in fin. Sed uidetur quod non valent litteræ: quia sunt impetratæ tacita veritate, tali, quam si dixisset, litteras non habuisset. supra eodem. super litteris. ergo non debent valere: quia eadem æquitas quæ mouet delegantem, mouere debet delegatum: vt dicit illa decr. super litteris. in fin. Sed eadem ratione videtur quod ualeant: quia si dixisset quod non traheret ille aduersarium vltra duas dietas, litteras habuisset: ergo debent valere, & bene valent, vt dictum est: quia iste purgat vitium: & remouet exceptionem, quæ posset opponi, quare non valent: quia litteræ non sunt nullæ ipso iure, sed per exceptionem annullantur. argument. infra de vsuris. quia frustra.

f ¶ Trahi possit.] non dicit quod litteræ non valeant, sed ne trahatur per eas vltra duas dietas.

[Glossa sequens recitatur pro solutione contrarij.]

de hac constitutione fecerint mentionem.

¶ *Non valent litteræ ad lites impetratæ sine speciali mandato domini, nisi impetretur per coniunctam personã. h. d.*

¶ Sunt & alij qui se ad nouũ genus mercimonij conuertentes, vel ut subitas possint suscitare quærelas, vel nouas immittere quæstiones, fingunt causas, sup quib. à sede Apostolica litteras impetrant, absq; domino rũ mandato: quas vel reo (ne propter eas laborum vel expensarũ dispendio molestetur,) aut actori (vt per ipsas aduersariũ indebita molestatione fatiget) venales exponunt. ¶ Cũ aũt lites restringendæ sint potius quã laxandæ, hac generali constitutione sancimus, vt si aliquis sup aliqua quæstione de cætero sine speciali mandato domini litteras Apostolicas impetrare præsumpserit, & litteræ illę non valeãt, & ipse tanquam fal-

a ¶ Fecerit mentionẽ.] vt si ita dicatur, non obstante tali constitutione, & sic patet ex hoc loco, ꝙ rescriptum debet facere mentionem de constitutione. 1 ad hoc vt ei præiudicet arg. inf. de æta. & qualit. eam te. sic debet etiam facere mẽtionem de priuilegio. sup. e. cum ordinem. Nec habet locum illa regula; speciale derogat generali, licet non faciat mentionem de illo. sup. eo. c. 1. & ca. pastoralis, sed hic rescriptu speciale non derogat generali constitutioni; & illa est causa: quia constitutio illa continet ius commune, sed ius cõe non tollitur per rescriptũ cũ rescriptum concedi debeat secundũ ius commune, & nõ contra. 25. q. 2. rescriptũ, & ideo necesse est vt semper rescriptũ ĩpetratu ultra duas dietas faciat mentionem de hac constitutione: qa Papa ignorat locorum distantiam.

¶ SVNT & alij.] iste §. in tres partes diuiditur. In prima parte ponit abusum impetrantium. In secunda prohibet. ibi, Cum autem. In tertia excipit ibi, Nisi. Abb. Siculus.

b ¶ Mercimonij.] simile inf. eo. quia nonnulli. ubi aliqui tradunt litteras alijs eiusdem nominis.

c ¶ Suscitare.] per rescriptũ principis lites sopitæ suscitari non debent. C. de transact. l. causas uel lites: immo tales à limine iudiciorum debent expelli, qui uolunt lites sopitas suscitare. C. sen. rescin. non pos. l. ultima. & sup. eo. dilectus.

d ¶ Lites restringendæ.] sic de pe. dist. 1. pœnæ. ff. de libe. & posth. cum quidam. ff. si cer. pe. quidam, & sic uidetur ꝙ in rescriptis uerba potius sunt restringenda quam amplianda. inf. de offi. deleg. cum olim abbas. à n fi. & c. P. & G. nisi indulgeant beneficia. inf. de do. cum dilecti. in fi. & inf. de uerb. sign. olim tibi.

[Gl. seq. no. ꝙ generalis procurator non impetrat. inducit quinque similia. secũdo obijcit ad hoc, & soluit. tertio quærit. arg. pro, & soluit. quarto q̃rit quis probet. argu. ꝙ impetrans ponit opi. Io. distinguentẽ in forma uerborum qualitatem causæ. In fi. pónit qd de litteris gratiosis, & obseruantia curiæ.]

e ¶ Sine speciali mandato.] sic ergo generalis procurator non sufficit ad impetrandũ litteras. quod est bene notabile, sicut requirit specialis procurator in transactione. C de transf. transactionis placitum, & inf. de arbi. per tuas. in prin. Et in integrum restitutione petenda. ff. de mi. illud §. si talis, & de resti. in inte. corã. Et in delatione iuramenti: quia procurator nõ debet deferre iuramentũ alteri parti. ff. de iureiu. iusiurã. du §. pocurator. Sic per procuratorẽ generalẽ non potest fieri acceptilatio, nisi habeat speciale mãdatum. ff. de accept. l. 3. Sed nonne ratihabitio dñi sufficit ad hoc ut litteræ ualeant seu ualere incipiant q̃ prius non ualebant, q̃d uĩ. ff. de iud. l. licet uerũ. & ratihabitio retrotrahitur. ff. de pigno. si fund⁹. §. j. & inf. de clan. de spon. ꝙ nobis. in gl. fi. & inf. de elec. ꝙ sicut. circa prin. uer. ꝙ si eos, in fi. Item litteræ, quæ primo non ualẽt, postea conualescunt. inf. de fo. comp. licet 1. in gl. iustitiæ complementum. & c. ex tenore. in fi. ibi, dummodo. Ad hoc respondeo, ꝙ licet procuratio quæ nulla est, possit ratificari, nõ tamẽ ualent litteræ istæ aduersario cõtradicẽte. inf. e. ex parte. pp rõnẽ q̃ in lra ipsa reddit: quia lites 2 restringendæ sunt, &c. Sed nunquid litteræ istæ sunt nullæ ipso iure? Videtur quod sic: quia tanquam falsarius punitur & sic istæ litterę sunt falsæ: sicut sententia uenalis nulla est 2. q. 6. 1. ei qui. §. venales. & ff. de vi. & ho. cle. cum ab omni in fi. Dico ꝙ p exceptionẽ sunt annullandæ. in utroque casu istius capituli si re⁹ nihil obijceret, ualerent. Sed quis debet probare ꝙ sine mãdato sunt impetratę, an ille q excipit ꝙ non sunt impetratæ per procuratorem, an actor qui utitur illis? uidetur ꝙ dominus q utitur illis lris, & exhibet eas, debeat probare mandatũ. quia executor non tenet obedire mandato iudicis nisi primo probetur mandatum. inf. de offi. deleg. cũ in iure. sup. e. cum contingat. qualiter enim possit re⁹ probare ꝙ non esse impetratæ per procuratorẽ, cum sit pura negatiua & negantis facti a per rerum naturam nulla est probatio. inf. de cle. bonæ. 1. §. porro. & 6. q. 5 c. accusator quod asseuerat. Pręterea licet aliquis ostẽdat instrumenta ecclesię, nõ tñ ei creditur, nisi caueat de rato. inf. de offi. del. corã. in prin. Et gñaliter traditur ꝙ quoties de mandato dubitatur, uel pcurator debet pbare mandatũ. uel cauere de rato. C. de procu. l. 1. Præterea nõne iubet cũ authentico exhiberi libellus porrectus Pa. [illegible] 81. dis. Moximianus. in gl. pspecto. a. g. 7. q. 1. præsentium. sed adde qd nisi ad hoc, s per quem fuerit impetratum nã forte p executum sunt impetratæ, quæ non ualent arg. inf. de prob. post cessionẽ. inf. e. dilectus; de hoc [illegible] in dec. pia. de excep. li. 6. Nec obstat si dicat ꝙ instrũm apparet nõ uitiatũ, ergo stãdũ est ei donec contrariũ pbetur C. de edicto diui Hadr. tollen. l. ult. circa prin. [illegible] quacunq;, hic. n. non impugnatur scriptura quin uera sit bulla. & uerus sit actor. sed tñ de mandato impetrãtis dubitatur. Ad hoc dicit Io. ꝙ si ita contineatur in rescripto, & conquestus est talis procurator de tali: tunc nõ est necesse pbare mandatũ: qa per litteras illas satis apparet de mandato, ex quo Papa appellat eũ procuratorẽ: qa constat ꝙ uidit mandatũ: Sed si continet in litteris; significauit nobis talis, uel conquestus est nobis, cũ ille nõ fuerit in curia sed alius q dicit se fuisse procuratorẽ legitime constitutum. tunc tenet probare mandatũ, quia plerique fingunt se esse alios, & sub noie aliorũ litteras ĩpetrãt, & nisi doceat de mãdato, nõ debet audiri, ut hic dicit. In causa appellationis dicebat ipse Ioãnes, ꝙ non tenetur probare mãdatũ: quia nõ est credẽdu ꝙ aliquis negligat ius suum in prosequendo appellatione, qui alias diligens est. ar. C. qui & aduer. quos. l. 1. Si autem p simplice q̃relã sint litteræ impetratæ, necesse est semper probare mandatũ. Constitutio ista nõ bene seruabat, nec admittebãt iudices talẽ exceptionẽ: sed certe bene debet admitti: qa non ualent litteræ nisi sint impetratæ p procuratorem: & hoc probatur in decr. Greg. infra eo. titu. ex parte: ut ibi dicemus. Secus credo in litteris super beneficijs obtinendis. quia ibi non exigitur mandatum, cum super nulla lite impetrantur, sed de gratia tantum conceduntur: sed rescripta ad lites iam ortas, & non futuras impetrantur. inf. eod. titu. capi. ult. Curia

1 Cõiter nõ exprimitur nomen constitutionis: sed dr̃ non obstante cõstitutione de duab. dietis edita in concilio generali. Ioan. And.

2 Propter quarũ odiũ in hoc casu speciale est contra regulã, sicut, & in alijs casibus qui no. de pac. ca. 2. de regu. iur. ratihabitionem. lib. 6. Ioan. Andr.

.Romana nō consueuit hanc exceptionem de mādato admittere, nec nos admittere debemus, & si pp hoc appellaret, nō daret litteræ super tali appellatione. † ADDITIO. Dixit Goffre. ꝙ talis exceptio, i. [non habes mandatum.] bene admitteretur in audientia contra impetrātem. Sed post impetrationē iā factā contra vtētem rescripto, non admitteretur exceptio. Nec obstat decr. ex parte inf. eo, quæ loquitur in eo qui nō vult habere ratū factū impetrantis secūdū eū vel secūdū Vin. & Petr. de Sāp. contra impetrare volētē admittetur exceptio: & habebit ēt impetrare volens probare mandatum post impetrationem ēt cōtra vtentē admittet exceptio, sed habebit excipiēs probare rescriptum impetratū sine mandato. & qūo hæc probari possint, dixi su. ead. glo. Dixit Compost. ꝙ curia non cōpellit procuratorem impetrantem pbare mandatum ad petitionem procuratoris contradictoris: nisi prius ille suū mādatū ostendat. Io. And. a ¶ Non dēt exigi.] quæ sint illæ psonæ, habes ff. de proc. sed & hæredes.

i ¶ Dilectus fili⁹.] Cum agitur actione reali, cōputatio dietarum fit à fine dioe. loci vbi sita est res. Et de meritis appellationis nō iudex causæ principalis, sed cui commissa est appellatio, cognoscere debet, ita communiter summant doct. Sed profecto pars prima summarij nullo modo probatur in text. nec puto eā veram in se. nam in tex. solum definit quis cognoscere debeat de meritis appellationis. Et venit hoc ad limitandum c. pastoralis. sup. eo. Diuiditur in duas partes. In prima ponitur querela appellantis. In secunda prouidetur, ibi, Quocirca. Abb. Siculus.

CASVS. Iordanus clericus Dumelieñ. impetrauit litteras contra Io. Sarraceñ. super ecclesia S. Nicolai Dumelieñ: dictus Io. ad iudicium euocatus excipiendo pposuit, ꝙ authoritate illarum litterarum non poterat conueniri, ex eo quod vltra duas dietas à diœcesi vbi sita erat ecclesia prædicta trahebatur contra conciliū generale, de quo in litteris mentio non fiebat. ipsi iudices hanc exceptionem noluerunt admittere, pro eo quod idem Io. in Rapheñ. & Elieñ. diœcesibus obtinet beneficia. quasi ex hoc domicilia haberet ibidem. quare dictus Io. ad sed. Apos. appellauit: appellationis causa fuit commissa archiepiscopo Eboraceñ. & eius coniudicibus. sed primi iudices nihilominus in negotio procedentes, inhibebant iudicibus appellationis, ne in negotio sibi commisso procederent. Vnde mandat Papa primis iudicibus quod si ita est, in ipso ne-

† Alias, exceptione,

sarius puniatur. ¶Nisi forte de illis personis extiterit, à quibus nō debet exigi a de iure mandatum.

¶Honorius iij. Cantuarieñ. archiepiscopo, & cō iudicibus suis.

¶ Si occasione duorum scriptorū vnius in causa principali, alterius in causa appellationis contenditur: non iudex super principali: sed deputatus super appellatione, cognoscere debet de validitate appellationis.

CAP. XXIX.

ij DIlectus filius I. Sarracenus cleric⁹ exposuit corā nobis, ꝙ cum Iordanus clericus Dunelieñ. † ipsum super ecclesia S. Nicolai Dumolieñ. † corā vobis authoritate litterarum nostrarum traxisset in causam: ex parte ipsius I. fuit excipiendo propositū, quod authoritate ipsarum litterarū nō poterat cōueniri, quod vltra duas dietas à diœcesi (vbi pdicta ecclesia erat) contra statuta concilij generalis b (de quo in eisdē litteris nō fiebat mentio) distabatis.† Et quia huiusmodi exceptionem admittere denegantes, procedebatis in causa (,p eo quod idē I. in Rophñ. & Elieñ. diœcesib. beneficia obtinet, quasi ex hoc ibi domicilium c intelligeretur habere) ipse ad nostram audientiā appellauit: & inf. Cumq; idem I. appellationem interpositam pro secutus, ad Eboraceñ. archiepiscopum & eius collegas, super pmissis litteras impetrasset: vos i causa ipsa nihilominus procedentes, eisdem iudicibus ne in cōmisso sibi procedant negotio, inhibetis. d ¶ Quocirca mandamus quatenus (si est ita) causæ supersedeatis eidē, cū nō vos, sed dicti iudices e cognoscere habeāt ad quos iurisdō debeat pertinere.

† Dunelien-sis.

† Dunelieñ.

gotio non procedant; quia non ipsi, sed iudices appellationis cognoscere debēt ad quos iurisdictio debeat pertinere. Not. quod inter iudices datos in principali causa, & iudices datos in causa appellationis non reuocatur in dubiu quoru sit iurisdictio. Iudices enim appellationis cognoscere debent an sit legitime appellatum: qa nemo cognoscere hēt de appellatione ab eodem ad superiorem interposita, vt hic patet: sed supior ad quem appellatur.

b ¶ Concilii generalis.] supra c. proxi. [et i. seq. notat quod habere ecclesiam vel præbendam, &c. tractans vbi dicitur q. uis habere domicilium.]

c ¶ Domicilium.] ex hoc videtur quod licet aliquis habeat pbendā vel ecclesiam 1 alibi, ꝙ propterea non habeat ibi domicilium. Nam sola possessio domus, q in ciuitate alia comparatur, non facit domicilium. ff. ad mun. libertus §. sola domus, veruntā bene potest qs habere domicilium in plurib. locis. dumodo se in vtroq; æqualiter collocasse videtur. ff. ad munic. assumptio. §. iuris prudentibus, & inf. de fo. cōp. ex parte B. alias ēt ibi habere domicilū, vbi maiorem partē rerū suarum possidet, & assidue conuersatur: & ibi debet respōdere. C. vbi se. vel cla. l. senatore. Vel etiam vbi vendit, emit, contrahit, & festos dies celebrat. ff. ad munici. eius. §. 1. ratione vero de qua agitur, potest conueniri. inf. de fo. comp. sane. C. vbi in rem act. l. fi. & ex hoc forum sortitur. s. de foro comp. c. vlt. vbi numerātur plura, ex quib. sortitur quis forum. Et sic patet ꝙ dietæ itē semper sunt computandæ respectu diœcesis vbi est res de qua quis conuenitur. inf. de fo. comp. ex parte B. licet intra illas habeat beneficium, vel quandoque inueniatur, vt h c dr. Sed in personali actione secus: quia potest conueniri vbicunque habet domicilium.

d ¶ Inhibetis.] & male: quia postquam causa appellationis est commissa ex certa scientia, iurisdictio priorum iudicum est suspēsa. inf. de off. de. c. pastoralis. §. præterea. Sed iudex appellationis potest inhibere iudici à quo appellatum est, ne in eadem causa procedat: vt inf. de offi. ord. Romana. §. nec pro eo. versi. similiter, & §. à qu bus. [lib. 6.] & inf. de appel. Romana. §. si autem. [lib. 6.

e ¶ Sed dicti iudices.] Nam iudices appellationis debent cognoscere an sit legitime appellatum: & si legitima est appellatio, ipsi cognoscant, alias remittant partes ad priores iudices, in expensis condemnando appellātem. inf. de app. vt debitus. &c. cum speciali. Et ita quan-

† In nonnullis manu script. legit, citabatis.

1 Vide Ioan. Andr. inf. de priuile. c. ex ore. in gl. super verbo. item rationē possessionis.

ita, qn̄ iudices ad appellationem dati ſunt, ſemper debent cognoſcere de hmōi iuriſdictione: nec conuenire, cum prioribus, ſicut qn̄q; vidi fieri. Illud enim habet locum qn̄ diuerſi iudices cōtendunt ſe habere iuriſdictionem principaliter. ſu. eo. paſtoralis. Bern.

hic. De hac materia dicas vt dixi, ſu. e. ca. 1. Sed illa decre. ex parte. inf. de off. del. loquitur in alio caſu, cū iā litteræ ſunt primo præſentatæ ante præſentationem ſecundam, & ita concordat cum iſta. Alij dicunt, & forte bene, ꝙ primæ litteræ valent, & non ſecūdæ. qa de primis nō faciunt mentionē, ſi primus impetrans non fuit negligens in ꝓſequē do ius ſuum, & hoc conſtat, licet prius ꝑſententur ſecundæ: dum tamen nō recipiatur ſecundus ante præſentationem priorū: & ita ceſſant contraria. ſed ſi primus ñ ꝓſequatur ius ſuū dolo vel negligētia, cū ꝓſequi poſſit, valebūt ſecūdæ, licet de primis nō faciāt mētionē; ſecus in reſcriptis ad lites obtētis, vbi ꝑ ſolicitudinem præſentātis ꝑditur primum reſcriptum, licet ſecundū de primo non faciat mētionē inf. de app. vt debitus. ibi enim remanet ius ſaluum vtrique impetranti.

[Gl. ſeq. recitatur per obiectionem, & ſoluit.]

¶ Idem epiſcopo & archi diacono Legion.

¶ *Si plures impetrant in eadem eccleſia ſtatur data, vt primus impetrans præferatur & ſolus admittatur. Ita communiter ſummant doc. Et procedit iſtud ſummarium ſecūdum opinionem communem, quæ hodie inualuit propter iura noua.*

CAP. XXX.

CApitulum † ſanctę crucis Cameracen. exhibitæ nobis petitione monſtrauit, ꝙ Callimacho clerico ſuꝑ ꝑbendali bñficio in eorum eccleſia obtinendo, litteras noſtras ad eos prius a monitorias, & demum ꝑceptorias impetrāte, B. clericus cōtra eos ſuper conſimili [b] bñficio in eadem ſibi eccleſia conferendo, ad I. archiepiſ. Tornacen. & eius collegas, de ꝑdictis litteris nō habita mentione, [c] executorias a nobis litteras impetrauit: qui poſt appellationem [d] ad nos interpoſitā, in eos ſuſpenſionis [e] & † excommunicationis ſententias protulerunt: ac dictus. C. ſuper executione mandati pro eo facti, ad alios obtinuit ſcripta noſtra, qui tulerunt ſuſpenſionis, & excommunicationis ſententias in eoſdem.

¶ Quocirca mādamus quatenus eo recepto in canonicū & in fratrē, aſſignatoque ſibi bñficio ꝑbendali: q ad eos prius mandatū Apoſtolicū reportauit pręfatas ſententias [f] iuxta formā eccleſiæ relaxetis: [g] alteri ſuper præbendali bñficio in eadem eccleſia ſilentium imponentes.

† Dictio, capitulū, hic capitur pro collegio. ſile capitu. ad hoc. c. inter alia, & cap. quod in dubijs. de ſen. excom.

† In multis manuſcrip. ita; i eos ſuſpēſionis ſētentias protulerunt.

CApitulum.] Diuiditur. Nā in prima ponitur facti narratio perplexitatem cōquerentis cōtinēs. In ſecūda definitionis cōmiſſio, illam tollens Secūda: ibi, Quocirca. Abb. Siculus.

CASVS. ¶ Callimachus clericus impetrauit litteras monitorias cōtra capitulū ſanctæ crucis Cameracē. ſuper obtinēdo bñficio in eadē eccleſia. & deinde ꝑceptorias obtinuit contra eoſdē, B. cleric' cōtra capitulū idē ſuꝑ cōſimil bñficio in eadē eccleſia ſibi cōferendo, ad archidiaconū Tornacen. & ad eius collegas litteras executorias impetrauit: qui monuerunt capitulum ſanctę crucis, vt dictū B. reciperēt in canonicū, & in fratrē, à quibus iudicibus capitulū appellauit, ſed iudices ñ obſtāte appellatione tulerunt ſniam ſuſpenſionis in eoſdē: poſtmodum dictus Callimachus litteras executorias ſuper executione mandati pro ipſo facti ad alios iudices impetrauit: qui tulerunt ſententias ſuſpenſionis & excommunicationis in eoſdem. capitulū ſanctæ crucis factum illud ſignificauit domino Papæ. Papa mandat epō & archi. Legionen. vt illum in canonicum recipiant, & beneficium aſſignent ei qui prius mādatum apoſtolicum prædicto capitulo reportauit; relaxantes ſententias prædictas iuxta formam eccleſiæ, ſuper præbendali beneficio alteri ſilentium imponendo. No. qui primo mādatū Apoſtolicū repreſentat ſuper beneficio, debet beneficium obtinere ſicut ſeruatur in litteris ſuper controuerſijs impetratis.

[Gl. ſeq. ſignat contraria, & ſoluit. & opi. ponit ſolutioni contrariam.]

a ¶ Prius.] & ita q præuenit 1. alium. ille obtinet, inf. de appellatio. vt debitus. ibi prius quā in gl. & if. e. ab batem. & eſt ſimile, ff. de procu. pluribus. & inf. de procu. nō inuitæ, vbi potior eſt cōditio occupātis. & ſimile, ff. de ver. obl. l. Titius. Sed vr̄ ꝙ ille ꝓ quo fuit pri' lata ſnia, deberet obtinere: non iſle qui primo pſentauit reſcriptum, ſicut ſi quis à pluribus conueniatur ex noxa eiuſdē ſerui, non ei qui primo egit: ſed ei qui ad ſniam prius peruenit, debet dari, ff. de noxa, ſi quis à multis, ſic etiam in actione de pec. ff. de pec. ſi vero ad huc. Forte idē poſſet dici hic, ille enim obtinuiſſet q prius receptus fuiſſet. arg. if. de præben. dilectus 2. ſed neuter ad ſniam venit. Hic poſſunt aſſignari multa cōtraria, if. de offi. deleg. ex parte 1. & ſu. eo. ti. cæterū, & multa cōſimilia. Sed iura illa hodie correcta ſunt per id quod habes if. de appel. vt debitus, & per id qđ dicit

1 Si intelligas in impetrando, planū e.t, ſi i pſentādo, falſum eſt: niſi ſi qn̄ gratiæ ſunt æquales, & neſcitur quis ſit primus if. e. c. pen. lib. 6. Ioa. And.

b ¶ Conſimili.] Ergo non ſuper eodem beneficio, ſed diuerſis: alias no diceret, conſimili; quia ſi cōſimile, ergo aliud, & non idem, vterque iſtorum impetrauerat, vt ei prouideretur in beneficio præbendali: ſed nō ſuper vno, ſed ita ſimpliciter: quia nihil e.t idem, cui ſimile e.t. argumen. ff. ſi menſor falſ. mo. dixe. l. 2. § hęc actio.

[Glo. ſeq. obijcit & remittit.]

c ¶ Non habita mentione] per hoc videbatur, quod litteræ nō valebāt. ſup. eo. cæterum, if. de offi. dele. ex parte 1. Sed primæ ibi iam fuerant præſentatæ ante pręſentationem ſecundarum: & ſic non contradicit. ſed concordat huic no. Et etiā nō obſtat. c. cætęrū.

[Gl. ſeq. arguit, & remittit.]

d ¶ Poſt appellationem:] Vnde videtur quod ſententia poſtea lata no tenuit, inf. de ſentē. excom. per tuas Sed contrarium dicitur. if. vbi dicit, ſententias præfatas relaxetis: ſed ibi dicitur quare tenuit ſententia. Vel intellige q ex iuſta cauſa appellatum e.t. quā forte litteras alterius receperant, vel aliam iuſtam cauſam allegarunt. & ſic non tenuit ſententia, Vel dicas ut in vltima notula.

[Gl. ſeq. alleg. quinque concor. obijcit & ſoluit.]

e ¶ Suſpenſionis] Arg. ꝙ ſuſpenſus pote.t amplius ſuſpendi, ſicut excommunicatus pote.t excommunicari. 3. q. 4. Engeltrudam. & 11. q. 3. excellentiſſimus. 12. q. 2. & uiro. & inf. de Iudæ, & Sarra. ita quorundam, in ſi. vbi de hoc.

f ¶ Sententias.] ſ. excommunicationis & ſuſpenſionis latas. proximo cap.

[Gl. ſeq. obijcit. & tripliciter ſoluit.

g ¶ Relaxetis.] Ex hoc patet ꝙ ſententia ſuſpenſionis poſt appellationē lata tenuerit. Sed vr̄ ꝙ appellati

tenuit, ex eo, quod ei tamen qui litteras primo præsentauit, prouidere deberet, & non illi qui secundo præsentauit litteras suas, contra quem fuit appellatum. Dicas quod ideo tenuit sententia non obstante appellatione, quia nondum prouiderat alicui illorum, & litteris continebatur, si alium ad mandatum nostrum nō receperitis. hæc enim clausula [nisi de mandato nostro eadem ecclesia in receptione alterius fuerit granata] erat in vtrisque litteris inserta, vt patet in integra, sed ipsi non receperant adhuc, vnde non tenuit appellatio, cum nondum competeret eis exceptio. Vel dicas, si vis; prædictas sententias relaxetis, ad cautelam quantum ad illam sententiam, quæ lata fuit post appellationem, quæ legitima fuit quantum ad aliam latam pro Callimacho, ubi appellatio non præcessit; tenetur proprie illud verbum, relaxatis. Et sic proprie & improprie simul illud tenetur. simile 28. dist. presbyterum. 63. dist. in synodo. Quid si præsentatione per aliquem illorum facta ipsi capitulo alij iudices post app. excõicauerunt? Vr quod teneat appellatio, quia ex quo alius peruenerat, ius habebat. Vnde si capitulum appellauit contra secundo præsentantem, bene vr tenere appellatio: quia ei debetur prouidere qui primo præsentauit: vt hic dicit, & ideo absolutio ad cautelam fieri debet. Sed non credo: quia quoties aliqui absoluuntur ad cautelam illud exprimitur, su. de appel. ad præsentiam. inf. de test. veniens. in fi. vnde prima ratio verior videtur. Vel intelligitur tantum de sententijs illorum à quibus non est appellandum, & ita planum est.

† Ergo pensio super beneficio non uidetur posse dici bñficium, cum sicut diuersa hic ponãtur, adde ca. quamuis, de præbẽ. lib. 6.

¶ Idem Bituricen. archi. Apostolicæ sedis legato.

¶ Si habẽs litteras Papæ ad beneficium, eis propter annuam pensionem renunciat, non ualent litteræ beneficiales per eum hoc tacito impetratæ.

CAP. XXXI.

ij AD audientiam nostram peruenit, quod quidam clerici obtentis à sede Apostolica litteris super prouisione sua in aliquib. ecclesijs tibi subiectis, recipiẽtes ab eis annuas pẽsiones, [a] seu † alia beneficia ab eorum impetitione desistũt, renũciãtes [b] beneficio litterarũ. & infra.

¶ Fraterni igitur tuæ mandamus, quatenus eos qui post litteras taliter venditas, † alias (de illis mentione nõ habita. [c]) impetrabunt de cætero, vel hactenus impetrarunt, carere decernas commodo earundem, & ecclesias nõ permittas earum occasione vexari, reuocando in irritum [d] si quid earum prætextu inueneris esse factum

¶ Greg. ix. archiepiscopo Mediolan.

¶ Receptus per litteras Apostolicas, licet præbendam expectet, per alias litteras hoc supprimentes, in alia ecclesia recipi non debet, hoc dicit, inhærendo uerbis litteræ.

b ¶ Renunciantes.] sed nunquid continet simoniam hæc renunciatio? Vr quod sic, cum ex litteris habet ius ad petendũ beneficium spirituale: & in talib. ois pactio & contradictio cessare debeat. ff. de pac. c. vlt. & 1. q. 2. quam pro. Posset dici quod non est simonia: quia ea quæ præcipiuntur à iure licite deducuntur in pactum etiam in spiritualib. inf. de electione, significati. in princip. & in gl. 2. & 18. q. 2. Eleutherius. in prin. & in glo. 1. & istud est de iure quod renunciet litteris si vult habere beneficium: sed si habeat, etiam beneficium, posset deduci in pactum quod ei renunciaret, si vellet aliquod aliud beneficium obtinere: quia vtrumque habere simul non potest. inf. de præbe. cũ nõ ignores. Et secundum hoc expone, vẽditas. i. cum tali pacto renunciatas. Vel potest dici, quod simonia fuit. quod hic non negatur. Vel dic quod nõ fuit simonia propter hoc commissa, quod est æquius: cum nullum ius speciale habuerit per litteras illas. Ber.

† Contius hic uendicatas legendũ monetur, sed in omnibus manuscr. uẽditas inuenitur, id est, tali pacto renunciatas.

c ¶ Mentione non habita] Et ideo non valẽt, inf. eo. c. proxi. & su. eo. tit. ad aures. & c. cum adeo.

[Gl. seq. primo quærit de reuocatione processus facti per scriptũ surreptitium. Secundo alleg. pro, inducens tria ca. & rationem quam fortificat: soluit etiam obstaculum. & inducit tria similia: tertio alleg. 4. in contrarium: quarto ponit opin. Ioan. quinto sol. dist. inter rescripta ad lites, & ad beneficia.]

d ¶ In irritum.] Sed quæritur an generaliter sit verum, quod quicquid fit per litteras tales surreptitias, debeat reuocari? Hoc manifeste probatur in capitulo isto, & e. t. simile. su. e. cum dilecta. & c. constitutus, & hoc ideo, quia per litteras tales iurisdictio nõ uidetur dari, inf. de offi. dele. sua nobis. & 35. q. 9. veniam. in princ. ibi, surreptum huic sedi. & cap. sententiam, & reuocatur etiam quod fit altera parte absente: vt inf. de re iud. cum olim. §. post hæc. & ff. de iudi. l. si prætor. §. Marcellus. Nec obstat si dicas quod post sententiam non admittatur exceptio. 3. q. 6. cap. 2. §. exceptio. & infra de re iudi. inter. 1. Sed illud non habet locum in exceptionib. in quib. agitur de falso. inf. de proc. in nostra, in fi. & inf. de prob. licet. §. post hæc, cum enim per tales litteras non receperint iurisdictionem, quicquid per eas factum est, non tenet, & est sim. quia replicatio omissa ante sententiam ex causa probabili, post sententiam proponitur, ff. quando ac. de pecu. annalis est d. l. quæsitum, multo fortius exceptio. Ad idem facit infra de re iud. ad probandum, argum. inf. de despon. impu. ad dissoluendum, in fi. sed illa decr. aliter intelligitur. Et contra videtur quod per tales litteras detur iurisdictio, licet possint elidi per exceptionem, vt sup. eod. nonnulli. dictum est. arg. ff. de bon. pos. secundum tabulas, l. pen. §. testamento vnde non potest dici retro iudicium nullum fuisse: vnde si aliquis sciuit sibi competere exceptionem, & nõ excipit, sibi imputet, si nesciuit, quod prætextu exceptionis post re præsententia non retractetur, infra de re iud. inter. & c. suborta,

1 Vide text. cum gl. in l. peremptorias C. sent. rescin. non pos. & in le. officium ff. de rei uen.

ij AD audientiam.] Diuiditur, quia in prima ponitur facti narratio. In secũda prouisio: ibi, Fraternitati. Abb.

CASVS. Quidam impetrauit litteras à se. Apo. vt prouideatur ei in ecclesijs alicuius diœcesis subiectis. tãdẽ recipit annuas pẽsiones, seu alia beneficia, & desistit ab earum impetitione: & renunciauit beneficio litterarum, postea impetrauit alias litteras super sua prouisione, non facientes mentionẽ de alijs, vel de pẽsione vel renũciatione. significatum fuit hoc dño Papæ, mãdat Papa archiepõ Bituricen. cõtra illos, qui post tales litteras prius venditas, alias impetrant, non faciẽtes mentionem de alijs, ac etiam impetrabũt, de cætero, quod decernat eos carere omni commodo litterarum nec permittat ecclesias per tales litteras vexari, reuocando in irritum quicquid illarum authoritate inuenitur factum esse. No. quod tenetur facere quis mentionem de litteris quibus renunciauit: sed illud cõtigit quia vendidit illas. & ita quasi beneficiati reputantur quantum ad impetrandum, quia gratiam sibi concessam uendere non debebant.

a ¶ Pensiones.] huiusmodi pensiones, quæ in fraudẽ fiunt de prouentibus ecclesiarum, prohibitæ sunt in concilio generali. inf. de præben. extirpandæ. in fin. & inf. de collusione, audiuimus.

[Glos. seq. quærit, argu. pro vacillando, soluit contrarium.]

1 Id est ex falso rumore confectū.

subortā. Item libertas per falsos codicillos data nō reuocatur. ff. de manu. testa. cum ex falsis. & legata præstantur licet testamentū sit falsum. 1. ff. de hære insti. l. vlti. Circa istam materiam dicebat Io. q̄ sn̄ia lata p̄ tales litteras, tenet, nisi releuetur p̄ appellationē vel supplicationem, sed retractanda est per in integrum resti. Vel si vis dicere q̄ per tales litteras nulla dat̄ iurisdictio, nō est necessaria restitutio: quia ipso iure nulla est sn̄ia. if. d̄ offi. vic. sua nobis, Tu dicas q̄ tales litteræ non sunt irritæ ipso iure, sed possunt annullari per exceptionē. vnde, si à principio huiusmodi exceptio p̄ponat̄, si aliquid fiat cōtra, totū reuocat̄. & sic loquitur sup. e. constitutus. & c. cū dilecta. Si aūt per cōsensum partium tacitū vel expressum procedatur, & detur sn̄ia, tenet quidē & valet, cum sit lata à iudice suo: nec cōtra ius cōstitutionis: vt 2. q. 6. c. ei q. §. definitiua, & īf. de re iud. cū inter vos, nisi fuerit appellatū vel supplicatū. 35. q. 9. veniā. & c. sn̄iam. & C. de Prec. impe. offe. Auth. quæ supplicatio. Et in causa appellationis vel supplicationis pōt opponere de surreptione. & si ostēdit se ignorasse, bene auditur: & poterit hoc p̄bare per iuramentū, quia hoc aliter de facili probare non posset inf. de testi. psē tium. & inf. de exce. pastoralis. & hoc intelligo hic, si eis ignorātibus de prioribus litteris receperint istos p̄ litteras secūdas. arg. ad hoc, inf. de præb. dilecto. Vel potest dici q̄ aliud sit in beneficijs: 2. quia beneficium non potest possideri nisi canonice habeatur if. de isti. ex frequentibus. sed isti per fraudem obtinuerunt, & ideo inuiste & si primam ecclesiā habuissent quo ad titulu, secundum habere non poterant, nisi dispensatiue. inf. de elec. dudū. decre. Greg. & io necessaria fuit scientia Papę in impetratione litterarum talium. inf. ca. prox. quia Papa quo aliquo beneficiato non scribit ex certa scientia, quin faciat mentionem de primo beneficio. sup. eod. postulasti. in alijs bene tenent ea quæ fiunt per tales litteras: ex quo tacite uel expresse approbantur litteræ inf. de offi. deleg. ex parte, 2. nec eo prætextu posset appellari.

† Vide l. 1. §. sed & si qs ff. de Carbo. edic. & ff. de lib. cau. l. ordinata.

a Hanc glo. dicunt esse sing. Inno. i ca. ad aures. sup. eod. & Abbas hic.

CAP. XXXII.

IN nostra p̄posuisti p̄sētia, q̄ nōnulli clerici à sede Apostolica plures litteras (nō tn̄ alias d̄ alijs mētionē [a] faciētes) īpetrant fraudulēter, vt i pluribus ecclesijs admittantur: sicque aliqn̄ in alijs recepti, licet nondū in eis ecclesiasticū bn̄ficiū [b] sint assecuti, alias ecclesias sup̄ receptione sua nihilominus īpetūt & molestāt: † & īf. ¶ Mādamus, quaten⁹ eos clericos, ecclesijs, in quibus recepti sunt, faciens esse contentos, non permittas alias ab eis occasione litterarum huiusmodi molestari. ¶ Nisi de receptione forte sua expressam fecerint mentionem.

¶ Idē ep̄o Siluanecteñ & abbati † Caroli loci.

IN nostra. [Decre. ista itelligi potest duobus modis. primo de ijs qui simul impetrauit binas litteras. & hoc amicatur principio. Alio modo de ijs qui iam recepti p̄ primas impetrauerūt secundas litteras: & hoc amicatur fin. Et secundum intellectum quem tenet hic Ioan. Cal. & do. Car. Flo. potest sic summari. Suppressio iuris ad rem, vitiat rescriptum beneficiale. h. d. in hac decre. primo ponitur facti narratio, ex qua resultat quæstio Secundo: ibi, Mandatur. Ponitur mandatū. Tertio: ibi, nisi de receptione ponit̄ exceptio. Abb. Siculus.

CASVS. Quidam impetrāt plures litteras vt in pluribus ecclesijs admittantur, non facientes de alijs, in alijs litteris mentionem? & sic quasi recepti in ecclesiis, quamuis nondum habeant beneficium, alias tamen ecclesias sup̄ receptione sua siue; prouisione impetunt, & molestant. Ista proposita fuerunt in præsentia domini Papę: vnde mandat archiepiscopo Mediolañ. vt faciat istos esse contētos ecclesijs in quibus taliter sunt recepti, nec p̄mittat ab eis occasione huiusmodi litterarum molestari, nisi de receptione sua faciant mentionem. Not. quod receptus in canonicum & in fratrem, licet adhuc non sit beneficium assecutus, reputatur beneficiatus, ita quod de hoc tenetur facere mentionem.

[Gl. seq. querit & soluit.]

a ¶ Mentionem.] Et ideo vr̄ qđ secundæ valere non debeant. sup. c. p̄xi. & sup. eo. ceterum. & capit. ex parte 2. & inf. d offi. deleg. ex parte 2. sed in pendenti est quæ vacat, si ante præsentationē primarū secūdæ fuerint impetratę. tūc enim valebūt, quæ prius fuerint p̄sētatæ: vt sup. e. tit. c. capitulū. & if. de appell. vt debitus. postquam vero receptus esset per primas, non valerent secundæ: vt inf. sequit. Præterea quia Papa non intendit ei prouidere in pluribus beneficijs, nisi in secundis litteris mentio fiat de primis. inf. eo: capit. si p̄ponēte ēt si modicum esset beneficium primum inf. de p̄bendis. cum teneamur, Sed quid dices si primæ litterę annullatæ sint per exceptionem, nunquid valēt secundæ, licet de primis non faciant mentione: Dico quod valent secundæ, si nondum essent præsentatæ: quia potius ad cautelam impetratæ videntur: vt si non posset beneficium consequi per primas uterentur secundis, sicut cōsueuit dici in rescriptis, supra eo. ex tenore. & verba cum effectu intelliguntur. ii sn̄a. de cler. non resi. de. relatum. vnde cum nihil obtinuerit per primas, valent secunda, quia hæc fuit intētio Papæ, vt per litteras suas beneficium consequeretur: & hoc satis innuitur ex eo quod dicit; eos facias esse contētos ecclesijs in quibus recepti sunt.

[Gl. seq. obijcit & soluit.]

b ¶ Beneficium sint assecuti.] Si enim nondum sunt ecclesiasticum beneficium assecuti, quare non ualent littere istæ secundæ, quia qui beneficium ecclesiasticum non est consecutus, potest pro beneficio litteras impetrare. supra eod: cum adeo & infra si proponente; Respondeo licet bn̄ficium nondum sit assecutus, tamen ius canoniæ per quod in breui beneficium est habiturus, ex domini Papę mandato est consecutus: & pro beneficiato iam reputatur: vnde de hoc in suis litteris tenebatur facere mentionem, si iam erat receptus.

† In multis antiquis ita: & abbati cō pendicum.

¶ *Non valet rescriptū quod procurator reuocatus, & de hoc certificatus, extra iudiciū impetrauit: secus tamen si in iudicio, dummodo reuocatio ad notitiam aduersarij vel iudicis non peruenerit, hoc dicit secundum lecturam magis communem.*

CAP. XXXIII.

iij EX parte decani & capituli Laudunē

iij EX parte decani.] Sic summatur secundum intellectum satis notabilem. Quicquid procurator reuocatus, & de hoc certificatus in iudicio facit in fauorem domini, non tenet, licet reuocatio ad notitiam iudicis uel aduersarij non peruenerit; secus si illud tendit ad commodum aduersarij. hoc dicit. In prima, ponitur facti narratio. secunda iudicum instructio: ibi, Quia vero. Abbas Siculus.

CASVS. Canonici Lauduneñ. habēnt priuilegium à Romano Pontifice, vt possent excōmunicare oēs sibi

sis fuit ꝓpositũ, φ cũ ipsi auctoritate Apostolicæ indulgẽtiæ[a] in nobilẽ virũ I. excõicationis sñiam ꝓtulissent: procuratoribus partiũ pp hoc ad sedem Apostolicã accedẽtibus, & lite sup diuersis articulis[b] cõtestata[c], nos causã vobis commisimus terminandam: hoc adiecto, vt non obstarẽt litteræ præter assensũ partiũ[d] impetratæ. Dictus aũt nobilis citatus, ꝓposuit, φ p illas litteras ꝓcedẽdũ nõ erat: ex eo φ V. qui easdem litteras impetrauerat, falsus extiterat ꝓcurator[e], cum ipse ante impetrationem litterarũ ipsarum, ꝓpter suspicionẽ[f], quam contra eundem conceperat, mandatum sibi traditum re-

iniurias inferentes, vel sua bona detinentes ratione cuius quidã I. nobilis ab ipsis fuit excõicatus: sed appellauit ad Papam. Procuratores vtriusq; partis missi sũt ad Papam Dũ ibi essent, & examinaretur negotium, iste Io. habuit suum procuratorẽ suspectum, quia forte erat amicus canonicorũ vel canonici aliquid ei promiserant: vel habebat filium, cui canonici ꝓmiserant dare aliquam capellã, vel beneficium. reuocauit igitur ipsum procuratorem, & misit ad eum suas litteras reuocatorias, ille procurator suus celauit huiusmodi litteras, & non manifestauit neq; iudici, s. Papæ, nec parti aduersæ, s. ꝓcuratori istorũ canonicorũ. Ambo procuratores considerãtes φ negotium non posset commode discuti in curia Romana, quia, difficile fuisset illuc conuocare testes, vel propter nimios calores in vrbe Romana existentes, voluerunt impetrare, & de facto impetrauerunt litteras ad vnum epm, & vnum abbatem in Picardia. Erat autem reuocatus (vt diximus) procurator istius Ioan Præsentauit litteras iudicibus, quibus cõmittebatur causa, iudices citauerunt partes. s. canonicos, & illum Ioan. Excipit Ioan. φ virtute istarum litterarum non poterat conueniri, cum essent impetratæ à suo procuratore reuocato. Et dixit; ego credo ꝓcuratori meo per suum iuramentum si fuerit reuocatus an non. Rñderunt ad hoc canonici, φ illa reuocatio non ꝑuenerat ad notitiam eorum, vel saltem eorũ procuratoris, nec etiam ad notitiam iudicis. s. Papæ, rõne cuius non valebat. Iudices interlocuti sunt quod hoc non obstante procederent; ille Ioann. non appellauit à sñia: sed videns hoc obstupuit, & dixit. Postq̃ reuocatio facta per me non tenuit: ego prouidebo mihi. Ecce, quid fecit: obtentis dilationibus ad faciendum negotium suum, dixit suo procuratori, quem iã reuocauerat: oportet te ire Romam celeriter, & impetrabis mihi litteras alias directas ad istos iudicas. Bene dixit procurator, fiat, iuit, obtinuit, & redijt, & apportauit litteras faciẽtes mentionem de primis per quas inter alia mandabatur, vt isti duo iudices. epũs & abbas examinarent ꝓcessum vsque ad sñiam exclusiue, & pro sñia definitiua remitterent ad Rom. Pont. Fuerunt præsentatæ iudicibus istæ litteræ, vt procederẽt secundũ eas, & non sm̃ priores. Pars canonicorum se opposuit cõtra huiusmodi litteras, & dicebat φ nõ valerent: quia erant impetratæ à procuratore reuocato, qd ipsemet. Io. iam in iudicio confessus erat, & ẽt extra iudicium erant impetratæ: quia iudiciũ (vt patet supra) erat in Picardia coram illis duobus, & fuerunt impetratæ in curia Rom. & sic extra iudicium. Dicebat iste Ioã. vos noluistis admittere reuocationẽ quo ad alias litteras, sed bene quo ad istas: ergo nihil cognosco in hoc. Dicant ei, in primis reuocatio nõ fuit nobis nota, bene autem in secundis, quia tu ipse confessus es in iudicio te reuocasse tuũ procuratorẽ. Sup hoc consultus Papa dicit φ iudices ꝓcedant sm̃ priores, & nõ sm̃ posteriores impetratas p procuratorem istius Io. iam reuocatũ. Iste est casus ad longũ clarus & facilis, qui optime declarat istam decretalem, quæ alias pp nimiam intricationẽ plena difficultatis erat. Panorm: Not. φ reuocatio procuratoris dati ad lites peruenire debet ad iudicem & aduersarium, aliter non tenet reuocatio: & valent ea quæ cum tali procuratore facta sunt in iudicio. Item reuocatio procuratoris dati ad impetrandum, siue ad negotia, debet peruenire ad ipsum procuratorem tantum. Item non valent litteræ impetratæ sine speciali mandato dñi, hoc est verum, nisi fuerit de illis personis, à quibus de iure non exigitur mandatum.

a ¶ Indulgentiæ.] Forte cõcessum fuerat capitulo Laudunẽñ. vt si quis in eorum manifestam offensam incideret, φ illum possent excõmunicare. similem indulgentiam habes intra de verbor. signi. ex parte. 1 vbi concessum erat canonicis Carnatẽñ. quod nemini licitũ esset absoluere excõmunicatos ꝑ ecclesia Carnatẽñ, nisi satisfactione præmissa pro emenda.

b ¶ Articulis. Qui fuerint alij articuli non habemus.

c ¶ Contestata.] per procuratores datos ad totã litẽ.

d ¶ Præter assensum partium.] hoc solo non valebant litteræ posterius impetratæ præter consensum partiũ, etiam si mandatum procuratoris non fuerit reuocatũ. sup. c. cæterum, hoc tamen non fuit allegatũ vel intellige de alijs litteris ad alios iudices prius impetratis: & ita planum est.

[Glo. seq. ponit duas species falsi procuratoris:]

e ¶ Procurator.] no. φ quãq; dicitur falsus procurator, q nunquam fuit, & talis nec dñm obligat, nec soluentem sibi talis procurator liberat, nisi dñs ratã habeat. arg. inf. de offi. deleg. cum olim. 1. & ca. coram. ff. de iudi. licet. & ff. de condi. cau. da. si procuratori falso. Dicitur etiam falsus procurator qui fuit, & nõ est: vt hic & iste liberat soluentẽ sibi pro domino ignorante sed dñm non obligat. ff. si cert. pet. l. eius qui in prouincia, & ff. de sol. si q, seruo. De exceptione autẽ procuratoria notabitur inf. de procurato. in nostra præsentia.

[Glos. seq. distinguit in renunciatione ꝓcuratoris, an fiat ante litẽ contestatã, vel post, & an procurator consentiat vel resistat: & ex hoc obijcit, & soluit.]

f ¶ Propter suspicionẽ.] sic. inf. de procu. in nostra. Propter suspicionem potest procurator non solum ante, sed etiam post litem contestatã remoueri, ff. de procur. itẽ si suspectus puta si affinitate aliqua aduersario cõiungat. ff. eo. aut affinitate; aut si familiaris fiat aduersario inf. de offi. deleg. insinuante. & quoties noua causa superuenit, ff. eo. si post datum. & hoc post litem contest. sed de causa cognita, ff. eo. post litem. & l. quæ oĩa. & hoc verum est si procurator contradicat, secus si cõsẽtiat, qa tũc sine causæ cognitione remouetur. inf. de procu. auditus. & ante lit. contest. nulla causa interueniente. ff. eo. ante litem: Quare ergo nõ reuocatur quicquid factũ fuit p talem procuratorem? Ratio satis est in euidenti: quia huiusmodi reuocatio non ꝑuenit ad aduersariũ vel ad iudicẽ: vt ex aduerso proponebatur: vt inf. sequitur, & ideo quicquid cũ ipso factum est, ualet quousque reuocatio sit nota aduersario vel iudici. inf. de procu. mandato. 2 nec ille ꝓbauit φ reuocatio mandati ad aduersarium vel iudicem peruenisset; & ideo recte interlocuti sunt iudices se debere p huiusmodi lr̃as procedere, & ille nobilis super hoc acqeuit interlocutioni, ostendendo alias litteras impetratas p eundem procuratorem. quæ non ualent si reuocatio ad ipsum procuratorem peruenit. Ad hoc enim ut reuocatio teneat, necesse est vt ad aduersariũ

1 Et ibi plene tradit Ioannes And. qñ sit locus tali indulgẽtiæ, vide ẽt eundem Io. Andr. in ca. ex parte. inf. de priuil.

Procurator pp suspicionem reuocatur.

2 Concord. tex. in l. si ꝓcurator. cũ ibi not. ff. de procur. & l. sed & si mandassem. & l. his procedente. ff. d inius voc.

vel ad iudicem perueniat. inf. de ꝓcu. mandato. & ibi dicemus de hoc, & hoc in iudicio, secus extra iudiciū. Vbi sufficit ꝙ reuocatio ꝑueniat ad ꝓcuratorē, & postea non valet quod facit in præiudiciū dñi, sed bñ ualet ꝙ facit antequā reuocatio ad eū ꝑueniat, ut īf. colligitur, versi. si reuocatio; & c. ff. mandati si mandassem.

[Glo. seq. alleg. 5. concor & duo contraria. Item obijcit, & soluit.]

a ¶ Non ualere dicebant.] Et merito. qa ipse nobilis hanc allegationē cōtra aduersarios allegabat, ergo contra se illam recipere tenebat. 19. dist. si Romanorum. §. 1. & in glo. suffragari. & 4. q. 3. c. si. ad si. si quis testibus. & 9. dist. neque quorū libet & 3. q. 8. ca. 1. §. cuius in agendo. & inf. de censibus cum olim. arg. contra 37. dist. si quid veri, & dist. 10. lege. Et ita ex propria confessione probat secundas litteras, non ualere, confessioni standum uidetur, sed non est uerum, nisi reuocatio mādati ad procuratorē ꝑuenerit: ut inf. sequitur. & ff. man. si mandassem. arg. ꝙ non sufficit reuocare mandatum, nisi reuocatio perueniat ad procuratorem: ut patet hic, & in prædic. si mandassem. & ita potest habere ratas litteras antequam reuocatio perueniat ad procuratorē, licet confiteatur se reuocasse mandatum, tñ confitet reuocationem peruenisse ad ꝓcuratorem, vnde debet illud probare, ut inf. dicit. Et ita patet ꝙ primæ etiam non debeant ualere si ꝓbetur ꝙ reuocatio ad procuratorem peruenisset, & tñ dicitur inf. ꝙ valent. Sed hoc ideo est: quia reuocatio no peruenit ad iudicem vel ad aduersariū. inf. de procu. mandato. & dicitur de hoc su. e. in isto c. & aliud est i iudicio, & aliud extra, vt dictum est sup. eo. nonnulli. §. sunt & alij.

[Gl. seq. notat, quærit & remittit, quæstionis dubiū aperit, sol. ponit opinio. Io. item. Vincen. & obseruantiam curiæ.]

b ¶ Sine speciali.] idest, exp̄sso, sc̄dm Vin. Et ita patet hic ꝙ non ualent litteræ sine speciali mandato, licet constitutio illa, sup. eo. nonnulli. male obseruet, ut dictum fuit ibi: & sic confirmatur hic tenor illius constitutionis. Sed qualiter probabit quis litteras impetratas de mandato dñi? De hoc dictū est in illa constitutione, nonnulli. Si quis cōstituat aliquē procuratorē suum ad impetrandum, sufficit ostendere ꝙ ubi dedit mandatum ad impetrandum, sed adhuc non videt sufficere, quia per hoc non constat ꝙ ille impetrauerit, nam alius potuit eas impetrare, & sic non sufficit ostendere tale mandatū, quia illud non probat impetrationē, qa non probat hoc esse quod ab hoc contingit abesse. inf. de trāssa. inter corporalia. & C. vnde cognati. l. nō hoc. & sic vr̄ adhuc ꝙ necesse sit ꝓbare ꝙ ille ꝓcurator tales litteras impetrauit, qđ erit difficile ꝓbare, qđ ergo erit? Dico ꝙ necesse est ꝙ ostendat siue probet mādatū, & ꝙ ꝓbet se ab illo recepisse litteras cui mandauit, siue ab alio ꝑ ipso, & c osulo ꝙ tam de mādato quam de receptione litterarū ab illo

reuocasset. Eis igitur proponentib. ex aduerso ꝙ ad nos vel ad ipsos huiusmodi reuocatio non ꝑuenit, vos, ꝙ deberetis ꝑ lr̄as ipsas ꝓcedere, ꝑ quadā interlocutoriā protulistis: & infra. Petente itaq; procuratore ipsorū, vt inspiceretis p̄dictā indulgentiam, procurator ipsius nobilis ex aduerso respōdit, ꝙ nō erat per iā dictas litteras procedendum, exhibens alias quasdā posterius impetratas inter alia cōtinētes, vt si de partium volūtate procederet, causam terminaretis eandem. alioquin ipsam sufficienter instructam remitteretis ad sedis Apostolicæ examen cum indulgentia memorata. Quas litteras ipsi ex eo. non ualere dicebant: [a] qa per eundem V. & post reuocationem mandati fuerant impetratæ.

¶ Quia vero iuxta generalis statuta concilij, Apostolicę litterę (quas sine speciali [b] mādato dñi qs impetrat) valere nō debēt nisi sit de illis personis † [c] àquib. nō est exigendū de iure mandatū: mandamus quatenus si reuocatio [d] mādati ad procuratorem peruenit, (cum minus ualere debeant litterę, quæ impetrantur ab illo, quo mandatū [e] dominus reuocauit) in negotio † iuxta priorum continentiam lit

ꝓcuratore fiat publicum instr̄m ad faciendum fidem in iudicio si ei obijciatur. Et hoc credo veram tam in causa appellationis. quam in litteris quæ impetrātur per simplicem querelā, licet Ioan. dixerit ꝙ nō est ita in causa appellationis: quia ita bene possunt lites finitæ ꝑ sn̄iam suscitari per tales litteras impetratas sine mandato. vt per alias; acquiesceret enim forte sn̄æ si litteras nō haberet, & sic generaliter intelligo constitutionem. Hæc de cre. & illa sup. e. non nulli. de iure sic intelliguntur: tñ satis credo sufficere iuramentum impetrantis cum vno teste ad faciēdum fidē super impetratione litterarum, ex quó constat de mandato. infra. de procu. ex insinuatione. Vinc. dixit ꝙ generalis procurator sufficit ad hoc: 1 quod est contra istam litterā & cōtra legē. ff. de offi. eius cui man. est iu. l. 1. sed ipse exponit, speciali, id est expresso: quod non videtur verum, quia in generali procuratione nihil de impetratione exprimitur; & hoc dicit per legem quæ potius contradicit. ff. de procura. procurator totorum. Sed si haberet generalem procurationem ad lites, & liberam administrationem, satis credo quod possit litteras impetrare, vt ff. de procu. procurator cui. inf. de procura. petitio. sed si haberet mandatum generale ad negotia tantum, non credo ꝙ possit litteras impetrare ad lites, quia (vt hic dicitur) speciale mandatum exigitur in hoc casu. argumen. l. prædictæ, procurator totorum. Curia tamen non seruat hoc quod hic, & in concilio dicitur, nec daret litteras propter hoc appellanti.

c ¶ Personis.] puta liberi, parentes, fratres, & affines & liberti ff. de procurator. sed & hæ personæ quia & agere possunt pro talibus coniunctis personis, dum tamen contraria uoluntas non appareat. ff. de procura. Pomponius. §. vltimo.

[Glossa seq. quærit, soluit, ponit opi. Innoc.]

d ¶ Si reuocatio.] Sed quis probabit, reuocationem 2 peruenisse ad procuratorem? In casu isto capitulum Laudun. debet probare hoc: alias regulare est ꝙ actor semper debet probare mandatum, vt dixi supra eodem c. nonnulli, Papa tamen contrarium dicit, ꝙ reus debet probare ꝙ non sint impetratæ per procuratorem, quia non est præsumendum quod suam pecuniam iactet, & ita propter præsumptionem transfertur probatio in reum.

[Gl. seq. notat, q̄rit, arguit negatiue, soluit cōtrariū.]

e ¶ Mandatū dominus reuocauit.] Et ita idem est si mandatum fuerit reuocatum, ac si non habuisset mandatū, immo plus, qa cōtra voluntatē dñi. quare litteræ no valent. Et ita patet hic ex littera sequēti, ꝙ ratihabitio in tali casu locū nō h̄et aduersario cōtradicēte. Itē si ꝓcurator mādauit hāc impetratione alij, nūquid valebūt litteræ impetratæ ꝑ illū? vr̄ ꝙ non, qa ꝓcurator ante lit. cōtest. alium procuratorem dare non potest, C. de procu. l. neque tutores & l. nulla dubitatio,

†Concilij Lateranen. sub Innocētio iij. c. 37.

† Vide l. solutum §. si. cum l. se. ff. de pign. act. & in l. filius fa. ff. d don.

1 Adde contra opinio. Vincen. pro gl. ꝙ si procurator habet generale & speciale mādatū, & producat spāle tm̄, iudicium; est nullū. text. est in l. tali, sus, & ibi Bald. C. de.

† In vno antiquo ita: in negotio isto

2 Adde similem esse tex. in l. j. §. 1. ff. de exe. rei iud. & in l. generaliter. §. sub cōditione. ff. qs & à quo.

tario. Tu dicas ꝙ bene ualēt litteræ illæ impetratæ ꝑ ipsum, cui procurator mandauit. Et quòd dr. procurator ante litem cōtestatā non potest alium ꝓcuratorē cōstituere, istud verum e.t, ad agendū; sed ad negotia procurator datus alij demandare pōt. ff. man. si procuratorē §. j. & ff. de nego. gest. si quis mādato. & talis ꝓcurator bene committitur in curia. & cōsueuit dici in procuratione, 1 do tibi potestatem vt alium possis (si necesse fuerit) cōstituere procuratorem.

1 Et hoc hodie obseruat communis vsus.

ADDITIO. Et tunc substituens. reuocare non potest substitutum, qui suscepit mandatum. n si habeat reuocandi potestatem, de procu. is qui. libro 6. Ioan. And.

SIgnificante.] Diuiditur, quia primo ponitur appellātis narratio. Secundo appellationis commissio; ibi. Ideoque. Abb.

† Hæc duo verba. & aliis: desunt in antiquis.

CASVS. Quidam nomine R. impetrauit litteras contra V. sub hac forma, Conqueritur R. de V. Remen. diœce. super quibusdam pannis. V. citatus corām iudicibus excipiendo proposuit, ꝙ cum non esset Remen. diœce. sed Leodien. per huiusmodi litteras nō poterat conueniri, cum de diœce. Leodien. nullam fecerint mentionem, & quia iudex hanc exceptionē admittere denegauit. V. ad sed. Apo. appellauit. Vnde Papa mandat ꝙ si ita est, reuocetur in irritū quicquid fuit post appellationem attentatū. Nota ꝙ significatio vnius nominis non extēditur ad aliud. Item error nominis vitiat rescriptum, & idem in sequenti cap.

† Facit.

terarum, non obstantibus posteriorib. procedatis.

¶Idem decano, & magistro G. canonico Leodiēsi.

¶ *Rescriptum impetratum contra hominem alicuius diœcesis, non extenditur ad hominem eiusdem nominis alterius diœcesis.*

CAP. XXXIIII.

SIgnificante v. uos noueritis accepisse, ꝙ cum R. cōtra V. Remēsis diœcesis sup quibusdā pannis, & † ad iudices litteras impetrasset, idē V. excipiēdo ꝓposuit, ꝙ cū idē non de Remēsi, a sed de Leodiē. diœcesi existeret, per huiusmodi litteras (cum de diœcesi Leodien. nō facerent † aliquā mentionē) conueniri de iure nō poterat, nec debebat. Et qa exceptionē huiusmodi admittere denegarunt, nostrā audiētiā appellauit. ‡ ¶ Ideoq; mandamus quatenus, si est ita, reuocate in irritum, & cætera.

¶Idem priori sancti Laudinensis, & succentori Rothomagen.

¶*Per rescriptum impetratum contra homines diœcesis, non possunt conueniri homines ciuitatis.*

CAP. XXXV.

ROdulphus clericus rector ecclesiæ sancti Christofori de ciuitate Sagiēsi, sua nobis insinuatione mōstrauit, quod cū magister R. eū per quasdā litteras cōtra episcopum Sagien. & quosdā alios Sagiē. diœcesis, b super redi

nō imēdit dare iurisdictionē, nisi in hominē Remēn. diœce. & ꝓterea inconueniēs videretur si tales lr̄e hic deberēt valere hinc; qa sic viderētur icerte, qa V. alius diœc. Remen. ꝑ illas lr̄as posset conueniri; & ita una clausula q̄ certa & determinata videretur, posset trahi ad plures ꝑsonas, ꝙ esse nō dēt; qa gnālitas i hmōi lr̄is reprobatur. sup. eo. ad hæc, & qa rescripta stricti iuris sunt. ini. de offi. dele. P. & G. & restringendæ sunt lites potius q̄ laxādæ. su. eo. nōnulli. & rō illius decre. super litteris, tūc habet locum, qn̄ ex quo dictū est vel tacitum, papa citius moueretur ad dādum. vel denegandum rescriptum. inf. eo. ex insinuatione. & c. si ꝓponente. & sup. eo. cum adeo, Sed hic non est ita.

† Vide l. a procedente. & ibi Bart. C. de dila.

ADDITIO Vnde decre. illa loquitur i exceptione, qua opponitur non valere rescriptum, hic aūt nō non excipit ꝙ nō valeat rescriptum, ꝙ si faceret, succumberet, sed excipit se ꝑ illud rescriptum conueniri non posse; qa de eo non fecit mentionem. Io. And.

ROdulphus.] Diuiditur vt px. decre. Secunda; ibi, iōque. Abb. Sic.

CASVS. Magister R. impetrauit litteras à sede Apos. in hac forma. Conqueritur R. ꝙ episcopus Sagien. & quidam alij Sagien. diœce. super reditibus, & rebus alijs iniuriantur eidē. Iudices per clausulam generalem, [& quidam alij,] Rodul. clericum rectorem ecclesiæ S. Christofori super ecclesia ipsa citauerunt. idē Rodulp. excipiendo proposuit coram eis, ꝙ cum ipse Rodul. esset de ciuitate Sagien. & sub illa clausula, & quidam alij diœcesis Sagien. nullus de ciuitate Sagiē. intelligitur includi, per clausulam illam non poterat conueniri. Et quia iudices exceptionē huius admittere noluerunt, ad sedem Apost. appellauit. Papa mandat vt si ita est, in irritum reuocetur quicquid post appellationem inuenerit esse factū. No. ꝙ ciuitatis appellatione diœcesis non continetur.

[¶Glo. seq. obijcit per sex rationes, & soluit.]

a ¶ Non de Remensi.] Sed vr̄ ꝙ hoc sibi obesse non debuit. qa si hoc dixisset, nihilominus lr̄as habuisset. su. e. sup litteris, qa ex quo de corpore constat. extrinseca nō nocēt; licet nōia nō exprimant, inf. de cōsan. & affi. tua nos. & ff. de rei vēd. si in rem. in fi. Et certū dr̄ siue ꝓprio noīe, siue demōstratione q̄ uicē ꝓprij noīs obtinet, designetur, aut ēt digito ostendatur, ff. si cer. pe. certum est, & ff. de rei vend. si in rem. in fi. Sed iste personaliter ostenditur, ergo vr̄ ꝙ sit ꝑ litteras tales audiendus. 2 Præterea non debet ei talis error obesse, cum constet de errore, C. de iur. & fact. igno. error facti. Præterea falsa causa non perimit legatū, siue falsa demōstratio, C. de fal. cau. adie. l. 2. ff. de cōd. & demō. falsa demōstratio. & inf. de conuer. cōiug. ex parte. 2. nec mēdaciū obligātis impedit obligationē. inf. de conuer. coniug. veniens. Sed ista non prosunt: quia ratio illius decre. super litteris, non habet locū ubique. Nunquid si Titius appellet se Seium in litteris, ualebunt litteræ? quia si hoc dixisset Papæ, nihilo minus litteras habuisset, nō ꝓdest ei talis ignorātia siue error, imo nocet, quia litteræ nō ualebunt, vt hic dicit, & quia nō capitur iurisdictionē illius delegati: qa Papa

2 Maxime qā in principio causæ fauendum est actori. ff. de iudi. si quis intentione. Io. And.

[Gl. se. notat, & instruit, medium reciteturr per q̄ quid si dicatur episcopus Sagien. & quidam alij argu. solos Ciuitatenses includi. Soluit contrarium, & idē si diceretur, quidam alij subditi ipsius, & c.]

b ¶Sagien. diœcesis.] Per hoc patet expresse ꝙ aliud est dicere, & alios cōphēdit clericus diœcesanus, & alios clericus Ciuitatēsis. if. d ver. sign. c. clerici Placētini. & ita dicēdo, qdā Bon. diœcesis nullus ciuis poterit cōueniri, & ideo clausula illa, [& quā alij] debet poni & dici sic, & qdā alii ciuitatis, & diœcesis Bono. & sic tam de ciuitate q̄ de diœcesi per illā clausulam poterūt cōueniri; qa ciuitas & diœcesis diuersa sunt, licet sub una iurisdictione siue uno episcopo. if. d cē. venerabili. & est simile, quia licet eps̄ sit in ecclesia & ecclesia in episcopo, vt 7. q. 1. scire, tamen quandoque nomine epi non designat ecclesia, licet ipse sit caput eccle-

3 64. dist. ego Ludouicus. & if. de sen. excom. si ciuitas li. 6. tn̄ q est d̄ diœcesi, de ciuitate intelligitur. l. qui ex vico. ff. ad municipalia l. formā. §. si uero. ff. de cēsibus.

tibus & reb. alijs impetratas à nobis, corā iudicib. ſup eadem eccleſiā per generalem clauſulā (quidā alij) conueniſſet, idem rector propoſuit excipiēdo, ꝙ cū eſſet de ciuitate Sagienſi, & ſub eadē clauſula nullus de ciuitate ipſa intelligitur incluſus, conueniri non poterat ꝑ eandem. Et quia dicti iudices exceptionem huiuſmodi recuſārunt admittere, noſtrā audientiā appellauit. ¶ Ideo mandamus, quatenus, ſi eſt ita, reuoces in irritum, & cætera.

¶ Idē abbati S. Iacobi.

¶ Si conueniendus per clauſulam moriatur re integra ſucceſſor conueniri non poteſt.

eccleſiæ. inf. de teſti. requiſiti. Si dixiſſet Sagi. eps. & quidā alij: tūc per illam clauſulā [quidam alij] vr̄ ꝙ tm̄ illi de ciuitate cōueniri debeant: qa determinatio præcedēs .ſ. Sagieñ. intelligitur repetita. & eſt ſenſus, quidā alii Sagieñ. vt 32. q. 7. Apoſtolus. & ff. de verbo. oblig. Titia §. 1. unnio & diœce. poſſunt conueniri. inf. eo. ſignificauit quia clauſula illa vaga eſt & generalis, ſed non extra diœceſim, ut ſup. c. paſtoralis. §. j. Si dicat, & quidā alij Sagieñ. diœc. modo clauſula illa, [quidā alij.] reſtringitur ꝑ determinationem ſequentem ad illos de diœceſi tm̄, alioquin non eſſet differentia inter iſta noīa Boñ. & diœceſanus, ſed cōſtat ꝙ diuerſa ſunt, & diuerſa ſignificāt, non enim ſunt ſynonyma, vñ bona fuit appellatio rectoris q erat de ciuitate. Si ſic diceretur. eps Sagieñ. & quidam alij iuriſdictionis ipſius. uel quidā alii ſubditi ipſius, tūc ꝑ clauſula illam [quidam alii] poſſent conueniri tā de ciuitate q̄ de diœceſi. qa talis clauſula gn̄ralis ad oēs interius, & exterius extenditur. Item ex alia cauſa nō poterat conueniri per litteras illas: quia minora negotia ibi exprimebantur, unde per generalem clauſulam ſuper maioribus non poterat conueniri. ſup. e. ſedes ſed hanc exceptionem no oppoſuit S. Sed pone ꝙ non oppoſuiſſet illam exceptionem, nec illam de maiori negotio, & ſic iudex proceſſiſſet ad ſn̄iam condemnationis, nunquid ualuiſſet ſn̄ia? uidetur ꝙ ſic: quia huiuſmodi exceptiones dilatoriæ ſūt. Sed contra credo: qa per hanc clauſulam [quoſdam alios Sagieñ. diœce.] datur iuriſdictio tantum in diœceſanos & non de ciuitate, & per hanc clauſulam in rebus aliis, non datur iuriſdictio ſuper maioribus negotiis. ſup. eo. ſedes, unde talis ſententia non tenet deficiente iuriſdictione. Nec etiam credo poſſe prorogari iuriſdictionem in primo caſu, ut infra de offic. deleg. P. & G. nec in alio, quia conſenſus priuatorum eum iudicem non facit qui nulli præeſt iuriſdictioni. C. de iuriſdi. omn. in l. priuatorum.

Significauit nobis.] diuiditur ut proxima præcedēs. ſecunda: ibi, Ideoque. Abb. Siculus.

CASVS. B. & G. laici impetrauerunt litteras à ſede Apoſto. ſub hac forma. Conqueſti ſunt nobis B. & G. ꝙ epiſcopus Tulleñ. & quidam alij clerici & laici ſup tali re & rebus aliis eiſdē iniuriantur. iudices ꝑ clauſulam generalem [& quidam alij] citauerunt comitiſſam Namutenſem pro eo ꝙ ipſa ſucceſſerat fratri ſuo in comitatu, cui quandam ſummam pecuniæ dictis B. & G. mutuauerat. & ſic eam tanquam heredem conueniebant. ipſa uero per procuratorē ſuum fecit excipi coram ipſis iudicibus: ꝙ cum adhuc frater ipſius mulieris uiueret qn̄ eædē litteræ fuerunt impetratæ, nec per litteras frater eius fuit ad iudiciū euocatus dum uiueret, per litteras illas non potuit cōueniri: & quia iudices hanc exceptionem admittere noluerunt, ad ſedem Apoſtol. appellauit. Papa mandat ſi ita eſt, totum quod poſt appellationem factum eſt, in irritum reuocetur. Nō. ſucceſſiones debitorum, qui per clauſulam generalem poſſunt cōueniri, eis defunctis re integra cōueniri non poſſunt, ſed facta citatione hæredes illorum per tales litteras bene poterunt conueniri, & ita per citationē reſcriptum extenditur ad hæredes, licet reſcripta ſtricti iuris cenſeantur.

[Glo. ſeq. not. reſcripta re integra. &c. dat duo ſimilia, & rationem ſubdit alle. tria iura in contrarium, & ſoluit. Secūdo arg. ꝙ data, &c. ſignat cōtrarium, & remittit. Tertio obiicit de decre. dilecti. & dupliciter ſoluit.

Reſcripta non extenduntur ad ſucceſſores eorum, contra quos fuerunt impetrata.

C A P. XXXVI.

SIgnificauit nobis comitiſſa Namuteñ. ꝙ cum mortuo comite frē ſuo, ipſa in eius ſucceſſerit comitatu, G. & B. ꝑ quaſdā lr̄as Apoſtolicas cōtra Tulleñ. epm̄, & quoſdā alios clericos, & laicos īpetratas, eā corā iudicib. (ad quos obtētæ fuerāt) ſup quadā ſumma pecuniæ, q̄ eidē fratri ſuo ſe mutuaſſe dicebant, ꝑ illā generalē clauſulā [quidam alij] qa in prædicto comitatu ſucceſſerat, conuenerunt: excipiente itaque procuratore ſuo, quòd cū adhuc frater eiuſdem mulieris viueret, [a] qn̄ eędē litteræ impetratæ fuerunt, nec per ipſas dū viueret [b] fuerat conuentus...

a ¶ Viueret.] iſte comes dū uiuebat, poterat per litteras illas conueniri, ſed eo mortuo ſucceſſor eius non p̄t. Et ſic patet expreſſe ꝑ decretalem iſtam ꝙ reſcripta ſaltem re integra non extenduntur ad ſucceſſores illorū, cōtra quos fuerāt īpetrata, uel qui per ea poterāt conueniri & ita morte illius cōtra quem impetratur, finitur mandatū, ſicut & morte mandantis. inf. de off. dele. relatum & c. gratū. & c. licet. & inf. de off. de leg. c. vlt. & ſic eodem modo finitur morte impetrantis, ita ꝙ non tranſit ad ſucceſſores: ſaltem re integra: & hoc ideo contingit, quia reſcripta perſonalia ſunt, nec ad perſonas vel ad res alias, quàm quæ continentur ibi, extenduntur. inf. de off. delegat. cum olim. & c. P. & C. & hoc probatur hic manifeſte. argu. inf. de iud. quia V. & inf. de alienat. mut. iudi. c. 1. & 2. & inf de conceſ. preb. propoſuit. Sed uerum eſt ꝙ re integra finiuntur huiuſmodi reſcripta: ut hic dr̄: Et eſt hic argu. quod data litterarū eſt conſideranda. ſup. eo. eam te, & conſtitutus, contra inf. de præb. dilectus 2. ubi de hoc. & in c. eam te. Item ſignatur contra. inf. de fo. comp. dilecti filii. ibi, conuenit ſucceſſor ꝑ litteras impetratas contra prædeceſſorē. Sed hic conueniebatur ſucceſſor & anteceſſor per clauſulam generalem, & ideo re integra finitur hic tale mandatū, ſed ſibi, ſ. in contrario litteræ impetratæ ſpāliter fuerunt contra prædeceſſorē, & finguntur una perſona anteceſſor & ſucceſſor, quia contra dignitatem impetratæ intelliguntur, quæ nō moritur. inf. de off. dele. qm̄ abbas. Sed ſi dictum fuiſſet cōtra epm Tull. & comitem Namuten. tunc comitiſſa poterat conueniri, quia cōtra comitatū litteræ impetrantur: & ſic poterat conueniri quicunq; ſuccederet in comitatu illo, ſicut in c. dilecti. Vel dic ꝙ in d. c. dilecti. prædeceſſor fuit citatus. & ſic planū eſt, & nullū contrariū. ſed non colligitur ex c. dilecti, ꝙ anteceſſor fuerit citatus.

[Gl. ſeq. arguit a contrario, & illud approbat.]

b ¶ Dū uiueret.] Et ſic ūr ꝙ ſi citatus fuiſſet frī illius comitiſſe, ꝑpetuatū fuiſſet reſcriptū cōtra ſucceſſores illius cōtra quē īpetratū, & eadē rōne & impetrantis

sicut perpetuatur per citationem quantum ad mortẽ delegantis, vt post decessum valeat delegantis: vt in prædictis decre. de offi. deleg. gratum. & licet. arg. inf. de app. vt debitus. sup. e. c. capitulum sanctæ crucis. 1 nõ video q̃ alia quæ nõ trãseunt ad successores, post conuentionem transeunt. ar. if. de don. c. vlt à cõtrario sensu arg. C. de reuo. dona. l. 1. & vlti. in fin. & in querela inofficiosi testamenti, C. de inoff. test. si pater. & l. si quis filium & melius. ff. de inoffic. testa. posthumus §. vlti. & C. de noua si delegatio. & iudicio cœpto negotiũ transit ad heredes. C. de iureiur. Au hẽ. principales. Satis credo q̃ si ille fuisset ad iudicium euocatus, perpetuatæ essent litteræ, ut successores impetrãtis possent agere postea per illas. & contra reũ, & successores ipsius, vt hic innuitsatis expresse ũ dicit; nec p litteras ipsas fuit ad iudiciũ euocatus: & postea dicit, si ita est, vnde illa clausula respicit oia supradicta, s. q̃ eo viuente fuerũt impetratæ. nec fuit ad iudiciũ euocatus, & e.t simile. su. e. olim.

1 Concor. text. in l. 1 quod princip. & l. seq. & ibi Bar. ff. de leg. 2. & in l. annus. §. 2. ff. d̃ annu. lega.

† Loquitur abbati sancti Victoris sabaudi, & collegio, alias nõ subaudiretur in plurali. cap. quam graui inf. de crimine falsi.

rat ad iudiciũ euocatus, earũ auctoritate non poterat cõueniri. Et quia iu dices exceptionem nõ ad mittebant ipsius, nostram audientiã appellauit: & inf. ¶ Ideoq; mandamus, quatenus si est ita, reuocato in irritum, & cætera.

¶ Idẽ Abbati S. Victoris.

¶ Non valẽt litteræ executoriæ in quib impetrans falso dixit monitorias processisse.

CAP. XXXVII.

EX insinuatione epi Ambian. accepimus, quod I. clericus sup eius prouisione, ad ipsum p̃ceptorias, & post modũ ad vos, executorias cõtra eũ litteras impetrauit: & inf.

vbi clausula ista [si ita est,] respicit omnia superiora ADDITIO. Dixerunt hic Inno & Compost. q̃ p clausulam generalem poterit cõueniri nomine ecclesiæ, is qui tactus est prælatus post impetrationem: q̃a non dicitur proprie cõueniri persona prælati, sed ecclesia Io. And. in nouel.

EX insinuatione.] Diuiditur in duas partes. nam primo ponitur partis decisa querela. secundo p̃uisio. ibi, Quocirca. Abb. Siculus.

CASVS. Quidam clericus noie Io. impetrauit litteras preceptorias super prouisione ipsius ad episcopũ Ambianeñ & postmodũ ad iudices istos litteras executorias impetrauit contra episcopum supradictum, inquibus cum de monitorijs fiat mentio, episcopus proposuit coram iudicibus. q̃ super hoc nullas monitorias receperat: & consuetudo est ecclæ vel curiæ Romanæ quod. præceptoriæ non dentur nisi monitoriæ præcesserint. Vnde p eas veritate tacita impetratas prouidere non tenebatur eidem. consultus Papa respondet, quod si sup hoc nullæ monitoriæ præcesserunt, super sedeãt executorijs, dummodo executoriæ de monitorijs fecerint mẽtionẽ: alioquin procedant per executorias iuxta traditam sibi formã. No. quod si rescriptũ faciat mentionem alterius rescripti, primum rescriptum exhibendum est. Item ex hac decretali colligitur consuetudo Roma. Eccl. in beneficijs conferendis, vt primo dentur monitoriç, postmodum p̃ceptoriæ, vltimo executoriæ: & tũc debet fieri mentio de monitorijs. & preceptorijs. Aliquando tamen dat Papa monitorias litteras & executorias simul.

[Glo. seq. reddit causam textus. ponit stylum curię, & arguit.]

a ¶ De monitorijs.] Sic patet quod executoriæ non valent facientes mẽtionem de monitorijs. vbi monitoriæ non præcesserunt: q̃a veritate tacita fuit obtentæ, & falsitate expressa, vt facilius litteras executorias obtineret, tanquam si tacuisset veritatem exprimendo, excutorias nõ habuisset: vt sup. eo. super litteris. Item si tacuisset aliũ de mandato Papæ fuisse receptum, nõn ualuisset rescriptum infra eodem, mandatum, & ca. abbatem. quæ enim sint exprimenda in beneficijs impetrãndis, dicitur inf. eo. ca. si proponẽte. Quandoq; tamẽ executoriæ prima vice conceduntur. sup. eodem. ca. capitulum sanctæ crucis. sed illud de specialis gratia. Sed ordo & consuetudo curiæ est 2. quod primo monitoriæ, secundo p̃ceptoriæ, vltimo executoriæ cõcedantur. su. eod. constitutus. Et est hic argumẽtum, quod si quis in aliquo instrumento faciat mentionem alterius instrumenti, non creditur ei, nisi exhibeat primum. C. de eden. Authen. si quis. & infra de fide instrumen. c. 1. & inf. de offi. deleg. cũ in iure.

2 Olim fuit sed hodie ñ ẽ, nisi q̃nq; in litteris q̃ scribunt super receptione monialiũ. Io. Anr.

¶ Quo circa mandamus, quatenus si nullæ monitoriç sup hoc p̃cesserint, executorijs supersedeatis eisdẽ, dũmodo eædẽ executorię de monitorijs a fecerint mẽtionẽ: alioquin in executionis negotio, iuxta directum ad vos p ipso mandatum, ratione præuia procedatis.

¶ Idem Nouien. episc.

CASVS. Vacāte ecclesia Moguntina, præpositus S. Petri Moguntini, & quidam alij, qui tunc erant absentes, nec ad eandē ecclesiā accedere poterant, mandauerunt capitulo Moguntino, vt sine ipsis non procederēt ad electionem pastoris, & nesecus facerent, appellauerunt. Capitulum Mogūtin. nō obstante appellatione, postulauit epm Vuormacień appellans ne præpositus & alij cōtra suā appellationē attentarent. & licentia Papæ nec petita nec habita transiuit dictus Vuormacień. epsad ecclesiā Moguntin. & canonici auctoritate propria receperūt eundem: quo facto ꝓpositus & alij qui tunc erant absentes, videntes quod capitulum appellationi de ipsis factæ nō detulerat, & dictum Vuormacień. epm sine licentia Papæ receperāt, illi qui cum præposito erant, licet pauciores numero, intelligentes ius eligendi ꝓp aliorum delictum ad ipsos deuolutū fuisse, dictum præpositum in archiepm elegerūt. illud negotium per partes delatum ad se. Apost fuit. Auditis quæ partes proponere voluerūt: quia de allegatis ꝓ partibus domino Papæ plene nō constitit, mandauit epo Prænestino, vt si dictus Vuormacień. eps recepisset ecclesiam Moguntiñ. quo ad tēporalia vel spiritualia, vel ministraret in ea, postulationem de ipso factam irritam nunciaret: de gratia concedens eidē ecclesiam Vuormacień. cum de iure esset vtraque priuandus: quod si parere contemneret, priuaretur vtraque. postmodum verō inquireret uel requireret de ipsius ꝓpositi electione veritatē: & si cōstaret ei de vi. quàm ipse præpositus & sui metuebāt, electionem confirmaret ipsius, non obstante, ꝙ post appellationem fuisset electus: quia alij qui appellationi non detulerant ipsius, contra appel. ipsā opponere non valebant: cum frustra imploret legis auxiliū, qui committit in legē. Præterea nō poterat ei opponi ꝙ esset à paucioribus electus: quia cum ipsi appellationē interpositam contempsissent, & præter licentiam Papæ recepissent dictum Vuorma. episcopum, se reddiderant indignos. Si vero non recepisset, quo ad temporalia vel spiritualia ecclesiam Moguntiñ. tunc legatus requireret tā de electione quam de postulatione, & inquisitionem ad le-

dem Apos. destinaret. legatus vero licet omnia essent notoria, quæ contra Vuor. episcopum opponebantur, ad maiorē tamē cautelam multos testes ex parte præpositi inductos recepit. Vnde ipse secundum mandatum Papę postulationem de episcopo Vuor. factam penitus cassauit, & electionē præpositi cōfirmauit, & ipsum, consecrauit. quo facto nuncij vtriusque partis ad sedem Apostolicam accesserunt ex parte Vuormacień. episcopi proponebatur cōtra factū legati, ꝙ eo nō citato & suis sequacibus processisset. Respōdit Papa, ꝙ excessus notorius examinatione ñ indiget: quia factum illud notorium erat, & omnia præsumuntur legitime facta, ꝙ facta sunt à legato: nec possent probare ꝙ citati non fuerunt quia negantis factū nulla est ꝓbatio ꝑ rerum naturam: quia & si quilibet de se diceret ꝙ non fuit citatus, singuli essent in suis testimonijs singulares: & sicut ad ipsum legatum secure nuncios trāsmiserunt, ita potuerūt procuratorem idoneum destinare. Dñs Papa auditis quæcunque partes proponere voluerunt, quis propter auctoritatem iudiciariam ꝑsumātur quæ a legato facta sunt esse legitime acta: plus tñ illam rationem aduertit, ꝙ aduersarij ipsius ꝑpositi ex tribus causis præmissis in tm̄ se reddiderunt indignos, quod contra ipsum præpositum non debe rent audiri. & ideo quod factum est de ipso præposito, per eos non potest impediri; immo & si electores præpositi similiter deliquissent, & se reddi dissent indignos ad Papam fuisset eligendi potestas deuoluta: quare potuisset prædictum præpositum præficere eidem ecclesiæ in pastorem. Super his igitur habito tractatu diligenti cassationem postulationis de Vuor. epo factæ ratā habuit Papa, & electionem præpositi confirmauit. Nota quod episcopus, qui sine licentia Papæ trāsit ad aliam ecclesiam: hoc ipso debet eā perdere, & ēt propriam. Item canonici, qui sine licētia Papæ ipsum recipiunt, priuati sunt potestate eligendi, & potestas ad alios deuoluitur, licet sint numero pauciores. Itē qui nō defert appellationi aduersarij sui, contra ipsā appellationem non debet opponere: quia frustra implorat legis auxilium qui committit in legem. Item quæ a iudice fiūt, præsumūtur legitime acta quandiu contrarium non ostendatur. Item negatiua directe probari non potest. Item testes singulares non valent Item sicut mittit quis nuncium, ita potest mittere procuratorem, & si per nuncium non excusatur quominus cōtumax iudicetur. Item cum omnes canonici in electione delinquunt, ad superiorem deuoluitur eligendi potestas Item electio siue postulatio, quæ nulla est, non impedit electionem secundam.

a ¶ Constaret.] nam si hoc esset, de iure communi debuit perdere primam & secundam. 12. quæstio. 1. episcopus. &c. si quis episcopus. & infra de transla quanto.

b ¶ Nuntiaret. simile s. eo. qualiter. & j. de præben. c. cum iam dudum,

a ¶ De ri.]

tam: & infra. Deinde inquireret de ipsius electione archipiscopi veritatem: & si ei de vi, a quam ipse & sui metuebāt, b constaret, c (eo non obstante, qđ post appellationē ad nos interpositam fuerat in ipsius electione processum, cum alij, qui appellationi ad nos interpositæ, ne sine ipso ac socijs eius haberent in electione processum, non duxerit deferendum, vti cōtra ipsum hac exceptione d non possent: quia frustra legis auxilium inuocat, qui committit in legem: † vnde nec ab eis posse obijci videbat, quod idem esset a paucio bus secundum eorum assertionem electus, cum ipsi appellationem ad nos legitime interpositam cōtemnentes, & præter licentiam e nostram recipientes episcopum memoratum, reddiderint se indignos,) electionem archiepiscopi confirmaret: f & infra.

¶ Licet autē essent notoria, quæ contra dictum Vuormacien. episcopum & eius fautores fuerant obiecta, prædictus tamen legatus ad maiorem cautelam, multos testes recepit g ex ipsius archiepiscopi parte productos: vnde ipse iuxta mandati nostri tenorem procedens postulationem factam, de Vuormacien. cassauit: h & electionē archiepiscopi memorati (quamuis à paucissimis i celebratā) curauit authoritate Apostolica cōfirmare, ipsumque ordinauit in presbyterum: & tandem in archiepiscopum consecrauit: & infra.

¶ Contra legati uero processum hoc facere videbatur, quod non citatis Vuormacien. episcopo, & eius fautoribus, processisset. Porro excessus notorius K examinatione non l indiget, † & pro his quæ a iudice sunt acta, præsumitur l quod omnia rite fue

† Concor. tex. ī l. auxilium. ff. de minor. & in l. fi. §. fin vero postquā. C. de iure d̄ liberandi.

Notorium quandoque probatur & examinatur

† Vide l. si vero. §. qui pro rei cum glo. in versi. euidentissime. ff. qui satis. cog. & in l. ea quidē. C. de accus.

a ¶ De vi.] i. violenta impressione inferenda. sic. ꝭ. e. cum Vintonien. vt notatur in casu, sed ibi fuit illata.

[Gl. seq. recitetur per quæstionē an vocatus ad electionem qui iuste timet venire, teneatur cōmittere, & olim tenuit, quod sic. In additione distinguit inter impedimētum proprium & cōmune.]

b ¶ Metuebant.] si citati non poterant venire ad ecclesiam cathedralem, debebāt constituere procuratores, qui vice fungerētur illorū ꝭ. eo. qa pp. & sic vr, ꝙ nō valuisset eorū appellatio, quo minus alii ꝓcedere potuissēt. Non credo ꝙ hodie valeret talis appellatio, quia ex quo maior pars citat minorem, si iusta causa impediti venire nō possunt, constituere debēt ꝓcuratorem, ꝭ. eod. ti. qa pp: alias credo ꝙ electio maioris partis pñtis valeret per eandē cōstitutionē, qa pp. Si aūt maior pars canonicorū iusta de cā eēt absens, nec posset venire ad ecclesiā in qua debet electio celebrari, & sint in loco in quo debent ad electionē vocari, satis credo ꝙ minor pars debet ire ad maiorem si pt, & ecōuerso. alias ad locum cōem conueniāt oēs, vel constituāt ꝓcuratores, si ire non possunt. ꝭ. eo. qa. 23. dist. in noīe Dñi. ver. fi. vbi dr, ꝙ si electio Papæ in vrbe Roma fieri nō pōt, exeāt ad locū idoneū, sed in casu huius decre. aliud erat impedimētū, in quo absentes non debebāt ire, nec dare procuratores. timebāt enim vim sibi fieri in electione. i. violētā impressionē, & sic nō habuissēt liberam potestatem eligēdi, nec eorum procuratores: & ideo tenuit eorum appellatio ꝑ iustum metū impressionis. & ita solus talis timor sufficit, licet impressio secuta nō sit. 1 vnde de hoc mandauit Papa inquiri. argu. op. ff. locati. habitatores. §. vlt. & l. item q̄rit. §. exercitus. alias aūt non debebāt ire, vel si aliud iustū impedimentū habebant cōstituere procuratores, aliàs procedere debent ad electionē ex quo vocati erant ꝑ illam cōstitutionem, quia pp. In spirituali vero sicut in carnali matrimonio debet esse liber consensus, aliàs nullus esset consensus. ꝭ. de spon. c. cum locu. Moguntini fauebant Philippo per cuius potentiam Vuormacien. eps fuit postulatus & intrusus. præposit⁹ iste fauebat Ottoni, qui electi erant in discordia, vnde timebant ipse & sui ꝙ non possent liberum habere consensum in electione; vnde appellauerunt ex illa causa quæ iusta fuit: vnde in locum securum vtrique parti conuenire debebant, Bernar.

1 Tex. est ī l. sed & si mi. in gl. 1. ff. ad l. Aquil. & ī l. 1. in gl. fin. C. vnde vi. & Instit. de inter. §. recuperandæ. in gl. in versic. lapides.

c ¶ Constaret.] alias non valuisset appellatio; vel posset suppleri: maxime si vocati non fuissent.

ADDITIO. Hoc verum quo ad cassandam postulationem, sed non quo ad confirmandam electionē. ꝭ. eo. bonæ. Io. And. in nouel.

d ¶ Exceptione.] ꝭ. de appel. c. an sit deferendum. & c. constitutis. & ꝭ. de vsu. qa frustra. ff. de mino. auxilium, & 17. q. 4. frater noster. 12. q. 2. de viro.

[Gl. seq. signat] cōtrariū, & remittit.]

e ¶ Licentiam.] Vnde priuandi sunt potestate eligendi illa vice. inf. de transla. quanto. quæ potest assignari contra id: quia hic ipso iure fuerunt priuati potestate eligendi, vnde tenuit electio postea facta: sed ibi dicit Papa, suspendimus. ibi, soluitur.

f ¶ Confirmaret.] quod si ecclesia Moguntī. tali modo nō recepisset: tunc legatus de vtraque inquireret; & causam instructam ad se. Apo. remitteret.

g ¶ Recepit.] & ita quandoque probatur & examinatur quod notorium est. argu. 24. q. 1. prodenda. in fi. & 11. q. 3. eorum qui accusantur. quoniam licet aliqd manifestum sit, eius tamen interpretatio non est negligenda. ff. de ven. inspi. l. 1. §. nihil. quamuis nihil tam indubitatū est, quin recipiat quandam solicitam dubitationem. in auth. de tabellio. circa mediū constitutionis colla. 9. & ita potius recipiuntur hic testes ad cautelam quam de iuris necessitate. Vel quia ex superabundanti aliquid probatur. ff. de manumiss. causam. in princ. quia si transiuit, non potuit non esse notorium. inf. de transla. capitu. quanto. vel forsan. quia non erat notorium.

h ¶ Cassauit.] id est reprobauit, vel irritam nunciauit, ut patet supra: quia constitit ei quod administrauit, & cepit ecclesiam præter authoritatem Apostol. sedis.

i ¶ A paucissimis.] sic. sup. de postu. gratum.

K ¶ Notorius.] vt 2. q. 1. de manifesta. & inf. de accu. euidentia.

[Glo. sequens recitetur per contrarium de decre. quoniam contra].

l ¶ Præsumitur.] sic infra de renun. in præsentia & infra de re iudic. sicut infra de probat. post cessionem & 2. quæstio. 6. hoc etiam placuit. ff. de publica. quantæ. Sed hodie non præsumitur pro iudicis processu in præiudicium alterius, nisi quatenus constiterit legitimis documentis. infra de probat. quoniam contra.

a ¶ Quamuis.] id est, qu. Sic ponitur. j, de iureiu. quemadmodum, versi. quamuis interdum. &c.

b ¶ Negantis factum.] sic j. de renun. super hoc, & j. de pro. quoniam contra falsam 6. q. vlt. actor.

[Gl. seq. Primo dupliciter exponit tex. Secundo distinguit triplicem negatiuam. & in prima dupliciter subdistinguit.]

rint celebrata, quamuis a & quod citati nõ fuerint, non posset de facili comprobari: quia negantis factum, b per rerum c naturam nulla est directa † probatio: cum etsi quilibet de se posset asserere, quod ad eum citatio minime peruenisset, singuli tamen vestrum essent in suo testimonio singula-

† Dictio, directa, deest in antiquis.

c ¶ Per rerum naturam.] id est, secundum cursum causarum. C. de reb. cre. in bonæ. vel per rerum naturam, id est, secundum naturalem probationem, id est, per causam rerum, quoniã ea quæ non sunt, nõ probantur per aliquã causam. Eius enim quod non est, nulla est causa. Non enim. rõ prius quam persona quærenda est ff. de iur. eo. quidam referunt. §. 1. sed ea quę sunt, probantur. Vel dic, per rerum. i. causarum naturam, id est cõsuetudinem. Consuetudo enim est altera natura. quod secundum solitũ cursum causarum negatiua nõ potest probari. De hac negatiua no. quod trib. modis dicitur. est enim negatiua facti. iuris, & qualitatis. Negatiua facti duplex est, pura & simplex, quæ non habet determinationem loci, vel temporis, vel alterius rei. Et hæc negatiua pura & simplex probari non potest directe vel indirecte, vt si aliquis dicat se nunquam fuisse citatum: vel si qs dicat se non contraxisse cum Berta. & de tali negatiua loquitur hic & 6. q. vlt. c. accusator quod asseuerat. vnde onus probãdi transfertur ad aduersariũ, & hoc ideo quia negationum non sunt causæ, vt dixi. 1 Si autem adiiciatur tempus vel locus, vel aliquid consimile, tunc potest probari indirecte, vt j. de testi. ex tenore & c. series & C. de contrahen & commit. stipu. l. optimã, vt si exhibeatur instrumentum, in quo stipulatio contineatur facta tali die & loco, vt in prædictis iuribus Nõ ob. quod dicit j. de prob. tertio. & j. de test. tã litteris. in fi. quia ibi nõ probatur directe vel indirecte, sed præsumptiue. Item negatiua facti probatur, cum habeat in se implicitam affirmatiuam, vt si dicatur: ego non sponte renunciaui. q. d. coactus renũciaui. & hoc debet probari ab eo q hoc negat. j. de renũ. super hoc. Item negatiua iuris bene probatur, vt si negas emancipationem recte factam: hoc ipsum probare debes. ff. de prob. ab ea parte. §. 1. quia q negat aliquid iuste factum, dicit illud iniuste factum, vnde illud probare debet. Negatiua qualitatis dicitur illa: iste non idoneus: hic negatur qualitas. &, hic non est legitimus, iste non est diligens, non est soluẽdo, hoc potest & debet probari ab eo qui hoc dicit, quia quilibet præsumitur idoneus, nisi probetur contrarium j. de præsump. c. dudũ. & j. de seru. in or. fa. c. vno: & ff. de l. 2. cum quidam. & l. cũ pater. §. rogo. & C. de inoffi. testa. omnimodo. arg. contra. C. de proba. ex persona.

Qualiter sit intelligendũ negatiuam directe probari nõ posse, & quotuplex sit negatiua.

1 Adde de modo probãdi negatiuã; & per quem debeat probari, in l. 2. & ibi Cy. C. de iu. empt. & in l. in cõtractibus. §. 1. & ibi Bar. C. de nõ nume. pecu. & uide plene per Franciscũ Herculanũ in tractatu de probatione negatiuę.

[Glo. seq. decla. tex per locum a diuisione. quærit arg. pro. soluit cõtrarium, iterum quærit & soluit, tertio quærit, alle. negatiue, & soluit.]

d ¶ Singulares.] & sic esset insufficiens testimonium illorum j. eo. c. cum dilectus. & j. de accu. c. cum dilectus. in fi. 2 Si aũt vnus iuraret de facto alterius, subiret anceps periurium: quod esse non debet. ff. de in li. iuran. videamus. ff. rerum amo. l. Marcellus. nisi forte sic iuraret. Ego iuro quod ille non fuit citatus, quod ego sciam. simile. j. de pur. can. quoties. in fi sic 8. q. 3. Arialdus. in auth. de hære. & fal. §. si vero absunt. collat. 1. alias est sub. §. sancimus. vbi dr, quod testes iurẽt quod nõ sint cõscij alicui9 malignitatis factæ ab hæredes; hoc est dicere quod ipsi sciãt. Sic patet quod nullus põt probare se non fuisse citatũ. sed illi incũbit probatio, q dicit aliquẽ fuisse citatũ, nõ ei q negat: legatus em̃ eos citauit, quod apparet ex eo, quod ad legatũ nunciũ destinarũt, & ex eo quod dicit, oĩa præsumũtur legitime acta; alias ei incũbit probatio, quia dicit aduersarium fuisse citatum, non ei qui negat. Sed nonne capitulum erat excusatum si quilibet de capitulo iuret se nõ fuisse citatum? Videtur quod sic. Negatiua enim probatur per iuramentum ipsius negantis. ff. de iureiu. l. 3. §. quacunque. & j. de testib. c. presentiu. lib. 6. & licet sit probatum de capitulo, non tamen singuli probant de se: sed talis probatio non releuaret capitulum. Sed qualiter probabit capitulum citatum? Dico quod per hoc quod litteræ citationis diriguntur prælato, & aliquibus maioribus de capitulo. arg. s. de postu. ad hoc. 44. dist. comessationes in fi. j. de homo. veniens Insti. de iure natu. §. senatus. & ff. de condi. & dem. municipibus. ar. j. de procu. c. vlt. Vel si non habetur illorum copia, sufficit legi litteras publice in capitulo siue in claustro psentibus qui inueniuntur. j. de dolo & contu. ca. causam quæ, & c. vlt. & j. de cle. non resi. c. ex tua. & interrogandi sunt vicini siue parochiani si volunt defendere. ff. ex quibus cau. mai. ergo, & ff. de lib. agno. l. 1. ff. de dam. inf. l. 4. § prætor Sed si litteræ præsententur prelato, & aliquibus de maioribus vel soli prelato, & ipse occultauerit litteras, nec præsentauerit eas capitulo, & non vadat vel mittat ad iudicem, & sic iudex reputans capitulum contumax, totum capitulum suspendat vel excommunicet: nunquid illi qui nihil sciuerunt, sunt excommunicati? Videtur quod non: nam propter contumaciam procuratoris dominus non punitur. ff. si quis ius di. non ob. l. j. §. si procurator. & j. vt lit. non cõtest. c. 1. in fi. vbi innuitur à cõtrario sensu, quod propter contumaciam procuratoris dñs excõicari no potest si dñs ignorauerit. Sed hoc tutius videtur, quod capitulum petat absolutionẽ, quia præsumptio nõ modica est ꝯtra ipsũ capitulũ: nisi capitulũ diceret se nesciuisse: sed nõ de facili posset hoc probar arg. quod posset. j. de pb. tertio. & c. vlt. arg. quod capitulũ sit excõicatum. argu. j. de sent. excom. c. Romana. §. vl. Be[illegible]

Negatiua probatur per iuramentum negantis.

res. d Ad ipsum quoque legatum (si voluissent) secure e potuissent procuratorem idoneum destinare, sicut nuncium f destinarant: & infra. ¶ Nos igitur etsi propter authoritatem iudiciariam præsumamus pro his, quæ acta sunt a legato: illi tamen plus innitimur rationi, quod aduersarij ar-

[Glo. seq. quærit. & soluit.]

e ¶ Secure.] alioquin si non potuisset ire securus, poterat legitime appellare ab eo, nisi securũ locum eidẽ prouidisset: j. de appel. c. ex parte. & j. vt lit. no ꝯtest. c. accedẽs. sed hoc fuit falsu, vt hic dicit. & si hoc esset, tñ potuit mittere procuratorẽ sicut misit nuncium. j. de appel. c. cõstitutis & hic. Sed nunquid tenetur qs mittere procuratorẽ qñ ipse ire non pt, puta quia sibi locus est suspectus, vel alias impeditus? Nõ credo: qa nemo ꝯpellit mittere procuratorẽ propterea in magnis causis, vt erat ista: vt infra de procu. c. querelã. vbi de hoc, sed mittere debet qui proponat exceptionẽ, alias teneret excõmunicatio pro contumacia j. de appell. c. si duob.

[Glo. seq. notat, & signat contrarium.]

f ¶ Nuncium.] no. simplicẽ nunciũ nõ audiri. 3. arg de proc. alia qdẽ & j. de do. & cont. c. cũ dilecti arg. contra. insti. per quas personas nobis acqui. §. 1. & ff. depositi. l. 1. §. si te rogauero, & j. de offi. deleg. c. prudẽtiã. ADDITIO. secundum Ioann. Prima pars vera quo ad agendum uel defendendum. Secunda quo ad excusandum vel denunciandum. Host. j. de proc. c. querelã. & adde quod not. de appel. capit. cum parati. Ioan. And.

2 Concord. text. in l. ob crimen §. fi. ff. de test. & in c. 1. de co tro. inue ti. & ibi Bald. col. 10.

3 Adde quæ debent concurrere vt eis credatur l. si qs decurio. C. de fal.

[Glossa

chiepiscopi ex trib. causis[a] pdictis, se vsq; adeo reddiderunt indignos q contra eum nō debebant audiri. vnde quod de ipso factū fuerat, non poterat impediri per eos: quin etiam si electores eiusdem partis pariter deliquissent, et se reddidissent indignos, ad nos [b] deuoluta fuisset hac vice [c] ordinatio ecclesiæ Moguntineñ. quare dictū archiepiscopum sine iuris iniuria potuissemus eidē ecclesiæ præficere in pastorē. Sup his ergo habito diligenti tractatu, cassationem postulationis factæ de Vuormacieñ. episcopo ratam habemus: electionem memorati † Archiepiscopi confirmantes.[d]

¶ Idem clericis sanctæ Agathæ.

¶ *Sufficit electo ad obtinendum, docere eligentem fuisse in quasi possessione tempore electionis, licet non probet quod proprietas iuris eligendi ad illum pertineret.*

[Glo. seq. princ. & fi. exponit dupliciter, quod dicit de tribus causis. Itē miscet duo cōtraria. & soluit opi. interserens q hoc c. ptineat gratiā: quod reprobat.]

a ¶ Causis.] s. quia non detulerunt appellationi, & quia indignum sine licētia Papæ receperunt, & quia citati nō venerunt, & etiam quia idem episcopus sine licentia Papæ transiuit. Contra. s. eod. considerauimus. contra j. eod. c. auditis vbi vtraque cassatur, qa factæ fuerunt electiones post appellationē, & prima non cassata, facta fuit secunda: idem debuit hic fieri, quia vtraque post appellationem facta fuit. Præterea & econtra opponitur, eo ipso q primi postulauerunt post appellationem sine alijs, non fuerūt ipsi priuati potestate eligendi, quia alij potuerunt consentire, & renunciare appellationi. s. de postula. bonæ 2. & in prædictis decre. considerauimus. & c. auditis. ergo secunda electio debuit hic etiam cassari, cum prima postulatio non fuerit nulla ipso iure. Sol. per talem postulationem factam post appellationem, nullum ius fuit acquisitū vel gratia, quam petere posset, & postulantes poterant resilire à tali postulatione, cum nondum esset præsentata superiori. s. de postu. bonæ. & sic habebant adhuc potestatem eligendi: & poterant cum alijs eligere, si voluissent; sed postea cum receperunt eum sine licentia Papæ in contemptum ipsius, cum non possent: tunc primo amiserunt potestatem eligendi, & magis deliquerunt, quam si indignum scienter eligerent, & plus est ipso facto delinquere quam verbo, & plus contemnere legem viuam quam mortuam: 1 vt patet in integra, & sic penes illos remansit ius eligendi, quamuis essent numero paucissimi. supra de postula. gratum. & appellationem non possunt opponere, cum ipsi contra appellationem deliquerint, & contumaces fuerint: & ita ex tribus causis prædictis se fecerunt indignos. Sed ex vna precipue amiserunt potestatem eligendi, recipiendo illum sine licentia Papæ: alias si non recepissent illum, non amisissent potestatem eligendi, vt patet in integra. Quidam dicere voluerunt, q hæc decret. continet gratiam, sed forsan hoc dicunt qui intelligunt hanc decre. q hæc electio facta fuisset antequam Moguntini recepissent Vuormacieñ. vel administrasset. & si hoc fuisset (quod non est verum) gratiam contineret. Vel dic ex tribus. Præsumptione, s. quia virum pastorali dignitate præditum contra formam canonicam non solum eligere, sed etiam recipere præsumpserunt: Contemptu, quia postquam procurator eorum nostras litteras reportauit, quibus mandabatur, q si Vuormacieñ. episcopus in temporalibus & spiritualibus ministrare[illegible], ipsius cassaretur electio, ipsi postmodum quasi electo suo, sicut ex eorum litteris apparet, quibus eum electum suum nominant, temere paruerunt: Et blasphemia, quia legatum nostrū quantum in eis fuit infamantes, eum tunc corruptum pecunia sunt mentiti hæc littera est in registro, & sic ex tribus causis reddiderant se indignos, vnde non debent audiri, s. eod. considerauimus, vt sequitur in glos.

1 Tex. est in l. si pupilli. §. 1. ff. de edēdo, & in l. prætor. in principio.

[Gl. seq. reci. per opi. Lau. & contrariam Tan. quam approbat. In additione distinguit inter ecclesias cathedrales & alias. Item an propter negligentiam, an ex delicto priuentur. In fi. ponit opi. contrariam.]

b ¶ Ad nos.] Dixit Lau. quod cum simul oēs delinquunt eligendo indignum: tunc tantū transfertur potestas eligendi ad superiorem. 2 Si vero secundi post electionem priorū similiter eligant indignū, reuertitur potestas eligendi ad priores: & facit pro eo quod dicit in littera: pariter, & j. eod. cum Vintonieñ. Sed Tan. dicit non esse verum, immo siue simul siue separatim deliquerunt, transfertur potestas eligendi ad superiorem sicut hic dicit. Et illud aduerbium, pariter, non notat identitatem temporis ad peccandum; quod exigatur vt simul delinquant, sed vitij similitudinem. Et illa decre. cum Vintonieñ. non facit pro eo, quia ibi tantum vna pars peccauerat eligendo indignum hominem illegitime natum, propter quod ius eligendi ad alios fuit deuolutum: & illi licet quodammodo deliquerunt eligendo per impressionem, non amiserunt ius eligendi, & tunc primi & secundi simul postea debent eligere, vt ibi dicitur. Sed vbi vtraq; pars peccat eligendo indignum in electione episcoporum & eorum superiorum, siue eodem tempore, siue diuersis peccent, semper transfertur eligendi potestas ad dūm Papam, vt hæc littera dicit. sic j. de conces. pben. quia diuersitatem, & non reuertitur ad primos, sicut dixit Lau. & eodem modo intellige s. eo. tit. cū in cunctis, §. clerici, quod debet intelligi secundum istam, vt ad Papam eligendi potestas transferatur: secus est cum clerici sunt negligentes in eligendo, quia tunc deuoluitur eligendi potestas ad proximum superiorem. j. eod. ne pro defectu. In electionibus vero inferiorum prælatorum cum eligitur, vel confirmatur indignus, seruari debet, quod dicitur s. eod. cum in cunctis. §. vlt. & j. eod. nihil. Sed in casu negligentiæ seruatur quod dicitur j. de conces. præben. nulla. exceptis abbatijs. vbi dantur tres menses tantum, vt dicit decr. illa, ne pro defectu. Et q c. cum in cunctis. debeat sic intelligi, ex eo patet, q Papa in c. cū in cunctis. §. clerici non dicit ad quem deuoluatur eligendi potestas: vnde debet intelligi, q ad ipsum debet deuolui, cum in inferioribus dignitatibus dixit ad quos deuoluatur potestas eligendi cum eligitur vel confirmatur indignus, vt eod. cap. §. vltim. vt quod de minoribus concessit, de maioribus præbuisse videatur. Alij dicunt, quod ad proximum superiorem deuoluitur potestas eligendi, & hic non erat superior nisi Papa & idem dicunt in casu negligentiæ, vt dicit. ca. ne pro defectu. Bernar.

ADDITIO. Primum dictum approbatur. j. eod. quam suam. lib. 6. vbi satis de hoc in gl. vt plene scias Ioan. And.

c ¶ Hac vice.] Hoc 4 ideo dicit, quia qui male eligūt, non puniuntur nisi semel tantum j. eo. tit. c. auditis.

d ¶ Confirmantes. Inno. dicit q debuit dicere, duximus confirmandam, s. quondam: secundum quod in pen. gl. ibi. notatur.

2 Not. Bar. in l. cum qdam. 2. ff. de leg. 2. & habetur in ca. dudum. hoc.

† Vox, memorati deest in antiquis.

3 Ad idem est tex. in l. si fundus. §. si duo pariter, ff. de pigno. & l. si is cui. ff. de do. cā mor.

4 Hæ duæ glossulæ in verbo, hac vice, & in verbo confirmantes, non sunt in codicibus antiquis.

Querelam.[Primò ponitur facti narratio. Secūdo causæ definitio:ibi.[Nos igitur.] Prima Pars fa cit [illegible] a Primo narrat causæ commissionem. Secundo duplicem actoris petitionem. Tertio rei responsionem. Secundo duo facit. Nam primo diffinit primū articulum expressiore causæ,& quadam determinatione. Secundo diffinit secundum articulum cum eadem determinatione. Ab.

† Cap.9. eo. titu.in 3.cōpilatione & pro intellectu vide Mattheū de Afflictis. decisio. 393.

CASVS. Populus ecclesiæ Santi Saluatoris cū esset in quasi possessione præsentandi rectorem in ipsa ecclesia,P. presbyterū elegit in rectorē ecclesiæ S. Saluatoris,& per Car.sanctæ Susannæ in ipsa fuit institutus G. tituli sancti Vitalis p̄sbyter Car. per œconomum ecclesiæ sanctæ Agathes, cuius Cardinalis ipse est gubernator, mouit quæstionem contra dictum presbyterum super ecclesia S. Saluatoris: Causa ista fuit commissa domino Innocētio per

† Celestinus.

Celestinum dū erat Cardi. coram quo petebat œconomus S.Agathes dictum P.presbyterum ab ecclesias Saluatoris remoueri,quam occupauerunt in præiudicium ecclesiæ S.Agathæ,& in iniuriam Card. cum ipsa ecclesia pertineat ad ecclesiam S.Agathæ pleno iure.insuper petebat pēsionem xvj.denariorum Papieñ.ecclesiæ S.Agathæ debitam pro ecclesia S.Saluatoris sibi restitui de nouo subtractam,Ex aduerso respondet P. presbyter prædictus q̧ ipse nullam iniuriam fecit Cardi. nec in præiudicium ecclesiæ S.Agathæ receperat ecclesiam sācti Saluatoris,cum ecclesia S.Saluatoris nullo iure pertineat ad ecclesiā S.Agathæ,nec sibi debet reddere aliquam pensionem:cum per electionem populi(ad quē pertinet de antiqua consuetudine) per Cardinalē S. Susanne(ad quam ipsa pertinet ecclesia) fuerat institutus.lite cōtestata & receptis probationibus hinc inde,mortuo Celestino successit ei Innocētius. ipse rationibus vtriusque inspectis absoluit ipsum presbyterum ab impetitione œconomi S.Agathæ sup electione & institutione facta de ecclesia S.Saluatoris,imponēdo silētium super his œconomo S.Agathæ, quia constitit quod populus S.Saluatoris erat in quasi possessione præsentandi clericum,quādo ipsum presbyterū elegit ad illā,& q̧ ecclesia ipsa spectat ad titulum S. Susannæ in spiritualibus pleno iure, salua quæstione super iure patronatus inter ecclesiā S. Agathæ,& populū S.Saluatoris.Itē qa cōstitit q̧ pēsio xvj.denariorū Papieñ.monetæ fuit soluta eccl'e S.Agath. annuatī pro ecclesia S.Saluatoris in Thermis p multa tēpora, sed de nouo subtracta: restituit ecclesiā S. Agathæ in eundem statū percipiendi prædictā pensionem ab ecclesia S.Saluatoris in Thermis, & condemnauit prædictum presbyterum ad solutionē pensionis prædictę subtractæ, salua quæstione proprietatis inter ipsas ecclesias.Not. quod per solam præsentationē factam a eo qui est in quieta possessione præsentandi, licet dominus non sit,acquiritur ius in ecclesia, ita quod postea non remoueretur si ius præsentandi alijs adiudicaretur.Itē sententia lata super possessione non præiudicat proprietati.Item spoliatus restitui debet ante quæstionem proprietatis.

[Glo.seq.arguit ad quæstionem dominicalem,alle. duo contraria.& sol.]

CAP. XXIIII.

Querelam,† quam G. tituli sancti Vitalis presbyter Cardinalis per œconomū ecclesię vestrę, cuius idē Cardinalis est gubernator contra P.presbyterū ecclesię sancti Saluatoris super ecclesia ipsa proposuit,C.† Papa prædecessor noster nobis in minori offō cōstitutis,audiēdā commisit. a ¶ Petebat igitur œconomus prętatum P. ab ecclesia sancti Saluatoris (quam in p̄iudicium vestræ ecclesiæ, ac iniuriam Cardinalis prædicti occupauerat præsumpserat)remoueri: cū ipsa ecclesia pertineat ad ecclesiā sanctę Agathes pleno iure;petens b pensionē sexdecim denariorū Papieñ. debitā ecclesiæ sāctę Agathes,pro eadē ecclesia de Thermis sibi restitui,q̄ nouo subtractā.Prædictus vero P.respondebat, q̧ ipse nullā iniuriam irrogauerat Cardinali:nec in pręiudiciū ecclesiæ uestræ receperat dictā ecclesiam, cū hæc ad illam nullo iure pertineat, nec aliquam sibi debeat reddere pensionem, sed ipse per electionem populi ad quem de antiqua consuetudine c † pertinet ele-

† Celestinus.

a] Commisit.] Argu.ad quæstionē dominicalem, q̧ si ille à quo appellatur,efficitur eiusdem iurisdictionis cuius est ille ad quem appellatur: q̧ nihilominus potest de causa cognoscere. ff. de iud. si is qui Romæ. arg. contra ff. de iud. iudiciū & l.mortuo.& l. Iulianus. Tamen honestius est quod causam deleget, immo videtur q̧ teneatur causam illā delegare.ff. de iurif. om. iud.l.prætor.

[Glo.seq argu. & alle.ς. iura. secundo op. de contrarietate petitionis, & solu.]

b ¶ Petēs.] & ita patet, q̧ duæ actiones simul proponi possunt in eod. libello. ∫ de cap.mo.c. dilectus & ∫.de cau pos. c m[illegible] e'esia, & cap seq.& ff.famil.ercis.hæredes.§.de plurib. ff. de actio. empt.& vend.non est nouum. & leg. seq. Sed videtur quod iste œconomus non fuisset audiendus: quia videbatur contrarius in sua petitione, petebat enim illum Petrum remoueri ab ecclesia, ab eodem petens pensionem sibi restitui.ista duo contraria videntur, q̧ remoueatur, & pensionem soluat. si enim condemnaretur.vt remoueretur de ecclesia,qualiter condemnaretur ad pensionem præstandam?Sic enim condemnaretur qui non est prælatus, vnde sententia illa non præiudicat ecclesiæ,sed contraria petens non auditur infra de appellat.solicitudinem.& 23. quæst. 7. quod autem.74.distinctio.gesta. C. de mune. par. professio. tua.lib.10.& infra de iud.examinata: Dico quod illa non obstant;licet enim petatur remoueri, interim tamen tamquam legitimus administrator est habendus.8.quæstio 4.nonne. & accusato reo potest solui quod debetur ei.ff.de sol.reo. & econuerso à reo accusato potest peti quod debet.ff.eodē. sed nec illud, & si tibi legatus sit vsusfructus, tributa præstare debes.ff.de vsufruct.relicto. & l. si pendentes. §. vltim. & quia iste sic agebat,&c.ff.ad Macedon. l. 3.& infra de offic.deleg.coram.& si remoueretur, nihilominus condemnaretur ad solutionem pensionis nomine ecclesiæ,& teneret talis condemnatio: nam sicut condemnatur suo nomine,ita posset condemnari nomine ecclesiæ.argum.16.q.4.volumus.& inf.ut li. pendē quasi per totum.

Duę actiōes simul p̄poni possūt ī eodē libello † Vide tex. in l 2. & ibi. Bar. C. quæ sit lon. consue.& in authē. hoc ius porrectum, C.de sacros. eccle.glo. in le.rē nō nouā.C.de leg.

ADDITIO. Vel dic quod licet remoueatur,condēnari potest ad pensionem subtractam.10.q.2. hoc ius. &§.qui rem Ioan.And.

c ¶ Consuetudine.] quæ prouenit ex iure patronatus,quæ dat ius eligendi.infra de caus.pos.ca.cum ecclesia.& infra de his quæ fiunt à præla.sine consen. c. ea noscitur.

[Glo.seq.no.quod in personam procuratoris.&c.] inducit.4.iura,& rationem alleg.in cōtrarium, & soluit subdēs circa prin.tres opi.demū dat tutū cōsiliū.]

a ¶ Oeco-

ctio †, à Cardin. li sanctæ Susannæ (cui eadem ecclesia tamquam capella suo titulo in spiritualibus est subiecta) canonice fuerat institutus: & infra. ¶ Nos igitur rationibus vtriusque partis auditis, dictum P. ab impetitione œconomi [a] vestri super electione ac institutione de se facta in ecclesia sancti Saluatoris absoluimus, & sup his prælato œconomo silentium duximus imponendű; cum nobis constiterit, qđ populus in quasi possessione præsentandi clericum existebat, quando ipsum presbyterum ad illam elegit: & ecclesia eadem spectat ad titulű sanctę Susannę in spiritualibus pleno iure, salua quæstione super iure [b] patronatus inter ecclesiam vestram, & populum sæpedictę ecclesiæ sancti Saluatoris. ¶ Quia vero fuit liquide comprobatum, quod pensio sexdecim denariorum Papiensis monetæ, fuerit clericis ecclesiæ vestræ, ꝑ ecclesia sancti Saluatoris đ Thermis, † annuatim per multa tempora persoluta, sed de nouo subtracta: nos in eű dem statű [d] percipiendi huiusmodi de ecclesia sãcti Saluatoris đ Thermis, ecclesiã vestram decernimus reducendã: & ad solutionem pẽsionis subtractę cõdẽnamus presbyterű ãtedictű, salua quęstione proprietatis iter ecclesias memoratas.

¶ Idem

¶ Eligentes scienter indignű, priuati sunt potestate eligendi, in electione qua primo occurrit facienda,

CAP. XXV.

CVm † Vuintonieñ. ecclesia pastore vacaret, archidiaconus cum suis fautoribus Salubrieñ. decanum, Prior vero & complices eius præcentorem Linconñ. in episcopum elegerunt: & infra. Licet igitur omnes in communi de facienda

a ¶ Occonomi vestri.] Cõcipiẽda sunt ergo verba finię in personam procuratoris vel syndici, nõ principalis personę ꝭ. de cẽsi. c. olim. & ꝭ. de capel. mon. dilectus. C. de sen. & interl. l. i. ff. de neg. gest. liberto §. vlt. Si enim dñs deberet condemnari, quare ergo procurator caueret de iudicato soluẽdo? Arg ꝭ ꝭ. de proba. licet: sed ibi cõdemnatur cõe Fauentiæ in personã procuratoris, quia in eo datur actio iudicati. ff. de re iudic. si se nõ obtulerit. & ideo necessario dñs s. cõe. Fauentiæ, condemnatur. Vel. dicas in spiritualibus causis in persona dñi debeat fieri condemnatio, in causis matrimonialibus 1 & criminalibus inf. de procu. tuæ fraternitatis. arg. C. de iureiuran. l. vlt. Sed dñs M. dixit, ꝙ tunc procurator est ꝯdemnãdus, qñ dñs nunquã cõparuit in iudicio. quia dominus litis factus est: alioquin dñs cõdemnabitur, & nõ procurator. C. de sent. & interlocu. om. iudic. l. 1. qa tũc non fuit procurator dñs litis, qñ post litẽ contest. datur procurator. & argu. ad hoc ff. de his qui not. infa. furti. §. si quis dominus. Ica. B. & T. dicũt ꝙ siue ab initio, siue ex post facto procurator interuenit, in personam procuratoris formanda est sententia. C. de procu. nihil arbitramur. & ff. de neg. ge. liberto. §. vlt. & ff. de proc. qui in proprio. in princip. & l. licet in popularibus. in fi. Vt autẽ non incidas in aliquod periculum, vel dubium, formare debes sententiam in personam vtriusque, scilicet dñi & procuratoris sui, sic. Talem procuratorem talis, & ipsum dñm condemno, vel absoluo, 2 & ita saluabis vtramque opinionem: & ita seruatur. argu. inf. de fide instrum. cap. inter dilectos. in fi.

[Gl. seq. signat contrarium & soluit.]

b ¶ Super iure.] Sed nonne petitoriű & possessorium deducta sunt in iudiciű? quare ergo nõ fit condẽnatio super iure patronatus? ita vr in verbis illis vbi rñsum fuit: cum hæc capella ad illam nullo iure pertineat, &c. simile ꝭ. de cau. pos. cum ecclesia. & c. sequ. & c. cũ dilectus. Sed hoc hodie ideo est: quia populus nõ fuit in iudicio, & ea quæ sunt inter presbyterum facta & Cardinalem sancti Vitalis, non præiudicant populo: quia res inter alios. &c. ꝭ. de fi. instru. inter dilectos. ff. de re iudic. sæpe & ꝭ. de re iudic. c. cum super cõtrouersia. & cap. penult. & est notabile quod hic dicitur, vt si electus impugnaretur quod sit electus à non domino, sufficit ei probare ꝑ eligens erat in quasi possessione eligendi: licet alter obtineat postmodum in petitorio. ꝭ. de iure pat. consultationibus. &c. cum ꝑ ꝑ discordias. vnde institutus ad repræsentationem populi non perdet ecclesiam: sed si altera ecclesia euincat postea ius patronatus, debet ab ea iterum præsentari: vt per hoc sit in quasi possessione iuris sui, scilicet patronatus infra de iure patrona. si uero. & c. cũ propter discordias.

c ¶ Tempora.] infra de censi. c. peruenit. contra. sed illud in petitorio: hoc in possessorio.

[Glo. seq. alleg. legem in contrarium quam dupliciter soluit.]

d ¶ Statum.] & de iure, quia conductor lite pendente, debet soluere pensionem, 16. qõ. 4. volum. & ꝭ. vt lit. pend. quasi per totum. & C. locati. si quis cóductionis. Arg. contra. C. de agr. & censi. litibus. lib. 11. vbi dr, ꝙ lite pẽdente colonus denegat domino pẽsionem, nisi diutius eã soluisset. Sed ibi dominus agebat petitorio & non possessorio; vel ibi nolebat colonus restituere pensionem, qa dicebat ꝙ ille non erat dñs q ab initio dederat ei rem, & tunc fit sequestratio 3 nisi lõgo tẽpore soluisset: vt ibi dicitur, & est speciale.

CVm Vuinton.] Diuidit principaliter i tres partes, quia in prima ponit vota eligentium diuisa, & allegationes vnius partis. In secunda: ibi, Illi vero, ponit allegationes alterius partis. In tertia: ibi. Nos igitur, ponit sententiam. Abb. Siculus.

CASVS. Vacante ꝫ ecclesia Vuintoñ archid. cũ suis sequacibus elegit Salubrieñ. decanum, illegitime natum scienter: prior & complices sui elegerunt præcentorem Linconñ. pro istis duabus electionibus partes iuerũt ad curiã. Papa auditis probationibus vtriusque electionis, inuenit vtrãq; electionem ꝯ formam electionis attentatã. Prima electio archidiaconi de Salubrien. decano ꝑ inordinatam presumptionem facta fuit, de homine scilicet illegitime nato, secunda de præcentore Linconñ. per violẽtam impressionem. ¶ Vnde Papa habito fratrum concilio vtramq; cassauit. postea vero aliquot diebus elapsis, pars illa quæ præcentorem elegerat, ad dñm Papam accedens quoddã exhibuit instrumentum signatũ cum sigillo cõuentus, in quo continebatur, ꝙ Vuintoñ. cõuentus vices suas cõmiserat priori. & quibusdã fratribus super electione facienda in præsentia dñi Papæ. vnde petebat prior & sui licentiã eligendi. Papa illud instrumentũ fecit exhiberi

† Dictio, electio, deest in antiquis codicibus.

1 Consulit Host. in his sic pronunciari: pnuntio Titium maritũ Seiæ, & T. pcuratorem ei' nomine ad matrimo- - nũ de quo agebatur cõdemno, præcipiendo vt dict' Titius deinceps ei adhæreat vt vxori: & tã in lecto, quã extra maritali affectio ne ptractet. inf. de spon. ex parte, & c. veniens. 1. Ioan. Andr.

2 Concord. tex. in l. summa. §. fin. & in l. fin. ff. de exceptio. rei iud.

† In quibusdã antiquis ita: in terminis.

An lite pendente coductor, pensionem soluere teneatur.

† Cap. 10. e. tit. in 3. cõpi lation.

3 Concord. text. cũ not. in l. 1. C. de prhib. seq. & in l. Impera tores. §. fin. & ibi Bar. ff. de app.

4 Hic casus in antiquis codicibus reperitur.

electione tractauerint: a qa tamen nequiuerunt esse concordes, b infecto negotio ad nos habuere recursum: & siquidem, qui præcentorem elegerant, asserebant, quod illi, qui decanum elegerant, eligendi erant potestate priuati, pro illa maxime causa, quod hominem nõ legitime natum scienter c eligere præsumpserunt; vnde secundum Lateranense † concilium & eligendi hac vice perdiderant potestatem, & per triennium ecclesiasticis beneficiis carere debebant.

† Conciliũ Lateranense sub Inno.iij. c.25.

¶ Illi uero taliter respõdebãt, quod licet is quem elegerunt fuisset minus legitime natus, per gratiam tamen Apostolicæ sedis legitimari promeruit: d & hoc asserebant se legitime probaturos.

¶ Nos igitur attendentes, quòd † isti e post primam electionem, admiserant f illos g ad celebrandam secundam: & quod decretum memorati concilij decreuit huiusmodi præsumptores vna vice duntaxat eligendi potestate priuatos; † quoniam electio quam coram nobis celebrare h volebant, non iam secunda, sed tertia concurrebat i ad eligendum illos

exhiberi alteri parti: quod ab oĩ. extitit approbatũ. Papa quæsiuit ab illo priore & suis socijs, vtru vellet admittere alios ad electionem celebrandã, & ipsi rñderut quod saluis exceptionib. quas ꝯtra illos habebant, admittere volebant, & sic protestatione præmissa, oẽs simul in coi fuerunt ad tractandum de electione: sed nõ potuerunt concordare de alia psona eligenda cõiter: & sic in secto negotio habuerũt recursum ad Papã: & illi qui pcentorem elegerant, dicebant illos qui Salubrieñ. decanum elegerant, iure eligendi ipso iure priuatos: quia hominẽ illegitime natum scienter elegerant, vnde ꝯm concilium Lateraũ. eligendi potestatem perdiderant, & beneficijs ecclesiasticis p trienniũ carere debebant: petentes à Papa vt super hoc interloqui dignaretur]. Alij vero ad hoc rñdebant, quod ille decanus Salubrieñ. per Apo. sed. legitimari promeruit. Papa super hoc considerans quod prior & sui post primã electionem suam admiserat alios ad celebrandam secundã. & Lateraũ. concilium vna vice tm̃ punit huiusmodi præsumptores interloquendo pronunciauit illos esse admittedos, quia electio quam modo facere volebant, non iam secunda erat, sed potius tertia concurrebat, Bernardus.

Nota quod qui scienter indignum eligit, amittit potestatem eligendi, & deuoluitur ad illos qui non peccauerunt. item per hoc probatur quod ille canon, cum in cunctis, est canon latæ sententiæ. Item illi qui amiserunt potestatem eligendi, possunt admitti ad electionem ab alijs ad quos eligendi potestas fuerat deuoluta.

a ¶ Tractauerunt.] post illas duas cassatas.

b ¶ Concordes.] de persona assumenda, concordes tamen erant de electione facienda, vt postea sequitur.

c ¶ Scienter.] quoniam si ignoranter, tunc non sunt priuati, vt ş.eo. innotuit.

d ¶ Promeruit.] hæc fuisset bona allegatio, si eam probassent, si super episcopatu fuerat specialiter dispensatum, j.de conces. præben. cum dilectus.

e ¶ Isti.] scilicet prior & complices eius, qui non peccauerunt eligendo præcentorem.

[Glo. seq. obijcit, & soluit.

f ¶ Admiserant.] no. quod semel approbatũ est, reprobari nõ potest. ff. de nego. gest. l. Pomponius. ff. de adult. l. si vxor. & 8. q. 1. dilectissimi. ş. eo. cum inter canonicos. & 32. q. 3. horrendus. & si illos admittẽdo sibi præiudicauerunt, & ius suum amiserunt quo poterant illos repellere ea vice, & sic protestatio sua nõ profuit ꝯtrarium faciendo, & sic ş. de co. . .t. cu M. Ferrarieñ. Præterea quare eos admiserut cũ essent suspenti ipso facto auctoritate cõcilij Lateraneñ. ş. eod. tit. ca. cu in cunctis. cum si elegissent, eorũ electio debuit cassari. ş. de consue. cum dilectus & j. de cle. excom. mini. postulasti. Dicas quod illi qui eligunt indignum, priuati sunt quantum ad alios qui non peccauerunt: sed quãtum ad se, non est potestas eligendi ligata, quin bene possint eligere, si ab alijs admittant: sicut potestas celebrandi in clerico peregrino non est ligata quantum ad se: sed quantum ad alios, quia celebraret si permitteretur j. de cleric. peregri. tuæ. sic in monacho, qa publice celebrare non potest, tamen non est suspensus: quia si inuitaretur a populo, & permitteret ab epo, posset celebrare. 16. q. 1. ca. adijcimus. §. ecce in hoc. Et licet isti sint suspẽsi à beneficio, nõ impediũtur eligere, qa talis suspensio nõ repellit eos ab electione, nec ẽt à diuinis officijs. vñ omnia negotia, tã spiritualia quam tpalia pñt exercere, & tpe talis suspẽsionis deberẽt ẽt officiare, qa in pœnã talis suspẽsio introducta ẽ, in modicã sustentationẽ debent tũc hẽre, ne ex toto egeãt. ADDITIO. Sed si tales suspensi a beneficio haberent pãtrimoniu, vel aliud vñ viuere possent, tunc ex beneficio nihil habere deberẽt 10. An.

Suspensio à bñficio, quẽ effectum habet.

g ¶ Illos.] scilicet qui elegerant decanum non legitime natu.

† In codice Barbatiæ ita quod isti qui elegerunt præcẽtorẽ, post primã, &c.

h ¶ Celebrare.] cum haberent mandatum à capitulo: vt dixi in casu secundum quod patet in integra, alias non possent eligere. ş. eo. tit. c. innotuit.

[Glo. seq. quærit & dupliciter soluit contra primã solutionem quam approbat. obijcit & respondet.]

† Vide l.2. cum nota. p Barto. ff. de exercit. & l.2. & l. ser. ff. de op. legat. Cy. & Pe. 17. q. C. de ꝯtrah. empt.

i ¶ Tertia concurrebat.] Sed quo respectu dr̃ tertia? Potest dici quod prima electio fuit illa decani non legitime nati: secunda fuit pcentoris, quæ non impediebatur p primam, cum illi qui elegerant decanum essent eligẽdi potestate priuati: ita quod nõ poterant obijcere aliquid contra secundam, in quo tm̃ puniuntur, qa in prima quæ facienda occurrit post illã in qua delinquunt, priuati sunt tantum potestate eligendi, & non in tertia: sed secunda fuit hic cassata, & ita ius eligendi deuolutum fuit ad omnes. vnde modo tertia concurrebat facienda: a qua illi non repellebantur: immo admittebantur auctoritate prædicti canonis: & iste vĩ bonus intellectus. Et sic ex duab. causis isti qui primo peccauerunt, debebant admitti ex eo quod ista tertia cõcurrebat, ut dictum est, & ex eo quod alij admiserant illos ad tractandum de electione, ex eo enim solo admitterentur ad secundam, in qua non deberent admitti, quia postquam res iam non est integra, nõ possunt illos repellere. j. e. in causis & res de facili ad suam naturam reuertitur ff. de pac. l. si vnus. §. quod si non vt totum & ff. de iustitia, & iure. l. pen. & etiam si non admisissent illos, debebãt nihilominus admitti: & sic vtroq; casu debent admitti. Et hoc satis colligitur ex lr̃a, sed obuiat huic intellectui littera ista. Isti post primã, admiserant illos ad celebrandum secundum. Sed hoc exponit in fi. Alij volunt dicere: Prima dicit electio præcentoris, quæ fuit cassata. Secunda electio appellatur tractatus in quo fuerũt admissi, & pro vna electione reputatur, quia si non admisissent illos, poterãt soli procedere ad electionem & pro istis facit optime quod dicitur in littera; isti post primam admiserãt illos ad celebrandum secundã, & econtra. & ita intellexit T. & bene cocordat litteræ & dicebat T. quod electio decani & electio præcentoris reputabantur pro vna electione; quia

ne: qa simul factæ fuerūt, vt dicebat; sed hoc est falsum, immo in diuersis temporibus factæ fuerunt, vt patet in integra. 1 ſm ꝙ dr̃ in casu & electio decani appellatur prima, & electio præcentoris fuit secunda, & hæc q̄ modo imminet facienda, dr̃ tertia respectu illarū, & ꝙ dr̃, isti post primā. i. post secundā quæ dr̃ prima respectu istius quæ imminet facienda, & quia alia nulla fuit: & ꝙ nullum est, nec primum nec secundum dici potest: etiam verum est, ꝙ post primam de decano, quæ in veritate fuit, admiserunt illos, sed nō ad secundam factam de præcentore: & quod dicit, ad celebrandā secundā. s. respectu suæ, q̄ cassata fuit: & qd dicit: tertia concurrebat, est vere tertia respectu duarū, quæ cassatę fuerūt: & sic prior intellectus potior videtur.

1 Hoc non patet in antiqua cōpilatione nam ibi etiam est trūcatus textus, pōt tñ patere in integra quā uidit Bernar.

† Ca. 11. eo. ti. in 3. compila.

[Gl. seq. signat cōtrarium de decre. cū super. & soluit.]

a ¶ Admittendos.] Arg. ɔtra. ȷ̃. de offi. delegat c. cu super abbatia. vbi iudex, qui priuatus erat iurisdictione, nō potuit postea associari ad iudicandum. Alia rō est in iudicib. vbi. n. non potest vnus procedere cum alio, qui iurisdictionem non habet, nec potest is qui habet iurisdictionem, ei dare iurisdictionem, vel eum sibi associare, 2 quin iam ex toto desijt esse iudex: & si hoc faceret, à non suo iudice dicetur factū: & ideo quicquid simul faciunt, non tenet, ɔfitēdo p ɔñs se nō posse ꝓcedere solum, & ita ille q habebat iurisdictionem perdit illam, vt dicit illa decr. cum super. In eligentib. secus est: quia licet illi qui possunt eligere admittant illos, qui priuati 3 erant per culpam suā, nō perdunt ipsi ius eligendi: quia possunt renūciare iuri suo; nec illi sunt priuati perpetuo, sed vna vice tantum: vnde possunt parcere illis si volunt, sed in iudicibus non est ita. Bernardus.

2 Concor. no. in l. nemo pōt, ff. de leg. 1. & in cap. quod sedē. in glo. 1. de offi. ordi.

3 Et sic erāt clerici alias vocem habētes vel haberé volentes. secus si admitterēt laicos, vt ius habētes, ȷ̃. c. Massana. secundum Innoc. & Compo. Io. And.

PEr inquisitionem.] Primo ponit ɔfessionē ꝓpositi, ex qua infert. Secundo ipsius indignam ꝓmotionem: ibi. Cum igitur. Tertio mandat ipsum amoueri: ibi. Quocirca. Abb. Siculus.

c ¶ Compellantur.] quia ex quo quasi cœptum negocium est, per consensum præstitum in scrutinio necesse est consumminare, & est simile:qui enim mandatum suscepit,necesse habet consumare.ff. commo.l.in commodato.§. sicut , & ff.manda.l.si quis alicui,§.qui mandatum, adiuuare enim beneficijs,nō decipi nos oportet,vt in d. l. in commodato,§.sicut in fi.& j.de commo.cap.vnico , & quod semel placuit amplius displicere non potest. 32.q.5.horrendus intra de desponsa impub.c.de illis . ff.de reg.gest.l.Pomponius,& quæ simpliciter ꝓmittuntur,sine conditione soluantur.32.q.vlt.cap.vlt.& quæ non cœpit,deliberet:quæ ingressa est,perseueret. 27.q.1.nuptiarum:ideoq; merito sunt compellendi ꝑficere quod cœperunt.Idem credo in postulatione,vt postquām fuerit publicatum scrutinium , ab ea recedere non possunt,immo tenentur illam porrigere superiori:licet per postulationem ius non sit postulato acquisitum ratione prædicta,& de hoc dictum est , s. de postu.c.vlt.& pen.& in hoc casu valet electio,licet non fiat incontinenti:quia fraus & dolus eorum non debet obesse nominato,3 & ita non contradicunt , s. eo.c.quia propter,& c.cum post petitam.

Publicato scrutinio cur electores compelli possint ad electionem& collationē .

3 Concor. tex.in l.si in fraudem, C de leg. & ī l.1.& le.ex dolo. ff. de dolo .

¶ Idem.

¶ Cassata electione propter simoniam , etiam sine culpa electi non dispensat episcopus ea uice cum cassato , secus si electus libere resignauit , hoc dicit secundum intellectum glo.2:in fine.

CAP. LIX.

SI alicuius electionem propter simoniam , eo ignorante,ac ratūd non hēnte cōmissā cōtigit reꝓ

SI alicuius.] Inhærendo verbis litteræ summa sic . Cassata electione prælati propter simoniam sine uitio electi commissam,non dispensat eps ea vice cū cassato super illa prælatione,secus in simplici beneficio super quo dispensat,si libere resignauit,h.d. & habet duo dicta,secundum ibi.Quamuis Abb.Sicu.

C A S V S . Aliquis est in prælaturam alicuius ecclesiæ electus per simoniam,eo tamen ignorante,nec ratum habente , talis electio propterea reprobata est,quærit̃ vtrum episcopus cum illo poterit dispensare,vt iterū ad eādem prælaturam eligatur: Respondetur ꝙ eps illa vice cum illo dispensare non potest,sed cum illo q ignoranter simplex beneficium per simoniam est adeptus,post liberam resignationem potest episcopus dispensare.Nota quod in simonia ratihabitio retrotrahitur a contrario. Item mitius & lenius agitur cum sponte renunciante,quam cum illo, qui sententiam , expectauit.

d ¶ Ratū non habente.]alias si postea cōsentiret, idē esset ac si initio ꝓcurasset j. de simo.ca.sicut.Sic eñ ratihabitio in maleficijs retrotrahit,& mādato cōparat.ff.de ui & vi.ar.l.1.§.quoties,& j.de rest spo.c.cū ad sedem in.fi.& 2.q.1.notū in fi.nec refert vtrum ante vel post dederit vel promiserit 1.q.1. eos in fi Accipere eñ est qñcunque accipere,vt ibi,& 1.q.3. si quis obiecerit,

obiecerit, in fi. & e. si q̄s & sic qđ meo nomine gestū non e.t, ratū habere possum. ff. de neg. gest. l. si pupil. li. §. item quæritur. & 9. q. 2. Lugdunensis. & ita habes ꝙ ignorantia excusat ipsum, vt possit cū eo postea dispensari. 1. q. 3. p̄sentiū. ȷ̄. de renun. c. post translationem. & ita habes. ȷ̄. de simonia. c. ex insinuatione. vbi capitulum dispensat.

[Glo seq. in prin. dat simile, & soluit contrarium, ꝙ sine culpa, &c. secundo signat contrariu de c. præsentiū, & tripliciter soluit. tertio signat contrarium de decre. nobis & remittit. quarto format vnum quare, & dupliciter soluit.]

bari, cū eo super prælatione, ad q̄ taliter electus illa vice a non pōt episcopus dispensare: ¶ Quamuis circa eum, qui ignoráter recipit simplex beneficium per simoniacam prauitatem, post liberam resignationem episcopi, dispensatio toleretur. †

† Vide l. nihil. §. sicut fi lius. ff. de in offi. test.

¶ Idem.

Electoribus impeditis, cur rit tempus si possunt impedimentum tollere.

a ¶ Illa vice.] vt sic per factum illorum puniatur illa vice. si cut illi q delinquūt in forma electionis, vel eligēdo indignū, priuātur iure eligendi ea vice, & punit electus, quia eius electio nō valet, & cassat: vel in persona electi puniunt electores in electione illa vice tm̄. ȷ̄. eod. cū in cunctis. & c. quia p p & c. Cumana. Et sic aliquis punitur sine culpa, causa tñ subest pp proximitatē vitij: quod purgabitur per intermedia personā. simile. ȷ̄. de fil. presbyro. ex transmissa. & quia ex his q̄ incontinenti fiūt, præsumptio nascitur ȷ̄. eo. c. officij. & q̄ incontinenti fiunt, inesse vident. ff. si cert. pet. l. lecta e t. & ex vicinitate consortiū trahitur. de pę. distin. 2. sed & continuo. & etiā comodū. Insti. de rer. diui. §. insula. Sed huic, quod dicit illa vice nō potest ep̄s dispensare, manifeste contradicit. 1. q. 5. c. præsentiū. quod loquitur in eodē casu, in prælatione. s. & tñ dicit ꝙ ep̄s post renunciationē pōt iterū ad curā regiminis illū assumere. Potest dici, ꝙ ibi mitius & benigni⁹ agit, qa vltro neus supplicauit vt deponeretur, & cū talibus mitius agitur q̄ cū conuictis. 50. dist. p̄sbyterū. sed iste sententiā expectauit, vnde notoriū est ꝙ tali modo fuit electus. ȷ̄. de coha. cle. & muli. c. vlt. sed in c. præsen. iū. non fuit notoriū. & ideo statim ibi dispensat. & non hic. & ideo hic plus punitur. vel forsan standū est hodie huic pp rationes superius di tas. Vel dic ꝙ diuersi sunt casus: & ideo non ꝯtradicit. Illud c. præsentiū. loquitur de ipso q inuitus ordinem suscepit p simoniā ab alio cōmissam eo ignorante: & non de dignitate. c. istud loquit de eo q̄ eligit ad dignitatē p simoniā eo ignorāte, cuius electio per sentētiā fuit reprobata, vnde ep̄s nō potest statim cō eo dispensare i ad eandem dignitatē: sed in c. p̄sentiū. potest dispensare ep̄s vt eligat ád curā regiminis, ad quā nō fuerat electus: & sic est diuersitas, non ꝯtrarietas. arg ꝯtra. ȷ̄. de simo. c. nobis. vbi cū tali nō pōt ep̄s dispensare solue vt ibi. Sed quare secus in beneficio simplici, in quo statim ep̄s pōt dispensar e post liberā resignationē, q̄ in prælatione, vt dicit in fine? Quia circa in nora cautius est agendum: quia ibi non a, sed accipis. 43. distin. quiescamus: & de tanta re segnius non est agendū. 7. q. 2. c. vlt. & integritas præsidentiū, salus est subditorum 61. dist. miramur. circa princ. & dicit lex: vbi maius pericula incendit, magis est consulendū. ff. de Carbo. edic. l. 1. §. 2. vnde primū locū in empta ecclesia habere nō debet scilicet administratione, sed simplex beneficium po e t. 1. q. 5. quicunque. in fin. & facilius dispensatur in beneficio q̄ in administratione, vel in ordine. Alia ratio est, hic sponte renunciauit, ibi p sententiam reprobatur electio, forte idem dici posset, ꝙ episcopus posset cum isto electo dispēsare, si statim ante motam quæstionem renunciaret sponte, audito quòd taliter esset electus, & in hoc non prohibetur hic preut dicitur: & infra de renun. cap. post translationē. in gl. q̄ incipit: quia ergo, ad finem.

1 Nisi euidēs vtilitas ecclesię hoc reqrat, ꝑm Host. & sic potest solui ꝯtrariū de c. p̄sentiū. ꝑm Host. Ioan. And.

HIs quibus.] breue est, & ideo nō diuiditur. Abb. Siculus.

2 Sed argumentū contra, ȷ̄. de simo. c. nobis fuit. sol. w

CAP. LX.

HIs, quibus interdicitur, vt absq; superioris licentia eligere nō præsumant, tempus statutū b à canone currit, c ex quo in mora fuerint licentiam huiusmodi postulandi. †

CASVS. Dum vacat aliqua eccle. Papa, vel eius legatus īterdicit canonicis, vt absque eius licentia eligere non præsumant: quærebatur vtrū tempus statutū à canone. s. trium vel sex mensiū currat illis? & rñdetur qđ bene currit, ex quo in mora sunt postulandi licētiam eligendi. Not. ꝙ hic currit tempus ei, qui non potest agere, sed hoc est propter negligentiam: quia intra tempus debent petere] licentiam Item mora nocet, nec potest hic purgari, & hoc sufficit de electione.

† Vide text. in l. eū qui ita §. fin. cū glo. mag. & ibi Bar. ff. de verb. oblig.

b ¶ Tempus statutum à canone.] Duobus modis intelligitur hoc, scilicet quia in ecclesiis cathedralibus & regularibus dant tres menses. ȷ̄. eo. ne pro defectu. in minoribus dignitatibus siue beneficijs dantur sex menses ȷ̄. de conces. præben. nulla.

[Gl. seq. obijcit, & soluit. solutioni obijcit, & respōdet. In fine ponit duos intellectus capituli.

c ¶ Currit.] sed mihi vr̄ dicere littera ista, ꝙ tempus currit illis q agere non possunt. vnde ꝯtraria plura signant. ȷ̄. de conces. p̄bend. qa diuersitatem. & ȷ̄. ne se. ua. c. per totū. & ȷ̄. de præscrip. c. placuit. & c. de quarta. Item tēpore schismatis nō currit ȷ̄. de p̄scrip. c. cum nobis olim. Item filiofa. nō currit tēpus, sed isti loco filijfa. habent: quia sunt in potestate superioris, vnde non debet eis currere p̄scriptio. C. de ann. excep. l. 1. §. vlt. C. de bon mater. l. 1. in fi. Rō pōt esse: qa licet īterdicta sit eis electio, non debent ipsi propterea ius suū negligere, & prouisionē ecclesiæ, sed diligētes debēt esse, & petere licentiā intra tempus, qa negligentibus iura non subueniūt. ff. ex qui cau. maio. l. non. n. & negligētiæ ignosci nō debet. ff. de edē. l. veluti. in princ. nec stultis solet succurri, sed errantibus. ff. de iu. & fac. igno. l. regula. §. si q̄s ius. in fi. & ei ēt q ualetudine ȷmpeditur tēpus currit, si nō mādauerit p aliū actionē mouendā. ff. de diuer. & tem. p̄sc. l. 1. §. plane. & ei qui appellare nō pōt iusta de causa currit tēpus appellationis, nisi hoc corā publicis p̄sonis fuerit ꝓtestat⁹, aliter negligētia obesset ei nō obstā. e illa clausula. ȷ̄. de ap. c. si tu t⁹ metus. simile ȷ̄. de off. or. pastoralis Et ita in mora sunt, q̄ dēt eis obesse, nā mora nocet. ff. de vsur. l. mora. & nō pōt purgari in isto casu. ȷ̄. de sup. neg. p̄la. c. licet. & c seq. Contra, mora pot purgari: qa si ꝑmitto tibi Stichū, & offero tibi illū, post morā, purgat mora. ff. de verb. obl. leg. interdum. §. vlt. ff. si quis cau. & §. post tres. Item si ego fui in mora agēdi tecū, & interim mortua sunt aialia mihi subtracta, mihi mora nō nocet. ff. de vi & vi arm. l. penul. Sed veru est ꝙ in hoc casu nocet mora, nec potest purgari, cum ius non habeat eligendi: quia translatū est ad superiorē: vnde si eligerēt, nulla esset talis electio sicut nulla est sñia illius qui amisit iurisdictionem ȷ̄. de off. deleg. c. cum super. 4. Loquitur c. istud cum de consuetudine alicuius loci, eligere non possunt, nisi primo licētia impetrata à superiore. arg. ȷ̄ eo. c. cū inter vniuersas, Vel intellige cum superior q hēt potestatē, interdicit ne sine ipsius speciali mandato ad electionē ꝓcedāt, sicut sępe facit Papa, vel eius legat⁹

3 Concor. l. seru⁹. ff. qđ ui aut clā. & Seruius & ȷ̄. de cōsue. c. pen. & de pb. eum qui. lib. 6.

4 Concord. tex. in §. ita que. & ibi bald. in pri. c. non tir. ... rum & in rubr & nig. C ii a non cōpe. iu. di

DE TRANSLATIONE EPISCOPI.

¶ Viso de quibusdã mod s quibus prouidetur ecclesijs, restat videre de translatione episcoporũ p quam eis ẽt prouidetur. De materia rubricæ habet 7.q.1.p totũ. De hac materia tractatur 7.dist. & 21. q.2. p totũ.



Vm ex illlo.] Cõtinet quatuor: partes. Prima ꝓbat trãslationes epõrum solũ Papæ competere. Secunda narrat reprehensibile factum patriarchæ ibi, Miramur. Tertia: ibi, Licet. rñdet tacitæ q̃stioni. Quarta: ibi, Ne igitur, pœnã imponit. Ioan. And.

† In quibusdã antiquis ita: De trãslatione epi vel electi.

CASVS. Antiochenus patriarcha quendam L. nomine electum in Apameñ. archiepiscopum, & confirmatũ auctoritate ꝓpria sine licentia dñi Papæ, trãstulit in Tripolitanã ecclesiã, peruenit hoc ad notitiam dñi Papæ, vnde scribit Papa ipsi patriarchæ dicens, ꝙ ex illo generali priuilegio q̃d Dñs concessit beato Petro dicẽdo: Tu es Petrus, & sup hãc petram ædi. &c. & eius ecclesiæ Ro. e indultũ. vnde postmodum constituta emanarũt continentia maiores ecclesiæ causas ad sedẽ Apo. referẽdas. vnde translationes epõrũ & sediũ mutationes ad sedem Apo. de iure ptinere noscuntur, nec aliquid sup his mutari debet præter licentiã sedis Apo. & ideo multum miratur Papa, quare patriarcha dictum L. electũ de maiori ecclesia transtulit ad minorẽ, ipsum dearchiepare præsumens. quamuis enim nondũ fuisset in archieõm cõsecratus, cõfirmandus tñ erat, & archiepiscopalia ministrauerat quãtũ sibi licuerat: quia ipse asseruit ãnõ Papæ se confirmasse Valieñ. electum. Ne ergo audacia perperrãdi similia cęteris tribuatur, dñs Papa suspendit istum patriarcham a confirmatione epõrũ. Nõ illa q̃ sibi sedes Apostolica reseruauit, ab alijs non debent attentari. Itẽ confirmatus in archiepm potest bene suos suffraganeos cõfirmare. Itẽ merito debet quis puniri in quo ipse peccauit.

† Cap. 1. cõtit. in 3. cõpilatione.

† Anacletus Papa epistola 1. pulchre Melchior Canus lib. 6 ca. de locis theol.

[Gl. seq. ponit differẽtiã inter Imperiũ & Papatũ:

a ¶ Priuilegio.] quo videlicet ptulit eã cunctis ecclesiis. 22. dist. in nouo. & ca. quamuis. & in hoc differt à papatu imperiũ, quia Imperator habet suã iurisdictionem à populo. Insti. de iure nat. §. sed & q̃d principi. & C. de vete. iur. enucle. l. 1. §. cum enim in authenti. quo. opor. epi. coll. 4. vbi dicitur, ꝙ ab eodem principio sunt. sed Romana ecclesia voce Dñi tantũ est prælata. et vt hic, 22. dist. 1. quamuis.

1 Et ita credere oportet Anacletus Papa epistola omnibus episcopis missa capit. 1. Burchardus lib. 1 decre. c. 2.

b ¶ Instituta continentia.] quia quæstio religionis & fidei ad Petrum tantum referendi est 12. di. præceptis & 24. q. 1. quoties. & 1. q. 1. c. frater noster. & 23. q. vlt. q. conuenior.

c ¶ Translationes.] & depositiones. 3. q. 6. c. quamuis. & c. dudum. ĵ. c. proxi. & 7. q. 1. mutationes.

d ¶ Mutationes.] 8. q. 1. temporis qualitas.

[Gloss. seq. ponit versus. de casibus reseruatis.]

e ¶ Pertineant.] Quæ sint illa, quæ ad solum Papam pertineant, his versibus comprehende.

Restituit Papa solus, deponit & ipse.
Diuidit, auget, vnit, eximit atque probat
Articulos soluit synodumque facit generalem
Transfert & mutat appellat nullus ab illo.

De singulis istis habebis concord. infra de excess. prælator. c. sicut vestre. & infra de offic. delega. cap. quod translationem in glossa hæc sunt.

Glos. sequ. ponit opinionem, quæ soluit contrarium: contra quam textum eo adiuuans signat contrarium: ponit duas opiniones, quarum primam repetit, deinde soluit.]

f ¶ Confirmasse.] Secundum quosdam factum narrat, quia ante pallium receptum non potest confirmare: quia in pallio plenitudo pontificalis officij confertur. ĵ. de vsu pal. ca. nisi specialis. argum. supra de elect. cap. quod sicut. circa fin. arg. cõtra s. de ele. ca. suffraganeis. Dicunt quidã ꝙ illa non tenet. Alij dicunt ꝙ confirmare potest, & omnia alia facere, quæ sunt iurisdictionis. vt hic. & s. de elect. transmissam. & c. nosti. quia in confirmatione consequitur omnia quæ sunt iurisdictionis, & confirmare iurisdictionis est. quia & confirmato pot conferre beneficia. s. de elect. c. nosti. ergo eadem ratione confirmare, qa capitulum vacante sede confirmat. ĵ. de ma. & obe. ca. cũ olim. & c. his qui. arg. vel comprouinciales epi. 64. dist. qa per ambitiones. arg. ĵ. de hære. c. ad abolendã. §. & qñ. & arg. ĵ. de concess. præben. c. nulla. multo fortius electus confirmatus. sed vr ꝙ tunc ad Papam spectet cõfirmatio. 100. d. qñ. & ĵ. de conces. præb. qui diuersitatem. illud est verum ꝙ electus in archiepm confirmatus, omnia quæ sunt iurisdictionis pot, & nõ quæ sunt ordinis. vnde licet possit confirmare electos, illos tñ consecrare non pot ante pallium acceptũ. s. de ele. c. ꝙ sicut. ĵ. de conse. eccle. vel alta. aqua. & illam decre. suffraganeis. quidam volunt intelligere qñ nõ est in mora: & illam, q sicut. qñ est in mora petendi palliũ. Alij dicunt ꝙ illa decre. suffraganeis non tenet. Et tu dicas, & credo verius, ꝙ decre. illa suffraganeis, teneat, & ꝙ electus in archiepm confirmatus potest confirmare suffraganeos suos, vt hic innuitur: 2 & potest mandare suffraganeis suis vt electum debeant consecrare, licet ipse hoc facere non possit. Video enim q ipse nõ potest clericum ordinare, & tñ potest mandare alicui epo vt ordinet; hoc idem faciũt abbates exempti de clericis suis, qa faciunt illos ordinari per epos, quos ipsi non ordinant sine licentia eorum

† Apanieñ. in manuscriptis.

Electus ĩ archiepiscopũ & cõfirmat quid exercere possit.

2 Concord. tex. ĩ l. si qs. c. i no. p Bar. C. d Decur. l b. 10. & c. ĩ demnitatibus. §. si vero de elect. lib. 6.


TITVLVS VII.

De translatione episcopi †

¶ Inno. tertius Antiocheno patriarchę.

¶ Patriarcha qui confirmatum in archiepiscopũ transfert ad sedem episcopalem, ab episcoporum confirmatione suspenditur Io And.

CAP. I.



Vm † ex illo generali priuilegio a, qd beato Petro, & p eũ ecclesiæ Romanę Dominus noster indulsit, canonica postmodum manauerunt instituta b continentia maiores ecclesię causas ad sedem Apostolicam † perferendas: ad perhoc trãslationes c epõrũ & sediũ mutationes d, ad summum Apostolicæ sedis antistitẽ de iure pertineant: e nec super his quicquã præter eius assensum debeat immutari; Miramur ꝙ L. Apameñ. † electum in Tripolitanam ecclesiam transtulisti: & nouo quodam mutationis genere paruificasti maiorẽ, & magnũ quodammodo minorasti episcopare archiepiscopum, immo potius dearchiepiscopare ꝓsumens. ¶ Licet .n. dictus L. nondũ fuisset in archiepm consecratus, confirmationis tñ munus receperat, & archiepiscopalia (quãtũ ei licuit) ministrarat: sicut nobis ipsius relatione innotuit, qui se Valieñ. episcopum f asseruit confirmasse. 1 ¶ Ne igitur

rum prælatorum multo fortius electus talis pōt man dare hoc suffraganeis. & hæc est ratio, quia per hanc demandationem nihil committi, cum ipsi epi ex ordine & consecratione, quam habent, facere possint, nec deest illis nisi q̄ consecrandus nō est de sua iurisdictione: nec sequitur; hoc facere non pōt. ergo nō pōt aliis mādare. instantiam habes in abbatibus exēptis, & in electis confirmatis. argu. 7. q. 1. c. pontifices.

Vide l. 1. C. ad le. Iu. repe. in Inst. de excep. §. hodie.

[Gloss. seq. arguit duo.]

a ¶ Cæteris audacia.] sic. ℐ. e. c. quāto. arg. q̄ pena vnius est metus alterius. 2. q. 7. qua propter. & inf. de sta. re. ca. ea quæ. itē punitur quis in eo in quo deliquit. ℐ. de tem. ordi. c. litteras. & ℐ. eo. c. quanto.

perpetrandi similia ceteris a audacia tribuatur, te ab episcoporū confirmatione duximus suspendēdum. †

¶ Idem decano & capitulo Andegauensi.

¶ Electos in episcopos & confirmatos transferre potest solus Papa.

C A P. II.

INter † corporalia & spiritualia eam cognouimus esse † differentiam, quòd corporalia facilius[b] destruuntur quàm construuntur: spiritualia[c] ve-

† Cap. 2. eo. ti. in 3. compilatione.

† Dictio, esse, in manu scriptis non est in textu sed expositio erat, quę in textum irrepsit.

INter corporalia.] Diuiditur in duas partes principales. In prima ponitur exordium. In secunda facti narratio: ibi, Sane, & ibi debet incipere casus in terminis. Et prima subdiuiditur in tres. Prima probat coniugium spirituale dissolui non posse nisi per Papam. Secunda: ibi, Sicut autem. probat vinculum spiritualis coniugij esse inter electum confirmatum, licet consecratus non sit, & eius ecclesiam. Tertia: ibi, Sed neque: Soluit cuiusdam canonis contrarietatem. Ioan. And. CASVS. Sumitur in illo versu. Sane quoniam archiepiscopus Turon. &c. Sic ergo pone casum Eboraceñ. ecclesia subest Rothomageñ. ecclesię, & eccl'a Andegauensis subest Turon. archiepiscopo Eboraceñ. electus & cōfirmatus postulatus fuit ad eccl'am Andegauen. quē Turon. archiepiscop. trāstulit propria auctoritate ad ecclesiā Andegauen., & ipsum in epm consecrauit, & absoluit eū Rothomageñ. archieps ab eccl'a Ebora. hæc oīa facta fuerūt sine licentia dñi Papæ. Papa hoc audiēs mandauit archiepo Bituricensi, vt si res taliter se haberet, suspenderet archiepiscopum a cōfirmatione, & consecratione episcoporū, & suspenderet epm illum ab executione officij pontificalis: sup quo archieps veritatē inquirēs, mādatum Apostolicum adimpleuit, licet ijdē archiepiscopi tāquā maiores, plus excesserant in præmissis: eps vero præfatus errore illorum secutus minus deliquerit Papa intellecta illorum confessione spontanea, pepercit eisdem: quia nō malitia, sed ex simplicitate peccauerunt. & eps iste q̄ minus peccauerat, plus tñ fuerat punitus, misericordiam postulans nō iudicium. Papa intelligens q̄ munus cōsecrationis sibi impensum, nec prioris ecclesię, nec secundæ ipsum fecerit episcopū ad primam non fuerit cōsecratus ad secundā vero primo vinculo perdurante non potuerit consecrari, absoluit eum à suspensione prædicta, & à vinculo quo tenebatur priori ecclesiæ, dans ei licentiam transeundi ad ecclesiā Andegauen. capitulo in priori consensu adhuc durante: hoc est factum quod cōtingit: occasione huius negotij præmittuntur præcedentia, per quæ probatur, q̄ archiepiscopi nō potuerūt quod facere præsumpserunt. Dicit ergo Papa, q̄ inter corporalia & spiritualia illa est differantia, corporalia .n. facilius destruūtur quam constituantur: spiritualia vero facilius costruuntur q̄ destruantur: quia episcopus solus honorem dare potest, sed solus auferre non potest. Item epi a metropolitanis suis consecrantur, sed damnari nō possunt nisi à Papa. Item proba. secundo, q̄ Archiepiscopi non poterant, illi episcopo dare licentiā transeundi ad aliam ecclesiam, hoc modo: spirituale vinculū dignius est q̄ carnale. sed Dñs dissolutionē carnalis matrimonij suo tantum iudicio reseruauit dissoluendum, qđ est inter virū & vxorem. ergo multo fortius reseruauit dissolutionem matrimoni spiritualis, quod est inter epm, & ecclesiā: postea rndet tacitæ quæstioni: diceret aliquis dño Papæ, multum frequēter transferuntur episcopi de vna ecclesia ad aliam, & deponūtur. & renunciant, & ipse rñdet. Istud nō fit humano iudicio, immo potestate diuina & auctoritate Romani Pontificis q̄ est vicarius Iesu Christi, & iō illa tria. s. translatio, depositio, cessio siue renunciatio soli Romano Pont. sunt reseruata. Tertio probat respondendo tacitæ quæstioni, q̄ idē est in electo confirmato, quod dictū est de epo consecrato, sicut enim eps consecratus sine licentia Romani ponti. ecclesiā suā relinquere non potest, sic & electus confirmatus, qa post electionē, & confirmationē inter personas eligentiū & electi, spirituale coniugium est contractū. cui cōiugio episcopalis dignitas nil addit: quia aliquis bene potest esse episcopus, & nullus ecclesię episcopus erit sicut contigit in illo qui renunciat loco, & nō dignitati: vnde cum idem sit vinculum episcopi ad ecclesiam, & electi maxime cōfirmati, idem iuris obtinet in vtroque. Sicut ergo translatio episcoporū, depositio, & cessio, sic & electorum post confirmationē soli sunt Romano Ponti. reseruata, quamuis vsque ad tempora ista quod tantum fuerat de episcopis, nō fuerat expressum de electis propter similitudinem tamē vel potius identitate aliū poterat videri dubiū, & de similibus idem debet esse iudicium. Vltimo respondet tacitæ quæstioni, quæ posset fieri per canonem vbi cauet de electione, vt si vltra sex mēses eccl'ā retinuerit viduatā, nec ibi nec alibi donū cōsecrationis accipit. immo cedat iudicio sui metropolitani. per quod decretū videbat q̄ archiepi pdicti bene fecissent. Rñdet Papa, q̄ nō obstat decretū illud: q̄ aliter intelligētib. q̄ diximus, decretū suffragari non potest: quia eccl'a nō intelligit viduata, quia sponsum non habeat, sed quia quædā sunt quæ nō pōt facere cum nondum sit consecratus. & qđ sequitur à canone iudicio metropolitani cedat, illud fuit statutum ad pęnam, vnde nō debet trahi ad gratiam, vt sicut dicitur pp suā negligētiam à metropolitano, ita possit ab eodē ad aliam ecclesiam transferri, quia & illud auctoritate canonis dicitur fieri, qui per canonem illud cōcessit archiepis. Vnde qđ dixit de cessione, poterat dicere de translatione, si fieri hoc voluisset: quia intelligit prohibitū qđ non est aliquo iure expressum. Not. q̄ idē est iudiciū de electo & confirmato sicut de episcopo cōsecrato. Item de similibus; simile est iudicium. Item ecclesia illa dr̄ viduata, quę inutilem habet episcopum. Item pęna non habet trahi ad gratiā. Item quod nō est expressum, aliquando intelligitur prohibitum.

[Gl. seq. ponit duo exempla.]

b ¶ Facilius.] hoc est generale, nam & periculū facilius reuocatur q̄ constituatur. ff. de pecu. l. nō statim. 1 & possessio facilius amittitur (quia solo animo) q̄ acquiratur: quia ibi necessarius est actus corporalis. ff. de acqui. posses. l. possideri. §. in amittenda.

1 Constituitur peculiū verbo & re. ad mit verbo tantum. Ioan. And.

[Glo. seq. obijcit & soluit.]

d ¶ Spiritualia.] tamen spiritualia nisi legaliter conseruentur, de facili destruuntur. 40. distinit. cap. sicut sed illud intelligas quo ad destructionem virtutum, quod fit per peccatum, vnde dicit, qui peccat in vno factus est omnium reus. ℐ. de re iudic. debeat. & quod dicit hic referas ad sacramenta huiusmodi, scilicet ordinationes, consecrationes, & depositiones, & consimilia, &c.

a ¶ De-

ro facilius construuntur quam destruantur.[a] Vnde iuxta canonicas sanctiones, episcopus solus[b] honorem dare potest, solus auferre non pót. Episcopi quoq; a metropolitanis[c] suis munus consecrationis accipiunt, qui tñ non possunt nisi per Romanũ Pontificem[d] condemnari. Cum ergo fortius[e] sit spirituale vinculum quã carnale, dubitari non debet, qn omnipotens Deus spirituale coniugium, quod est inter episcopum & ecclesiam, suo tantum iudicio reseruauerit dissoluendum, qui dissolutionẽ et carnalis cõiugij, quod est inter virum, & fœminam, suo tantum iudicio reseruauit, præcipiens, quos Deus coniunxit, homo nõ separet.[f] Non.n.[g] humana, sed potius diuina[h] potestate cõiugium spirituale dissoluitur, cum per trãslationem, depositionem, aut cessionem auctoritate Romani Pontificis (quem constat esse vicariũ[i] Iesu Christi) episcopus ab ecclesia remouetur, & ideo tria hæc, quæ præmisimus non tam constitutione canonica, quam institutione diuina soli sunt Romano Pontifici reseruata.†

¶Sicut enim episcopus consecratus sine licentia Romani Pontificis suam non debet ecclesiam derelinquere, & sic & electus confirmatus:[k] cũ non debeat in dubium reuocari, quin post electionem, & cõfirmationem canonicã, inter personas eligentiũ, & electi, cõiugium sit spirituale contractum; cui[l] profecto episcopalis dignitas nihil addit;[m] cum quis episcopali præditus dignitate, nullius[n] tñ ecclesię possit esse episcopus quemadmodũ de illo contingit, qui oneri pontificali renunciat, non honori.[o] Vnde cum non sit maius vinculum episcopi ad ecclesiam;† quam electi, maxime cũ fuerit cõfirmatus † immo idem penitus, & non aliud, idẽ iuris[p] obtinet in vtroque. Sicut ergo episcoporum translatio, depositio, & cessio, sic & electorum[q] post[r] confirmationem (spiritualis ratione coniugij) soli est Romano Pontifici reseruata, licet vsq; ad tempora ista, quod cautũ fuerat de episcopis, expressum non fuerat de electis. propter expressam tñ similitudinem[s] vel identitatem potius nemini poterat videri dubium subtiliter intuenti; cum de similibus idem iudicium sit habendum.

¶Sed neque[t] illud, quod in canone legit de electo, vt si vltra sex menses[u] per suam negligentiam retinuerit ecclesiam viduatam, nec ibi, nec alibi donum consecrationis accipiat, immo metropolitani sui cedat iudicio, aliter

a ¶ Destruãtur.] vnde lex dicit ꝙ difficilior est dissolutio matrimonij quam coniunctio, C. de repu. l. consensu. in prin.

b ¶ Solus.] 15. q. 7. cap. vl.

c A metropolitanis.] 64. dist. c. 1. 2. & 3.

d ¶ Rom. Pont.] & 3. q. 6. cap. quamuis dn. & ȷ̃. c. proxim.

[Gl. seq. recitetur per obiec. & solutionem.]

e ¶ Fortius.] i. dignius, quoniam carnale in veritate fortius est, quia dissolui non potest, etiam si interueniat cõsensus Papæ, & ipsorum cõiugum immo manẽt coniuges separatim. s. propter fornicationem. 32. q. 7. c. 1. & 3. & ȷ̃. de iurein. c. tua nos. & durat vsque ad mortem 7. q. 1. sicut alterius. ȷ̃. de sepul. c. de vxore, nisi in casu ante carnalẽ copulã. ȷ̃. de puer. cõiu. c. ex publico. spirituale vero cõiugiũ in multis dissoluit casibus, translatione, renunciatione, & depositione auctoritate Papæ, vt supra. ca. proxi. & ideo minus est forte sed dignius.

f ¶ Nõ separet.] 33. q. 2. an ꝙ in subditis. &c. quos Deus.

g ¶ Non enim.] responsio tacitæ quæstionis. Diceret aliquis quotidie dissoluuntur. & ipse respõdit; non enim, &c.

h ¶ Diuina.] & sic quod fit auctoritate Papæ dicitur fieri auctoritate Dei: & est verum si iusta causa hoc faciat. 23. q. 1. quodcunque, & q. 3. c. si quis non recto iudicio.

i ¶ Vicarium.] & tamen successorem piscatoris. 24. q. 1. quoniam vetus. & episcopus dicitur etiã vicarius Christi. 33. q. 5. c. mulierem. & 1. successores sunt episcopi aliorum Apostolorum 69. dist. c. quorum vices.

k ¶ Confirmatus.] ergo ante confirmationem potest: ꝙ verum est adhuc tamẽ hẽt tenue ius, cũ posset repelli per exceptionem. ȷ̃. de accus. super his.

l ¶ Cui.] sc. licet coniugio spirituali.

m ¶ Nihil addit.] consumatur tamen in consecratione illud matrimonium, inf. eo. licet.

n ¶ Nullus.] ergo non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse. C. de proba. l. neque natales, & C. vnde cognati, l. non hoc, & ȷ̃. de restit. spol. c. cũ ad sedẽ in fi. argu. infra. de testi. c. cũ tu. & 38. dis. c, quæ in ipsis.

o ¶ Non honori.] ȷ̃. de ordi. ab episcopo qui renun. epi. c. 1.

p ¶ Idem iuris.] quia de similibus simile debet esse iudicium ȷ̃. de elec. ca. dudum, similis enim æquitatis ratio similia iura suadere debet, C. ad leg. Falc. leg. vlt. ȷ̃. de confir. vti. vel inuti. cum dilecta.

q ¶ Sic & electorũ.] quod dictum erat de episcopis, prorogatur ad electos confirmatos: sicut quod dicitur de vxore, prorogatur ad sponsam. ff. de iure dot. l. sponsa, ff. de fund. dot. le. lex Iulia. C. de bo. q̃ libe. l. non sine, in fi. ȷ̃. de iure iur. c. quẽadmodum, argu. C. qui pe. in pign. ha. l. vlt. in fine.

r ¶ Post.] ergo ante confirmationem potest.

[Gl. seq arg. in cõtrariũ, alleg. duo iura.

s ¶ Similitudinem.] arg. ꝙ de similib. simile dẽt esse iudiciũ argu. cõ, 28. q. 1. sic. n. versi. perinde, & 27. q. 1. nuptiarum circa medium.

t ¶ Neque: illud.] hic respondet tacitæ quæstioni, quæ posset fieri per cap. 100. dist. quoniam quidem, quia ibi dicitur ꝙ ecclesia quæ habet electum confirmatum, appellatur vidua, & ille cedit iudicio metropolitani & hic dicit, ꝙ non potest sine licentia Papę: Papa respõdet huic obiectioni, qa non videtur vidua, nisi quo ad quędam. Itẽ nec obstat illud quod de cessione sub sequitur: quia illud statutum fuit ad pœnam, &c.

u ¶ Sex menses.] melius diceret si vltra quinq: quia de quinque mensib. dicitur in canone illo, cuius sententia hic ponitur.

† Vide Dominicũ Sotũ in 4. senten. dist. 27. q. 1. ar. 4.

Matth. 19.

1 Anacletus Papa in epistola oĩbus epis missa. ca. 18. refert Burchardus, lib. decretorum. c. 2.

† Vide cap. quamuis, de ele. lib. 6. & c. vt debitus ȷ̃. de appel. ca. ad finem.

† al. quo ad ecclesiam.

† Vide tex. in prima cõstitu. C. & l. Stichus, & l. Pãphilus ff. de manu. testamen.

a¶Ad quæ-

intelligentib. poterat suffragari: cum non intelligatur ecclesia viduata, quasi sponsum non habeat, sed quia sponsus eius nondũ sit cõsecratus: adhuc quo ad quædã a quasi viri maneat solatio destituta, sicut iuxta communem modum †loquendi† illa dr̃ ecclesia viduata, quæ licet episcopum habeat inutilẽ, b tamen perhibetur habere. Nec quod de cessione subsequitur, & statutũ fuit ad pœnam, trahi dẽt ad gratiam: c vt sicut metropolitani iudicio electus deijcitur, ita ẽt ad aliam ecclesiam possit trãsferri, prçsertim cum nec sine auctoritate d Romani Põtificis fiat cessio vel deiectio memorata, qui vt hæc possent, ex illo canone metropolitanis indulsit. Vnde si circa trãslationem idem fieri voluisset, ꝙ de cessione dixerat, & de trãslatione poterat expressisse, & ꝙ non est sanctorũ patrum decreto sancitum, superstitiosis e non est adinuentionib. præsumendum, prçsertim cum nonnunquam intelligatur prohibitũ, quod non inuenitur f concessum.

¶Sane quoniam Turoñ. archiepiscopus, electum Abriceñ. per metropolitanum suum confirmatum, in ecclesiã vestram p̃ter auctoritatẽ sedis Apostolicæ trãsferre p̃sumpsit & in episcopum consecrare, quem Rothomagensis archiepiscopus citra mandatum nostrũ absoluit, & ei licentiã tribuit transeũdi, prædictos archiepiscopos à consecratione & cõfirmatione põtificum, episcopum vero ab executione pontificalis officij, Bituricensis archiepiscopus iuxta mãdati nostri tenorem suspendit. Vt quãuis iidem archiepiscopi tanquam g maiores plus excesserint in prçmissis, † p̃fatus vero episcopus minus (vtpote illorum tanquam maiorum errorem secutus) nos tamen intellecta eorum confessione spontanea [1], & supplicatione deuota, veniam errori dedimus, quia non ex malignitate, sed ex simplicitate h peccauerunt.† Et quoniam prçfatus episcopus, qui minus peccauerat, seuerius fuerat castigatus, reatum suum recognoscens humiliter, & deuote, ac misericordiam postulans, & iudicium non requirens. Nos intuentes quod licet sibi munus cõsecrationis impensum, nec prioris ecclesiç ipsum pontificem fecerit, nec secundæ, cum ad primam non fuerit consecratus, & ad secundam (priori vinculo perdurante i)

a [Ad quædam.] illa, scilicet quæ ministerium consecrationis desiderant. s̃. de electione. c. transmissam.
b ¶ Inutilem.] in alijs etiam mortuus reputatur. ꝓbat etiam de pœni. dist. 1. c. facilius. §. hoc idem probatur, & c. scindite. & qui inhabilis est ad agendum, nullus dr̃. ff. qđ cuiusq; vn. l. 1. §. penultimo & ff. qui satisdare. cog. l. 4. & vlti. & ff. de Vell. l. quamuis, §. si conuenerit.
c ¶ Ad gratiam.] argu. ff. de exce. rei iu. l. euidenter. pœna .n. non debet tribuere alicui immunitatem ff. de interdict. & releg. l. relegatorum. §. vltimo. & l. seq. nec econuerso gratia dẽt trahi ad pœnam. C. de legi. quod fauore, & quod prouisum est ad concordiam, trahi non debet ad noxam 45. dist. licet.
d ¶ Auctoritate Romani Pontificis,] scilicet generali.
e ¶ Superstitiosis.] 2. q. 5. consuluisti. & quod Apostolus non definit, nec nos definire debemus. 31. quæst. 1. quod si dormierit.

[Glo. seq. arg. allegat. 8. iura, in contrarium alle. 7. & vnã solut. interserit. In fine soluit distinguẽdo.]

f ¶ non inuenitur.] argu. quod non est concessum, intelligitur prohibitum. ff. de colleg. illi. l. 1. in prĩcip. ff. de do. filius. & 18. q. 2. hoc tantum. & 9. q. 3. conquestus, 32. dist. de illo clerico. & 55. dist. si euangelica. ff. quod cuiusque vni. nulli. ff. de postulan. l. prima. §. ait prætor. regula ista locum habet in iudicijs stricti iuris: quia quicquid adstringendæ obligationis causa dictum est, nisi id verbis exprimatur, omissum intelligitur. ff. de verborum obligati. quicquid, & in arbitris id locũ habet j. de arbit. cum dilectus. ff. de arbit. si cũ dies. §. plenũ & l. qđ tñ, in fi. & in prin. j. de deci. ad audientiam & j. eo. licet, & j. de priuileg. si de terra, secus est in iudicijs bonæ fidei. Hic sumitur contrarium argu. omnia concessa intelliguntur quæ non sunt expresse prohibita, & hẽt locum in iudiciis bonæ fidei, prout sequitur, quia ibi omnia intelliguntur uenire in iudicium, nisi expresse prohibeantur. infra de causa possessio. capitu. cum ecclesia. & ff. de iud. l. solemus. ff. deposi. Lucius, secus in bñficijs, quæ latissime sunt interpretanda, j. de verbo. signifi. olim. & infra de don. cũ dialectus in fi. & secus in absolutionib. inf. de senten. excõmuni. nuper. Argu. ꝯ. quod illa. s. intelligũtur concessa, quç expresse nõ inueniunt prohibita. 30. quæst. 3. illud & quæsti. 4. qui spiritualem, & 16. quæst. 1. sunt nonnulli & ff. de procura. mutus. §. 1. & 6. dist. ad eius. & ff. de te ta. l. 1. & 28. quç. 1. iam nunc, in verbo illo; & hoc non vetat Dominus. super hoc consueuit dici: vbi constitutio promulgata fuit, affirmatiue intelligitur concessum, nisi reperiatur prohibitũ. patet exemplũ. 32. q. 1. Deus masculũ, & ca. seq. quod si dormierit. Si vero negatiue fuerit expresse promulgata, semper intelligitur prohibitũ, maxime ubi fuerat eadem ratio, nisi inueniatur concessum. exemplum patet 23. q. 5. si non licet. nam cuncta 1 licerent nisi iura vetarent.
g ¶ Tanquam maiores. 40. distin. homo Christianus, & ff. de re milit. omne §. qui manus, iuxta illud, Omne animi vitium tanto conspectius in se crimen hẽt, quanto maior qui peccat habetur.
h ¶ Ex simplicitate.] simplicitati .n. parcẽdũ est. 87. dis. tãta nequitia, & j. de rer. pmu. cũ vniuersorum. 2 vbi plures cõcordãtiæ sunt ad hoc.
i ¶ Perdurante.] i. si adhuc durant in suo consensu. simile. 63. distin. quanto, & s̃. de elec. c. bonç memoriæ Cremoneñ. & qđ hic dicit, de gratia solummodo dr̃, qa ille debuit vtraque priuari: sed qa ex simplicitate hoc ꝯtingit, pepcit illi. simile j. de re. permu. c. cũ vniuersorum. & capitulũ qđ ipsum recepit, priuari debuit ea vice eligendi potestate, si Papa eum repulisset, vel cum eo non dispensasset. j. eo. c. prox.

[Gl. seq. alle. quattuor concor. & vnum ꝯtrarium.]

† vsum.

† De hoc cõi vsu loquendi vide l. librorũ. §. quod tamen Cassius. ff. de l. 3. & le. cũ de lanionis. §. asinã molendinarũ. ff. de fũ. instru. legato.

Concessum intelligitur, qa expresse non prohibetur.

† Vide l. in presbyteris, C. de epi. & cle. & ff. de pecu. l. moris. §. iste fere.

1 Hoc dictũ verũ est in his quç non sunt suo genere mala, vt mentiri [2], etiã si à iure non vetarẽtur, adhuc tamẽ nullo pacto licerent.

†Vide l. 3. §. fi. ff. de libe. caus. & no. in l. plagij. C. ad le. Fla. de plagia.

2 Concor. l. 1. ff. de do. & ff. de suspe. tuto. l. tutor.

a ¶ Non

a ¶ Non potuerit.& ita quod noluit,nō potuit,& qđ potuit,noluit.ĵ. de offi.deleg.c.super.& C.si quis sibi vel alte.i.l.mul'tū.& C.de iure do.l.si genero.& ff.de hær.in tit.l.quoties.arg.contra. C.de initit.sub cond. fac.l.si testamentum.

f ¶ Puri hominis.] ueri tamen hominis,qui etiam ali quid est secundum ꝙ homo.inf.de hæret. c.cum Christus & est uerus Deus & uerus homo.sup.de sum.Tri. & fid.cath.c.1.

QVanto.] Primo narrat factum, secūdo aggrauat ibi, Non attendens. Tertio punit ibi,Ne autem.Ioan.And.

CASVS. Eps Hildesemeñ.à sede Apostolica indulgentiā obtinuit sub hac forma, ut si ad maiorem dignitatem forsitā uocaretur, eā sibi liceret assumere, dummodo ei nihil obsisteret de canonicis institutis.ipse de hac indulgentia confisus, uocatus ad Herbipoleñ. ecclesiam, ad eā ꝓpria temeritate trāsiuit, non attēdēs ꝙ in Euāgelio dicitur: Quos Deus coniunxit,homo non separet.potestatem trāsferēdi pōtifices Dñs sibi reseruauit, ita ꝙ soli beato Petro uicario suo,& successoribus suis suo priuilegio præbuit & concessit. non enim hō, sed De⁹ separat quos Romañ.pontif. (qui uicem. eri Dei gerit in terris) auctoritate diuina dissoluit. ne ergo facti peruersitas trāseat presumptoribus in exemplū, qđ nō pōt ñ esse notoriū.præcepit illi episcopo ut administrōne illius ecclesię penitus dereliquat. & quia canonici uota sua prorsus illiciāte contulerūt in episcopum ut in eo puniātur in quo peccauerūt,ipsos eligendi potestate hac uice suspensos denūciat, qa vero Hildesemeñ.ecclesiā improbe dereliquit, ꝑcipit ei Papa,ne vlterius ad ipsā reuertaī, & careat ꝓpria: nec illis præsideat, quos per superbiam spreuit, nec illis præsideat quos per auaritiam concupiuit.

nō potuerit[a] canonice cōsecrari, adhuc coniugaliter alteri allegatus, ei tam à uinculo prioris ecclesię, quam a pęna suspensionis penitus absoluto, de benignitate sedis Apostolicæ duximus cōcedendum, vt priori consensu hactenus ꝑdurāte, Andegaueñ. ecclesiā studeat gubernare.

¶ Idem episcopo & Petro scholastico Moguntineñ.

¶ Episcopus, qui propria auctoritate de sua ecclesia se transfert ad aliam, carebit vtraque.

CAP. III.

QVanto† ꝑsonam Hildesemeñ. episcopi, & infra. Ipse vero relicta [b] hildesemeñ. ecclesia ad Herbipoleñ. ecclesiam auctoritate se propria transtulit. ¶ Nō attēdens quod veritas in euangelio protestatur: Quos Deus coniunxit,[c] homo non separet. Potestatem transferendi Pontifices,ita sibi retinuit Dominus & magister, quod soli beato Petro vicario suo, & per ipsum successorib. suis, speciali priuilegio tribuit† & concessit, sicut testatur antiquitas[d] cui decreta patrum sanxerunt reuerentiam[e] exhibendam,& euidenter asserunt sacrorum canonum sanctiones Nō enim homo, sed Deus separat, quos Romanus Pōtifex (qui non puri hominis[f], sed veri Dei vicem [g] gerit in terris) ecclesiarum necessitate vel vtilitate pensata, non humana,sed diuina poti⁹ auctoritate dissoluit, & infra. ¶ Ne autem facti peruersitas transeat præsumptoribus in exemplum[h] (qđ quidem si verum est, non potest non esse notorium[i]) sibi præcipimus, vt administrationem Herbipoleñ.ecclesiæ penitus derelinquat,& infra. ¶ Cæterū quoniā Herbipoleñ. ecclesię canonici,vota sua in ipsum prorsus illicite[k] contulerunt, volentes (sicut dignum est) vt in eo puniātur, i quo peccauerūt,[l] eligendi eos hac vice suspēdim⁹[m] potestate; & ifra. ¶ Quia vero Hildesemeñ. ecclesiā, cui fuerat alligatus, vnde secundū Apostolum solutionē quęrere nō

† cap. 3. eo. t. in 3.comp. iuat.

Match. 19.

b ¶ Relicta] hoc c.& c.sequens.& illud ca.ĵ.demã.& obe.c.humilis.& de cleric.exc.mini.c.illud,de eadem materia loquuntur.

c ¶ Coniunxit.] 33.q.2.c.quos Deus. &c.an quod. & 30.q.1.c.ad limina.

d ¶ Antiquitas.sic 25.q.1.cōtra statuta.& 9.q.3.c.conquestus.& antiquitas ueneranda e.t. 2.q.6. c.anteriorum.§.illud.& §.de iure immu.l.semper.mos.n. retinendas est fidelissimæ vetustatis.C.de testamen.l. testamenta.

e ¶ Reuerentiam.] tanq̄ iuri scripto.9.dist. ecclesiasti

g ¶ Veri Dei uicē.] unde 1 dr̄ habere cæleste arbitrium.C.de sum.Tri.l.1.in fin.& ideo ēt naturam rerum immutat, substantialia vnius rei applicando alii. arg. C.commun a đ leg. l. 2. & de nullo pot aliquid facere. C.de rei uxo.act.l. uni. in prin.& đ conse.dist. 2. reuera. & sententiā quæ nulla est, facit aliquā.3.q.6. hæc quippe quia in his q̄ uult, ei est pro ratione uoluntas.Insti. de iure natu. §. sed quod principi. nec est q ei dicat, cur ita facis. de pœ.dist.3.§. ex ꝑsona. alias est in c.quis. ipse enim pōt s̄. ius d spensare ĵ. de cōcess.pb.c. ꝓposuit. Idē de iniusti[1] pōt facere iustitiā,corrigendo iura & mutando.ĵ.de appellat. ca. ut debitus.& ĵ.de cō sang.& affi.c. non debet.& plenitudinem obtinet potestatis.1. q.6.c.decreto.

h ¶ Exemplum.] qa facilitas ueniæ præbet incentiuum,&c. 23.q.4 est iniusta. & si ea quæ male vsurpantur omittimus, excessus viam aliis aperimus.35.q.9.loci.& 93.distin. peruenit.& C. de iudi. vi. l.2. in fi. propagatur enim vitiū nisi per coerctionem disciplinæ sub sequatur correctio.21.q.2.c. placuit.in fi.

i ¶ Notorium.]Notoriū est ꝙ transiuit,[2] sed ꝙ sine licentia transiuit,non est notorium. simile ĵ. de cleric.excom.min.c.illud.

K ¶ Illicite.] ipsum recipiēdo sine licētia Papæ.sic s̄. tit.proxi.bonæ.1.non postulando.

ADDITIO.Dupliciter potest intelligi,i.non peccauerunt in eo ꝙ postularunt.sed ꝙ reciperūt.vel peccarunt qa non postulauerunt,sed elegerunt. primū placet Host.per decre.seq.secundum Goff.Io.And.

l ¶ In quo peccauerunt.] sic.s̄.c.prox.ĵ.de temp.ord. c litteras.& ĵ.de offi.deleg.c.cum olim

[Glo.seq.alleg.cōcor.signat cōtrarium, & soluit.]

m ¶ Suspendimus.] per sñiam,& sic non ipso iure.sic s̄.đ elect.c.Cumana.in fi.Sic.arg.contra.s̄.ti.prox.bonæ.vbi vr̄ ꝙ ipso iure sunt priuati.& ideo ēxpone,suspendimus,i.suspensos denunciamus.

† Præbuit.]

1 Tota hæc gl.vix aliqđ explicat ꝓpriis verbis. ꝙ si bene intelligaī, vera astruit,na đ nihilo aliquit facere est ius nouū condere : & de iiustitia iustitiam,intellige ꝑ ꝯstitutionem iuris:& immutare substantiam rerū accipi debet in his q̄ sūt iuris positiui. & ita loquunt iura quę citantur.

† Facit tex. in l.capitalium. §. pē. ff.de pœ. & in l. si quis in suo.C.de inoff. testa.

2 Tex.est in l.hæredes palam. ff.de testa.& in l. ciues. in gl. pen. C. de appel.

¶ Debebat.] sua auctoritate, immo in ea vocatione, a qua vocatus erat, debuit secundum Apostolum permanere, vt 21. q. 1. clericus,

b ¶ Canonicas.] 7. q. 1. si quis episcopus.

c ¶ Maiorem.] maxime, quia idem ad parem vel minorem. Bern.

eferri ad solẽ nictẽ potius quam ad substantiã matrimonij. Vel dicas quod post tanto dr̃ initiatũ: qa post electionẽ abea nõ pñt recedere electores s. de ele. c. cũ inter canonicos. vno hodie ẽt ante electionem publicato tñ frutinio variare non possunt. s. de ele c. publicato. & postea per cõsensum electi perficit, & in confirmatione fit ratum, ita quod amplius per se renunciare nõ potest. s. eo. c. inter corporalia & in cõsecratione consumatum intelligitur, & hoc tñ quo ad illa, quæ ministeriũ cõsecrationis desiderant. s. de ele. cap. transmissam sed quo ad vinculum cõiugale cõsecratio nihil operatur. s. eo. c. inter corporalia. sic & in carnali matrimonio ista possunt considerari per sponsalia, quæ sunt futurarum nuptiarum promissio. 30. quæstio. 5. nostrates. 2 Quodam modo vr̃ initiari: qa per illa ad matrimoniũ peruenitur ff. de spo. l. oratio per consesũ animorũ perficitur & efficit ratũ, ita quod nunquã postea se parant, nisi ante carnalẽ copulã cã religionis s. de conuer. coiu. c. ex publico. per coniunctionem corporum consummatur. s. de diuor. cap. quanto.

e ¶ Maiorem.] quia gradatim concurrit honores. ff. de mu. & ho. l. vt gradatim. & qui promouentur, de minori ad maius promoueri debet. 93. di. c. legimus, in fine.

Licet in tantum.] Primo ponit dictum. Secũdo recitat factum. Tertio rñdet cuidã obiectioni. Secunda ibi, Hoc autẽ. Tertia ibi, Nec illa. CASVS. De prædicto negotio adhuc scribit Papa in capitulo isto: sicut vinculum matrimonij quod est inter viru & vxorem, homo dissoluere nequit, de quo dr̃ in Euangelio. Quos Deus coniunxit, homo non separet: sic vinculũ illud, qđ est inter epm̃ & ecclesiã sine illius auctoritate dissolui nõ debet, qui est vicarius Iesu Christi. hoc non considerauit Hildesemeñ. eps, qui propria auctoritate ad Herbipoleñ. ecclesiam trãsiuit & illa idulgẽtia quam sup hoc se hr̃e proponit, non excusat presumptionẽ illius, in qua dr̃, quod si ad maiorẽ dignitatẽ vocaretur, ea sibi liceret assumere, dũmodo nihil obstaret de canonicis institutis. Vnde licet videret aliquibus, quod si ad maiorem dignitatẽ vocaretur, eam liceret sibi assumere: ad parẽ tñ sibi transire nõ licuit, cum in maiori dignitate pro maiorem vtilitatem facilius soleat dispensari. Præterea postulatio sicut electio examinari debet diligenter: qđ quidem in eadem indulgentia reseruabatur dum dixit dummodo nihil obstaret de canonicis institutis. vnde antequam postulatio per Papam examinata fuisset, debuit nulla ratione transire in proximo. Not. quod eps sine licentia Papæ ad aliam ecclesiam transire nõ debet, quod si fecerit, perdere debet vtranque. Itẽ canonici, qui ipsum authoritate propria recipiunt, ea iure eligendi potestate sunt priuati. Item punitur quis in eo in quo peccauit. Item nota in c. licet, similitudinẽ inter matrimonium spirituale & carnale. Item facilius dispensatur cum aliquo vt ad maiorem transeat dignitatem quam ad parem vel minorem: propter maiorem vtilitatem. Item & postulatio & personæ postula examinari.

† Leo Papa primus epistola. 83. ca. 2. adde cõcilii Sardicẽ. se. ca. 1. vbi cauet ne qs de vno epa. ad alium trãsferat.

† Bronburgeñ. Bibergeñ.

† Cap. 4. eo. tit. in 3. cõpil.

Matth. 5.

debeat[a], nimis improbe dereliquit: ne ad ipsã redeat vlterius, districtius prohibemus. cũ sm̃ traditiones canonicas, b quod ad maiorem c se plebem transtulerit, a cathedra repelli debet aliena, & carere propria: vt nec illis præsideat, quos per superbiã spreuit, nec illis, quos per auaritiam cõcupiuit.

¶ Idem Branbur. † episcopo & scholastico Moguntineñ.

¶ Solus Papa põt trãsferre episcopos. & indulgentia per eũ super tali translatione concessa, ad litteram seruanda est.

CAP. IIII.

Licet † in tantum d: & infra.

¶ Sicut legitimi matrimonij vinculum, quod est inter virum & vxorẽ, homo dissoluere nequit, Domino dicente in Euangelio. Quos Deus coniũxit, homo nõ separet: sic & spirituale fœdus cõiugij, quod est inter epm̃ & ecclesiam, quod in electione initiatũ, ratũ in confirmatione: & in cõsecratione intelligit consummatum, sine illius auctoritate solui nõ pt̃, qui successor est Petri, & vicarius Iesu Christi.

¶ Hoc autem C. quondam Hildesemeñ. episcopus nõ attendens, ad Herbipoleñ. ecclesiam propria temeritate transiuit: & inf.

¶ Nec † illa predecessoris nostri indulgentia, præsumptionem excusat ipsius, sed ambitionem accusat, cũ in ea sit expressum; qđ si ad maiorem[e] vocaretur forsitã dignitatem eã sibi liceret assumere, dumtñ nihil ei de statutis canonicis obuiaret. vnde licet forsitã aliquibus videat[f], vt idulgentia occasione ipsius ad dignitatem possit transire maiorem, ad parem[g] tñ

† In codice Barbatiæ ita: Nec illa predecessori nostri idulgentia, quã impetrasse se refert, præsumptionẽ, &c.

2 Concord. tex. in l. oratio. & in l. ominino. ff. de spon.

f ¶ Videatur.] si alicui videri possit, sed nulli põt videri: ergo nec huic. sic 8. q. 1. Moyses. & arg. 33. q. 5. ad sedem. ver. hic ergo euigilent, & aciem mentis si possunt, intendant quasi dicat non possunt. & 24. q. 3. si habes. ver. si inueniretur idone, &c. Sed Augustinus dicit se nescire. & licet forsitan hoc videatur aliquibus, quod possit transire: non tamen est verum, cum persona prius sit examinanda sicut postulatio, prout sequitur.

ADDITIO. Tamen verum est quod poterit sine licẽtia Papæ transire. & in hoc bene uidetur istis secundũ Host. Io. An.

Gl. seq. obijcit, & soluit.]

g ¶ Ad parem.] Sed nonne concesso quod maius est videtur concessi quod minus est. s. de deci. c. ex parte. 16. q. 2 visis. s. de dol. c. pastoralis 3 ? Sed dic quod minus est transire ad maiorem quam ad parem, vel minorẽ: quia minus est contra ius commune: vnde magis est dispensabile transire ad maiorem quàm ad parem vel minorem, propter maiorem vtilitatem, vt hic dicit

[Gl. seq. obijcit, & soluit. Secundo quærit opponendo, & dupliciter soluit.]

3 Item qui quæ transire pot et ad parem, vel ad minorẽ prohibitus, à maiori, de rescr. sedes. Ioan. And.

K ¶ Dimittens.] statim cum illum sciuit primo petita & obtenta licentia à domino Papa, vt hic dicit: & sic non potest renunciare sine licentia Papæ, 3 quia simoniacus, alias ratihabitio retro sibi præiudicat. inf. de simo. sicut. vel infra breue tēpus. 1. q. 1. constat. & ȷ̃. de regu. c. 2 qđ in maleficijs. verū est, ff. de vi & vi ar. l. 1. § quoties. 34. q. 2. si virgo. C. de transa. quamuis & C. quomodo & quā do iud. a b e.

[Glo. seq. reci per q. an dispēsari possit cum simoniaco & simoniace promoto. alleg. 5. iura ꝙ non, & quatuor in contrarium. ponit opin. Vinc. & demum aliorum, qui distingnunt simoniacum in ordine. & in beneficio, & simoniacum & simoniace promotum, & sponte cedentem & litigantem.]

l ¶ Nequeat.] quia erga simoniacos nulla misericordia est adhibenda 1. q. 1. erga simoniacos, & 7. q. 1. pręsenṡiū. & s̃. de ele. sup. eo 1. q. j. qđ quidā. & ȷ̃. de simo. nobis fuit. Sed contra [illegible] ꝙ possit cū simonicis dispēsari. vt 1. q. p. quicunq;. & c. pręsentiū. & ȷ̃. de simo. de simoniace. & ȷ̃. de ele. si alicuiꝰ. Solu. Vin. dicit ꝙ talis de iure nō pōt eligi sine postulari, sed dispēsatiue dēt postulari. Alij dicūt ꝙ si cōmissa fuit simonia in ordine, nullus pōt cū eo dispēsare, vt 1. q. 1. erga. &c. qđ quidā

nec

¶ Vide l. itē, §. 1. C. ꝙ cum iusq. vni. & in authē. de quæst. §. 1. colla. 7.

† Sartan.

1 Vbi đ hoc vel fac vim in eo quod dicit: liberam, secundum Host. Io Andr.

† Concor. l. ob æs. C. de act. & obli.

† Al. eadē.

2 Concord. text. in l. si paren. C. de heretic. & in [illegible] C. de epi. & cler.

† Vide text. l. 2. cum gl. i ver. venit. venit. & ibi Bar. ff. de cu ra

3 Dicit Hostiē. ꝙ statim cum hoc sciuit vocare debet personas idoneas quib. reuelet ꝙ tale quid comperit: & protestetur ꝙ inuitus cōpatum tenet, cui sine Papæ licentia cedere non pōt; & corā illis, tunc faciat procuratorem, quē in illorū præsentia mittat ad curiā, & sic monaliter putat illū tutū al. le. de appel. c. si. Io. And.

nec etiã dñs Papa, vt dicunt, quia characterẽ habet vitiosum cui renunciare non potest, & ideo non purgatur vitium istud, vt 14.q.5. si res aliena. Sed hoc non credo: immo potest Papa bene dispensare cum simoniacis qui characterem habent vitiosum, qui scienter simoniam commiserunt. j. de simo. cap. pen. sed inferiores prælati non pñt dispẽsare cum sciẽte, sed Papa, hoc iõ qa bñ purgat vitiũ furti, resurtiua apud furẽ remanente de uoluntate dñi. ff. de vsuc. si fuit in princ. 1 & 1. q. 1. quod quidam ver. si forte militiæ characterem, &c. idem in violando detentore. ff. de preca. certe. §. Iulianus. 2 Sed cum simonia commissa est ignorante illo, cui acquisitum est beneficiu, vel qui ordinẽ vel dignitatem adeptus est ignoranter, possunt epi dispẽsare post liberam resignationem. Sed in hoc distingue, si beneficium etiam simplex eo modo est adeptus, statim post resignationem potest resumi ad illud dispensatiue, vt j. de ele. si alicu us. in fi. & capitulum etiam tunc dispensat, vt j. de simo. ex insinuatione. In illo qui dignitatem sic est adeptus, distingue si sponte resignet, petens humiliter resignationẽ admitti, statim põt epsd spensare cum illo, & ad eandẽ prælaturã. argu. 1. q. 5. præsentiũ, vbi dispensatur in dignitate assumẽda cũ eo qui sponte renunciauit ordini ignorãter recepto, 3 & arg. illius c. quicũque. circa prin. tñ illud loquit de dispensatione Papę. Et arg. illius decr. si alicui[9]. à contrario sensu. Si vero de hoc ptendit in iudicio, & electio sua reprobata fuerit, qa simoniace fuit facta, licet eo igorante: tũc episcopus illa uice & in sua vacacione cũ eo non poterit dispensare, sed postea sic. j. de elect. si alicuius. in princ. & ita teneas circa huiusmodi dispensationem simoniacorum.

a ¶ Loquitur.] hæc interpretatio tenenda est super c. illo 7. q. 1. hoc nequaquam, exclusis opinionib. ibi notatis.

b ¶ Non Valebat.] 1. q. 1. si quis neque. ex hoc colligo

1 Si fur emit à dñorẽ furtiuam, & habuit pro tradita, desinit p furtiua possidere, & possidet pro suo.

† Intellectus concilij Constantinopolitani iubentis, ne q. ex epo monachus factus est ulterius eps fiat.

2 Vide de simo. tanta. super gl. 2. Ioã. And.

3 Concor. l. mater. §. fi. ff. de inoffi. testa. & l. si cum te. ff. de pact.

tem in his & cõsimilib. casib. is, qui episcopatu dimisso monasticã vitã elegit, resurgere valeat ad officiũ pastorale, nihil tñ in his cõtra pscriptũ † intelligit concilium attentari: q in eo loquitur [a] casu, cum pp aliquod crimẽ episcopatum qs deserens, ad vitã monasticã, pœnitentiæ cã descendit. Vnde quidã in eo casu loqui dixerunt capitulum supradictũ, cũ quis pro crimine, de quo conuictus fuerat, vel confessus, ab episcopali dignitate depositus monasterio extitit ad pęnitentiã agendam inclusus: vel cum aliquis pp graue crimen, p quo episcopatum retinẽs, pęnitentiam digne agere non valebat,[b] cedendi obtenta licentia vitam monachalem elegit: Alijs asserentib. sic intelligendũ esse capitulum antedictũ, vt p se resurgere nequeat, idest, repetere quasi debitum, quod tali modo dimisit, [c] quamquam eligi possit, præsertim si locum tantum,[d] & nõ ordinem [e] resignauit.

¶ Cum ergo nobis constare nequiuerit, ob quam causam prędictus I. episcopatui olim cesserit, mandamus, quatenus si tibi constiterit, quod propter aliqua ex præmissis causis [f] seu cõsimilib. idem I. episcopatui cesserit memorato, tu auctoritate nostra (dummodo necessitas vel vtilitas id exposcat) licentiã ei tribuas ascendendi ad regimen ecclesię Fauẽ tiñ. maxime si veritate subnititur, q dictus I. loco tãtummodo cesserit memorato, & non ordini,[g] vel ẽt dignitati. † tunc enim esset vehementissime prę sumendum quod non propter crimen aliquod ab ipso commissum, sed causa pœnitentiæ ad vitam migrauerit regularem; pręsertim cũ Apostolica sedes post cessionem multo minus, quam antea, permisisset eidem tali crimine irretito, in pontificali ordine ministrare, alioquin [h] (cum durum [i] nimis extiterit, contra tam solenne concilium huiusmodi postulationem admittere) prępositó & canonicis memoratis iniũgas, vt aliũm personam sibi idoneam eligant in pastorem.

¶ Idem in concilio generali.†

¶ *Qui petijt cedendi licentiam ex quo illam obtinuit, cedere compellitur.*

CAP. XII.

QVIDAM CE-

Qvidam cedendi.] Prima pars ponit factum. Scda corrigit. cãm reddens: ibi, Sed cum. Ioan. And.

CASVS. Quidam impetrant cedendi licentiam, & ea obtenta licentia cedere nolũt, dicit Papa q cõpellẽdi sunt vt cedant. Not. q si quis licentiã cedendi à Papa optinuerit, compellendus est vt cedat: Item qđ semel placuit, amplius displicere non potest. Item q primo fuit voluntarium postea fit necessarium.

a ¶ Licen-

q simoniacus sine licentia domini Papæ renunciare non potest de hoc not. sup. c. proxi. §. 1.

c ¶ Dimisit.] 7. q. 1. quam periculosum.

d ¶ Locum tantum.] j. de ord. ab episcoqo qui renuncia. epi. c. Vnico.

e ¶ Ordinem.] id est, ordinis executionẽ: quia characteri nemo posset renunciare.

f ¶ Ex pmissis causis.] quattuor, de quibus dictum est s. in lra, scilicet, pp populi persecutionẽ, uel corporis infirmitatem, defectum scientiæ, uel pp simoniã ab alijs eo ignorante commissam, cum qs renũciat pp aliq causam talem; non prohibetur iterum postulari ad dignitatem episcopalem, vt hic dicit.

[Glo. seq. duo quęrit, & soluit.]

g ¶ Ordini.] i. ordinis executioni, sed qd si renunciasset ordini, adhuc põt reassumi de licentia Papæ. nunquid reconsecrabit: Nõ: quia characterẽ retinuit. 1. q. 1. c. q qdã. ver. si forte militię. 32. q. 7. licite & iõ sola executio sibi deest, quã reassumit de licentia Papę.

h ¶ Alioquin.] i. si non renunciauit ex aliqua de prædictis causis, quę sunt sine Peccato, sed ex alia propter peccatum.

ADDITIO. Vel, id est, nisi eps probauerit pdicta vel aliàs tibi de illis constiterit. sm Inn. Io. And.

[Glo. seq. reci. per quæstionem.]

i ¶ Durum.] non tñ impossibile, quia bñ dispensat dñs Papa contra 4 quatuor cõcilia, & contra Apostolum, dum tñ nihil statuat cõtra fidem. 25. q. 1. sunt quidam. aig. 34. dis. lector. & 82. dist. presbiter. quod autem legitur 15. dis. sicut de articulis fidei intelligitur.

† Vide l. iubemus, cum gl. in ver. pmissa, C. de sacrosanct. eccle.

† Lateranẽsi cap. 28. & cap. 1. eo. tit. in 4. compilatione.

4 Intelligas hanc glo. in his q pertinent ad ius positiuũ humanum.

a ¶ Licentiam cum instantia.] Ex eo quod cum instãtia perseuerando petunt, præsumitur ɔtra eos magis. de pœn. dist. 1. diuortium. & C. ad vell. si mulier. in fi. sic etiam palliũ cum instãtia peti debet. 100. di. prisca & ff. de quæstionibus. l. 1. §. diuus.

dendi alicentiã cũ instantia postulantes, ea obtẽta cedere prætermittunt.

¶ Sed cum in postulatione huiusmodi aut ecclesiarum cõmoda quib. ɔsunt, aut† salutem videantur ꝓpriam attendisse, (quorũ neutrũ suasionib. aliquorum q̃rentium q̃ sua sunt, seu etiã leuitate qualibet † nolumus impediri) eos ad cedẽdum decernimus. compellendos. b

¶ Honorius tertius maioris ecclesię decano, & magistro R. cantori † sancti Dionysij Leodiensis,

¶ Non renunciat iuri suo qui gratiæ aduersarij se submittit.

C A P. XIII.

VEniens ad Apostolicam sedem I. subdiaconus proposuit, ꝙ cum bonæ memoriæ I. Papa præd. noster abbati de Emenco, & maioris ecclesiæ, ac sancti Pauli cantorib. Treuereñ. suis dederit litteris in mandatis, vt si nihil canonicum obuiaret præbenda in ecclesia sancti Florentini † in confluẽtia, quam Iacob. decanus ipsius ecclesiæ resignauit, sublato appellationis obstaculo, assignarent eidem & infra.

¶ Cumque iudices Apostolicum vellent adimplere mandatum, quidam se opposuerunt canonici ecclesiæ memoratę, dicentes subdiaconum antedictũ renunciasse iuri, quod sibi ex ipsis litteris competebat. Dicto igit subdiacono hoc negante, c iam dicti canonici ad hoc probandum testes aliquos produxerunt: per quos cum videretur probatum, ipsum se gratię capituli commisisse: d duo iudices e prædictorum sententialiter decreuerunt, eundem non posse vti litteris supradictis, pro eo quòd idem aduersarij se gratiæ cõmisisset, per quod visus

† al. aut ad salutẽ, &c.

1 Vel alteri superiori, ecum tex. de Papa nihil exp. mat. Ioan. Anu.

† Vide l. sed & si §. 1. ff. ad le. Aquil. & l. 1. §. sciẽdum. ff. de æd. l. edi.

† al. canonico.

[Glo. seq. obijcit, & soluit.

b ¶ Compellendos.] not. ꝙ aliquis cogit renunciare obtenta licentia renunciandi tñ secundum legis re integra recuperabuntur bona quibus cessit. ff. de cessi. bo. l. ijs qui, sed hoc ideo est, ne illudatur Papa. 1 sicut si postulatio ꝑsentatur Papæ, non põt postea recedere ab ea. s̃. de postula. bonæ. ratio quare cõpellãtur, redditur in littera. In huiusmodi cõclusione conside ret Papa ꝯmodũ ecclesiæ, vel ꝓpriã salutẽ petẽtis, quorũ neutru vult impediri, & ideo compellitur.

VEniens.] Prima pars ponit appellationẽ impetrantis, & eius causam. Secunda, ꝗ sius prosecutionem, & auditoris dat sententiã. Tertia, ꝗ sius sententiæ confirmationem. Secũda: ibi, Ad quẽ. Tertia: ibi, Nos igitur. Ioan. And.

CASVS. Ioannes subdiaconus impetrauit litteras ad quosdã iudices vt ei præbendam vacantẽ in ecclesia sancti Florentini in confluẽtia assignarent, & cũ ipsi vellent mãdatũ Apostolicũ adimplere, quidam canonici illius ecclesiæ se opposuerunt dicentes ꝙ ipse renunciauerat iuri, quod sibi ex ipsis litteris competebat: sed ipse subdiaconus hoc negauit, canonici testes induxerunt ad hoc probandum, per quos videbatur probatum, ꝙ ipsi gratiæ capituli se commisissent, duo iudicum sententiauerunt eũdem subdiaconum non posse vti litteris supradictis, pro eo ꝙ gratiæ capituli se commisit, quare iuri suo renunciare visus fuit: à qua sententia ipse appellauit, suæ appellationi vigiliam Epiphaniæ terminum præfigens, ille accessit ad terminum: sed aduersarius post terminũ per duos menses & amplius expectatus non venit: tandẽ nuncius aduersarij cum litteris ad dicẽdum, & ad impetrandum tãtum comparuit corã auditore dicto Io. concesso, sed cum sufficiens ad causam tractãdam non esset, idem auditor sententiam iudicum prædictorum cassauit iustitia exigente. Nota ꝙ licet quis committat se gratiæ aduersarij non renunciando litteris impetratis contra ipsum, nõ intelligitur propter hoc renunciat iuri. quod sibi ex litteris competebat. Item cum aliquis statuit terminum suæ appellationi, vtraque pars appellationis causam prosequi debet per sufficientem procuratorem ad totam causam, cum peremptorie ad hæc citata intelligatur. Item non statim post terminum peremptorium debet iudex procedere.

c ¶ Negãte,] & sic ꝑ negationẽ facta fuit res dubia. 2 C. qui ad lib. procla. non licet. l. 2. & sic ꝑ narrationem, & responsionem litis contestatio facta fuit. ĩ. de li. cõtest. c. vnico. & s̃. de elec. dudũ. 3

[Gl. seq. fortificat textum, & dat simile, obijcit & soluit. in fin. alleg. pro simili ea. sane. exponit dis solutiones, & ipsius duas lecturas.]

d ¶ Commisisse.] Et sic cõmisit se gratiæ capituli tñ: sed in veritate nõ erat probatũ ꝙ ꝑ hoc lr̃is renũciasset, quare ipsorũ sñia retractatur, quia & verũ esset ꝙ se eorũ gratiæ commisisset, nõ vĩ renũciasse litteris, nisi expressisse litteras ipsas restituisset, s̃. e. sane, & ĩ. de fac. cũ pridẽ. & si cõmisit se illorũ gratiæ, & ipsi nullã gratiã faciebãt, poterat vti iure suo. Est simile, licet eamus ad arbitros in cã appl'onis, ꝑpea nõ renũcio appellationi, imo postea possũ prosequi appellationem, nec mihi currit tempus interim, C. de tempo. appe. Auth. si tñ. nec inde debet d. mecum subtinere, vnde meruit gratiam reportare. s̃. eo. sane, & ĩ. de fideius. peruenit, & ĩ. de pact. cum pridẽ. Sed ɔ vĩ ꝙ tacite vĩ renunciasse litteris suis. ĩ. de off. del: gratum. & ĩ. de testib. cum venissent. & ĩ. de ijs q̃ fi. à maio par. cap. ex ordine & ĩ. de preb. pro illorũ. & C. de iure dot. l. 2. ff. de lege commis. post diẽ, & nihil refert an alterũ ex equipollẽtib. 4 qs faciat. ff. de re iu. in summa & ff. de arb. quid tñ. §. primo. & ĩ. de verb. sig. in his. Dic ꝙ per hoc non renunciauit, per prima iura, & quia cassata fuit illa sententia, simile videtur s̃. eo. sane, sed ibi plus pecit tradendo litteras aduersarij, quare iuri suo renunciauit. hic nõ tradidit litteras, licet commiserit se gratiæ aduersarij. Vnde ibi auditus fuit potius iudicis officio quam iure actionis, hic vero ipso iure, uel ibi auditus fuit de iure, vt dicitur ibi in fine vltimæ notulæ.

e ¶ Duo iudices.] & ꝑꝑ hoc solũ etiã debuit cassari sñia, cũ nõ apparet ꝙ tertius se excusasset, vel commisisset eis vices suas ĩ. de off. deleg. causã matrimonii. & ff. de re iud. duo ex trib. sed si se excusauit, bñ potuerũt ꝓcedere ĩ. de off. deleg. prudẽtiã. ꝙ ĩtellige sic clausula illa [ꝙ si nõ oẽs, &c.] erat in lr̃is. sed ex alia causa fuit cassata sñia: & mandatur iudicibus istis vt prębendã illam faciant conferri, vt dr̃ in integra in fi. Glo.

2 Et sic dicenti incũbit ꝓbatio. ff. de probatio, l. ei qui dicit. Io. An.

† Florini. Floreuen.

3 Concord. l. 1. §. præterea. ff. de iti. act. priuato. & l. 1. & ibi Pet. de Bel. per. & Cyn. C. de alien. iudic. mu. causa. fac.

4 Ista non sunt æquipollẽtia renunciare, & submittere, se gratiæ, vt supra dixit glo. & facit ĩ. de insti. cũ venissẽt. Io. And.

[Gl. seq. arg. & arg. determinat.]

a ¶ renunciasse iuri.] argu. quod per litteras executorias acquirat ius alicui impetranti, alias non posset renunciari iuri ex ipsis litteris competenti, si non acquireretur ius: quia ei quod non est, etiam renunciari non potest. Dicas quod per litteras monitorias preceptorias siue executorias nullũ ius acquiritur, per quod ecclesia siue clerici contra quos impetrantur litteræ, obligati sunt impetranti, nec aliquod ius habet in ecclesia ante receptionem, sed officium executorum implorare potest vt mandatum Apostolicum exequantur: & ipsi mandatum tenentur implere & huic officio bñ posset renunciare restituendo litteras, & renunciando litteris impetratis, & etiã impetrandis: quo facto executores vlterius non procedent: & sic nec officium iudicis, nec aliud per litteras illas implorare poterat. huic officio non fuit renunciatum. § .eod. sane. cum iam executor fuerit prosecutus officium suum, sed litteras tantum restituit, quarum auctoritate fuerat restitutus, & ideo non obfuit renunciatio litterarũ, & ideo de iure fuit auditus, vt no. in fi. vlt. notulæ. Ber.

† Vide tex. in l. si quis in conscribendo. cum ibi no. C. dd pact.

Dictio in, deest in antiquis.

† Al. Ad quam.

est renũciasse[a] iuri sibi ex ipsis litteris cõpetenti. † A qua sñia idem appellans, in † vigiliam Epiphaniæ terminum suæ appellationis præfixit.[b]

¶ Ad quem † cum venisset P. de Colle medio capellanum nostrum super hoc sibi concessimus auditoré. Sed cum eius aduersarius non accesserit per duos menses, & amplius expectatus, nec vllus cõpareret ꝓ eo sufficiens responsalis, tandem q.dam litteras habens ad contradicendum & impetrãdũ, coram eo idem comparuit; ꝓ cum ad tractãdum causam minus sufficiens[c] crederetur, idem auditor sententiam prędictorum iudicum sententialiter (iustitia exigente) cassauit: Nos igitur ratam & firmã habemus capelli sententiam memorati.

b ¶ præfixit.] quod quidẽ bene potuit, & iudex idem facere põt & debet. ĩ. de app. oblatæ. & c. sæpe contingit, 1 & terminum præfixit, vt tunc esset in curia, vt sequitur. quandoque statuitur ad iter arripiendum, & tunc sufficit arripere iter in termino. infra de appellat. peruenit, & in istis casibus litteræ ante terminos impetratæ non valent, vt dicit illa decr. oblatæ. & cap. sæpe. terminus vero datus à lege est annus, vel ex iusta causa biennium. ĩ. de appella. cum sit Romana. & talis terminus bene potest præueniri, vt in cap. oblatæ.

Glossa sequens signat contrarium, & dat duas solutiones.]

1 Et c. cõsuluit. i si glo. vbi dic ꝙ q. ista beneficialis erat. & hodie in ea tene qđ habes infra de elec. ca. t. li. 6. nec est vera dict. gl. ꝙ sola termini præfixio et post sententiam deferat causam ad curiã: vt dicet ic. interposita §. 1. de app. Io. An.

c ¶ Minus sufficiens.] sed non videtur ꝙ iste fuerit contumax ex quo misit nuncium ad impetrãdum & contradicendum, cum ipse non appellauerit: sed ille Ioann. contra quem lata sententia fuit. & ideo non debuit sententia contra ipsum ferri, licet forsitã posset in expensis condemnari. vnde contra. ĩ. de appell. Nicolao. vbi condemnatur appellans in expensis: qa non fuerit prosecutus nisiquo ad impetrandum. & ibi non fuit processum super principali. Potest dici qđ in illa decr. Nicolao. hoc non fuit petitum. Ille Nicolaus tantum petijt alteram partem in expensis condẽnari: quia non miserat sufficientem procuratorem: hic vero petijt, vt procederetur ad sententiam infirmandam. Vel melius, hic fuit lis contestata, & sententia diffinitiua lata & ideo cum statutus edet terminus ad prosequendam appellationem, & altera pars non fuerit sufficienter prosecuta ad sententiam defendendam, contumax debet reputari: siue sit pars appellata, siue appellans: quia iudex appellationis altera parte absente debet procedere ad cassandam vel firmandam sententiam. C. de tempo. apppel. l. vlt. §. illud. 2. q. 6. ap. ei qui. §. appellatore. & ĩ. de appel. ꝑ tuas. vbi de hoc est expressum: quia non misit nuncium sufficientem, sibi imputet: nec potest dici quod citata non fuerit: quia terminus constitutus ad appellationẽ prosequendam ab appellante vel iudice, vicem obtinet peremptorij, vt eo elapso perinde procedatur ac si peremptorie sit citatus. ĩ. de appellation. sæpe contingit. Et not. quod hic appellatus tenetur mittere nuncium sufficientem ad appellationem prosequendam, si terminus sit præfixus à iudice vel appellante, 2 & appellans eodem modo, alias punietur causa altero prosequente legitime: & hoc est cum lis est contestata, & appellatur à diffinitiua sententia, siue post litem contestatam, vt hic habes: aliàs in expensis punitur, vt dicit illa decreta. Nicolao. quia ibi non fuit lis contestata, & appellatum fuit à grauamine: Vnde non poterat procedi ad sententiam altera parte absente, vnde punitur tantum in expensis, quia non venisset sufficienter instructus. Si vero appellatio ante litem contestatam à iudice recepta non fuit, nec ab aduersario approbata: tunc sufficit appellanti mittere procuratorem ad impetrandum & contra dicendum. infra de appellatione interpositas §. primo. saluo eo quod dicitur infra de appellatio. ordi. sed cum appellatur à sententia diffinitiua, non refert vtrum appellatio approbetur ab aduersario vel iudice, saluo eo quod dicetur extrà de appella. cordi. sed consideratur vtrum terminus sit præfixus à iudice, vel ab appellãte: & tunc vtraque pars tenetur mittere sufficientem procuratorem ad totam causam, vt hic patet: aliàs procederetur contra absentem tanquam contumacem, vt hic patet. & infra de appella. interposita.

2 Concord. tex. in l. pci pimus. cum no. C. de appel. & l. 1. §. ab eodẽ. cũ glo. magna. & ibi Bart. ff. qui & à q̃bus.

¶ Idem archiepiscopo Treueren.

¶ *Si prælatus ab obedientia subditos absoluit, non propter hoc prælaturæ renunciat.*

CAP. XIIII.

Lectę coram nobis fraternitatis tuæ litteræ continebatur, quod abbas Sancti Petri Tulleñ. tibi humiliter est confessus, quod cũ adeo graui ęgritudine laboraret, quod de vita desperaretur[d] ipsius: ad cuiusdam æmuli

Lectæ coram.] Communis diuisio. Secũda: ibi, Nos autem. Io. And.

CASVS. Quidam abbas adeo graui ægritudine laborabat, quod de vita desperabatur ipsius, ad consilium cuiusdam æmuli sui, quem æmulum non credebat, absoluit monachos ab obedientia sua, & episcopum suum vocauit vt in manibus suis renunciaret: non tamen renunciauit. postmodum recuperata sanitate monachi obedientiam & reuerentiam fecerunt eidem. dubitauit abbas, an ex tali facto renunciasse intelligitur abbatiæ? Respondit Papa, ꝙ non. Not. qđ non intelligitur quis renunciare regimini suo, licet absoluat subditos ab obedientia sua: quia illa non est forma renunciandi.

d ¶ Desperaretur.] sic infra de regula. & transeunti- licat tenor.

sui consilium,a de quo ipse (cum nō crederet eum æmulum) confidebat, monachos suos ab obedientia, in qua sibi tenebantur, absoluit. vocato diœcesano epō, vt abbatiā in eius manib. resignaret: qđ † tñ vsus consilio saniori non fecit,b & eidē abbati postmodum restituto sanitati, vniuersi & singuli de conuentu obediētiam & reuerentiam requisiti ab eo in capitulo promiserunt,c † & inf. ¶ Nos autē ex tali facto, eundem abbatem suo resignasse regimini non videmus.

¶ Gregorius ix. Agath. & Vticeñ. episcopis.

¶ Abbas exemptus sine licentia Papæ renunciare non potest.

CAP. XV.

Dilecti filij conuentus monasterij sancti G. † immediate ad Romanam pertinentis ecclesiam, intimauerunt, ꝙ abbas eorum sentiens se insufficientem d oneri regiminis abbatiæ, cessit ī manib. e eorundem: ipsi quoque † G. monachum sancti Victoris elegerunt canonice in abbatē: & inf. ¶ Cum igitur dictus abbas cedere f sine licentia nostra nequiuerit, nos tā electionem g q̃ cessionem prædictas decernentes irritas & inanes, mādamus, quatenus abbatem ipsū loco suo restitui faciatis, quo integre restituto, vice nostra recipiatis cessionem ipsius.

TITVLVS X.

De supplenda negligentia prælatorum.

¶ Alexander tertius Cisterciensibus.

¶ Si diœcesanus requisitus benedicere nolit Cisterciensē abbatem, ipse monachos suos benedicere poterit.

a ¶ Consilium.] de quo tenebatur ille æmulus actione de dolo, si fraus intercessit. ff. de reg. iur. consilij. 1 & ꝫ illum potest agi de dolo quanti eius interfuit id factum non esse. ff. de dolo. arbitrio. §. dolo. & hoc verum est si fuisset soluendo: sed hoc nō esse:, si vera renunciatio fuisset. vñ in eo casu dēt restitui ad pristinū ius, ff. de dolo. & eleganter. §. pen. & ff. de eo ꝑ quē factum erit. l. vlti. hic ista cessant: quia non fuit hic renūciatio cū effectu.

1 Vide de sen. excom. nuper. super gl. 2. Io. An.

[Gl. seq. fortificat tex. per simile: obiicit de tacita renunciatione per vnū capitul. id coadiuuans per quinq; similia, & soluit.]

† Vide l. q̃uis. ff. de in ius vo. & l. si pœnituerit. ff. de diuor.

b ¶ Non fecit.] & ideo volūtas talis ñ obfuit, qa ñ ꝓcessit ad factū simile: volūtas non sufficit vbi opus est facto. ꝟ. de eo qui mit. i pos. cā rei ser. c. 1. & arg. ꝟ. de re iud. cū aliquib. 2. Sed cōtrarium videtur ꝙ tacite videtur iuri suo renūciasse. ꝟ. de ijs quæ fi. à ma io. par. ca. ex ore. vbi ipso facto videt̃ renunciasse, sicut ipso facto Deū negamus 11. q. 3. existimaui. ipso facto mentimur. 22. q. 5. cauere. & ipso facto appellamus ꝟ. de appe. dilecti. & ca. vt nostrum. & eo ipso ꝙ quis salutat prælatum, consentit in illum, quem non potest reprobare. 63. dist. cum Adrianus. nec est opus scripto qui obediētiam suā ipso voluntarij aduentus probat officio inf. de maio. & obe. legebatur contrarium tamen verum est, quod propter hoc non renunciauit.

2 Concord. tex. in l. prætor ait. ff. de no. ope. nūc. & ibi Bart.

† V V.

[Gl. seq. arg. Io. And.

c ¶ Promiserunt.] & sic videtur reassumpsisse obediētiā, à qua illos absoluerat, tali modo non poterat, cū esset prælatus eorum, sine licētia episcopi sui. 18. q. 2. abbas. & c. prox. & sup. eo. admonet. cum sit de substantia regulæ ipsa obedientia. sup. de maio. & obed. cum in ecclesijs. Item argu. quod re integra licitum est pœnitere. sup. de elect. in causis. & ff. de iuris. om. iud. si conuenerit.

Dilecti filij.] In prima parte ponitur conuentus petitio. In secūda ibi, Cum igitur, ipsius repulsio. & negotij commissio. Io. And.

CASVS. Quidam abbas ad Romanam ecclesiam, nullo medio pertinens, & sentiens se insufficientem, renunciauit in manib. monachorum regimini abbatiæ sine licentia Papæ. & monachi alium elegerunt. peruenit hoc ad Papam, cum ergo dictus abbas sine licentia Papæ renunciare nequiuerit abbatiæ, ipse tam renunciationem quam electionem denunciauit irritas & inanes: mandans quibusdam quatenus abbatem ipsum faciant restitui loco suo, quo restituto recipiāt vice Papæ renunciationem ipsius. Not. quod resignatio fieri debet in manu sui prælati, aliter non valet. Itē abbas immediate subiectus Romanæ ecclesiæ nō potest cedere sine licentia Papæ.

d ¶ Insufficientem.] propter insufficientiam debet remoueri. 18. q. 2. si quis abbas. Item propter negligentiam prælatus repellitur. 1. q. 1. c. si qui episcopi. §. ecce cum. & iudex similiter. C. de off. præfec. orientis. l. 3. & sic bene debet admitti renunciatio, si fiat debito modo propter insufficientiā. ꝭ. eo. tit. nisi. §. pro defectu in fi. & cap. post trāslationem. §. itē. & Papa hic admittit illam propter negligentiam. ꝟ. de offic. custo. c. j. & magister propter insufficientiam debet remoueri à docēdo. C. de ꝓf. & me. l. 2. lib. 10.

† In multis antiqs ita: ipsiq; G. monachum sancti Victoris sibi elegerunt. &c.

e ¶ In manibus.] quia ad quem pertinet confirmatio, ad ipsum pertinere debet resignatio, 3 18. q. 2. abbas. & ideo talis renunciatio non tenuit. arg ꝭ. eo. qđ in dubijs. sed q̃tum ad se bene tenuit: 4 quia nō posset repetere. de hoc dictum fuit ꝟ eod. quod in dubijs. tamen compellitur postea cedere; sed hoc contingit propter insufficientiam.

3 Vide q̃d no. in clem. eo. titu. cap. vnico. in gl. Y. Io. And.

4 Vnde dicebat Gofr. ꝙ supiore habēte ratam cessionem, & prębente licentiā eligendi, poterat electio fieri. Io. An.

f ¶ Cedere.] nec ad aliam abbatiam se transferre. supra de consuet. c. cum venerabilis.

[Gl. seq. infert, dat simile, & arguit.]

g ¶ Electionem.] si non tenuit renunciatio, nō tenuit electio. sic si aliquis non est legitime destitutus, alius in locum illius non fuit legitime institutus. 3. q. 6. hęc quippe. & inf. de accu. ad petitionem. sim. 81. dist. tantis Daniel. & 7. q. 1. præsentium. Item arg. ꝙ si principale non tenet, nec id quod ex eo secutum est. infra de fid. instrumen. inter dilectos. & C. de leg. non dubium. Bernar.

DE SVPPLENDA NEG. &c.

¶ Viso de modis, quibus prælati assumuntur: quia sæpe in prælaturis negligenter res aguntur. 40. dist. ante omnia, & quod negligitur, supplēdum, & quod omittitur, instaurandum est: ideo, &c.

De hac materia tractatur 84. & 86. distin. & 2. quęst. 7. negligere.

Statui-



Tatuimus.] CASVS. Cistercienses aliquando remouent abbates de monasterijs suis, vel moriunt, & alios in locū eorum substituunt: epi diœcesani nolunt benedicere substitutos abbates: statuit Papa hic q si eps tertio requisitus eos benedicere renuerit, liceat ipsis abbatibus proprios monachos bñdicere, & alia exercere quæ ad officium ptinent, donec epi illos bñdicāt. Not. negligentiā prælatorum puniendam circa officium suum. Item not. q qs dat qđ non habet.

† Cap. 1. eo. tit. in 2. compil.

a ¶ Substitutos.] & confirmatos, qa ante nihil facere vel disponere possunt, su. de ele. nostri.

[Glo. seq. arguit allegat. §. iura in contrarium allegat. 6.]

b ¶ Bñdicere.] argu. q aliqs pōt dare qđ nō habet. C. de testa. manu. cū co. titutio. ver. si. arg. C. de iure emph. l. vlt. argu. ad hoc. s. de elec. suffragan eis. & ff. de acq. re. do. non est nouū. & ff. de vsufruc. qđ nostrū ñ ē. Arg. ptra. j. de iure patron. qđ aut. in fi. & j. de do. inter virū & vxo. nuper. & ff. de reg. iur. nemo. & ff. de acq. re. do traditio. & 1. q. 7. Dalbertum. & ff. de off. proconsul. ob seruare, in fi.


† Vide l. libertorū. § j. ff. de his qui no. infa. & l. chorus. §. fin. ff. de lega. 3.

[Gl. seq. exemplificat, obiicit, & soluit dat simile].

c ¶ alia.] scilicet ut cōferant lectoratū in pprio monasterio. j. de æta. & quali. cū contingat. & arg. 89. di. c. 1. si tñ presbyteri sint, vt ibi, cū & illa impositio manus non sit nisi quædam benedictio, vt 1. q. 1. manus. Sed qualiter possunt hoc facere ante suā benedictionem? Dic q inodiū eporum 1 dominus papa hoc concedit per ipsam constitutionem, ne propterea in spiritualibus vel alijs patiantur monasteria detrimentum propter negligentiam episcoporum. Similem indulgētiam habes. s. de elec. nihil est. §. vlt.

1 Inobediētiā & nō curātiū adimplere, quod ipsis incumbit.

CAP. I.



Tatuimus † ptrea, vt si episcop⁹ tertio cū humilitate, ac deuotione (sicut conuenit) reqsitus, substitutos [a] abbates vestros benedicere [b] forte tenuerit, eisdē abbatibus liceat pprios monachos bñdicere, & alia [c] q̄ ad officiū huiusmodi ptinent, exercere, donec ipsi episcopi suam duritiā recogitent †, & abbates benedicere nō recusent.

¶ Clemens tertius.

¶ Regulares in suos vsus conuertere non possunt ecclesias in quibus ius obtinit patronatus & si intra tempus Lateran concilij quando uacant non p̄sentes rectores ad eas, superior ordinabit eade.

CAP. II.

† Cap. 1. eo. tit. in 2. compila.

Sicut † nobis tua fraternitas intimauit, monachi q̄dam & canonici regulares ecclesias, q̄ ad p̄sentationem eorum pertinent, in tuo episcopatu habentes, proprijs vsibus deputare nituntur: [d] nec volunt ad eas cum vacauerint, vocare psonas: qn potius occasione concessionis [e] quorundam episcoporum, vicarios in eis pro sua instituunt, & destituunt; [f] volūtate, admissos ita pensionibus [g] onerantes, quod nec ecclesijs competenter possunt in paupertate [h] nimia deseruire †: nec episcopo in episcopalibus [i] respondere: neque hospitalitatem [K] (sicut conuenit) transeuntibus impertiri.

¶ Nolentes autē, ut status ecclesiæ d̄bitus & antiquus, p insolentiā † alicuius subuertatur mandamus, quatenus (nisi a iurisdictione tua [l] exemptæ sit ecclesiæ supradictæ)

† Insolentiam. violentiam.

Sicut nobis.] Communis diuisio. Secunda; ibi, Nolētes. Io. And.

CASVS. Quidam regulares habent ecclesias ad eorum præsentationem pertinētes, quas vsibus proprijs appropriare nituntur: nolunt ad eas, cum vacāt alios præsentare, sed instituūt pro sua voluntate, & ita grauant eos pensionibus, q nec ecclesijs competenter in paupertate deseruire, nec episco, o in epalib. rñdere, nec hospitalita ē seruare valent. Significatū fuit hoc dño Papæ: nolens igitur Papa vt antiquus status ecclesiæ pp hoc subuertatur, mandat quatenus nisi exemptæ sint ecclesiæ supradictæ a iurisdictione epi, excessus illos studeat rationabiliter emendare, & nisi intra tempus concilij Lateran statutum, prædicti monachi præsentauerint ei personas ad vacantes ecclesias, ex tūc liceat appellatione remota in eis ordinare rectores: ita tamen q per hoc, nullum patronis in posterū præiudicium generetur. Not. q exempti a diœcesano puniri non possunt. Item nota concessionem ecclesiarum ab episcopis factam sine iuris solennitate, non valere. Item propter negligentiam amittit quis ius p̄sentandi illa vice. sine præiudicio in futurum.

d ¶ Nituntur.] quod facere non pōt: nam ad priuatū cōmodū trahi non debent, q̄ ad cōem vtilitatem p̄fixa sunt. 25. q. 1. q̄ ad perpetuū. & j. de offi. archipresbyt. vt singulæ. & arg. ff. pro soc. actioe. §. Labeo. & j. de præben. nulla ratio.

e ¶ Concessionis.] concessio episcopi sine consensu capituli vel maioris partis, & non sufficit posse transferre ecclesiam vel fructus ipsius ad regulares. j. de don. pastoralis. & j. de ijs quæ fiunt a præla. sine consensu ca. cum nos.

† Vide tex. cum glos. in l. societatē. ff. pro soc. & Bal. in l. accepta. C. de vsu.

f ¶ Destituunt.] In ecclesijs, quæ ad eos pleno iure non spectāt, instituere vel destituere non possunt presbiteros, sed illos debēt epis p̄sentare, vt ipsi epi d̄ cura plebis rñdeāt, & monachis de rebus tpalib. exibeant rationē. j. de præp. in Lateran. concil. & j. d priuil. cū & plantare, §. in ecclesiis. & c. sane. & cap. statuendum: sed si pleno iure ad eos pertineant: tunc possunt instituere & destituere. 16. q. 2. c. 1. & infra de præscri. cum olim. & j. de priuileg. quoniam. p confessionem.

g ¶ Pensionibus.] nouis: quod non licet. j. de censib. prohibemus.

h ¶ In paupertate, magna. 2 quod non possunt honeste Deo seruire: quia cum ad vtrumque festinant, neutrū bene peragunt. 16. q. 1. presbyteros & C. de assesso. l. nemo.

2 Hæc glossula non habetur in antiqs libris.

i ¶ In episaopalibus.] s. in procuratorib. 10. q. 3. cauēdum. & c. relatum, & in cathedratico, vt ea causa. q. 3. illud. si eps donet ecclesiam monachis, cathedraticū ibi debet hre. nt. de don. pastoralis. & tn̄ debent sacerdotes monachorum habere, vnde iura episcopalia soluere valeant, & hospitalitatem seruare. & vitam suam honeste habere, vt hic dicit, & infra de præben. de monachis.

ADDITIO. Et habet locum etiam in exemptis, ex tit. x. 1. lib. 6. Io. And.

K ¶ Hospitalitatem.] tenentur enim clerici ad illam hospitalitatem, quæ cōtinet officium pietatis 42. dist. §. 1. non adillā, quæ fit ex debito seruitutis. C. de epi. & cle. l. 1. j. de munu. ec: c. 1.

l ¶ Tua.] quia tunc nihil hadet episcopus. j. de priuicum plantare. §. in ecclesijs, & j. de presc. c. olim. & j. de priuileg. quoniam.

a † Prædictos excessus.] ergo si exempti sunt, epsillorũ excessus punire ñ poterit. arg. 16. q. ii. frater noster. aliter inutile esset illorum priuilegium, qa priuilegia ita sunt seruanda, ꝑm ꝙ continetur in illis. j. de priuile. porro. Quid iuris sit de hac materia, tractatur. j. de priuile. c. tuarum, & c. cum & plantare & 6. q. 3. c. placuit.

b ¶ Lateran. concilio.] j. de conces. pb nulla.

† Concilii Lateranen. sub Alexandro iij. c. 8.

c ¶ In posterũ.] per istã enim ordinationẽ non fit eis ꝑiudiciũ in alia proxima ꝑsentatione: nisi hac vice tantũ, arg. s. de elec. cum in cunctis. & nulla admonitio est hic necessaria: qa tꝑs ipsos admonet j. de loca. & condu. c. vlt. & C. de iure emphy. l. vlt. 1 & C. de contrahen. & comit. stipu. magnam.

† Statutum.

1 Et vide hanc & seq. in præ. c. vl. Io. And.

Licet.] Prima pars decile narrat factum: Secundæ dat iudices sub certa forma, per quã ius suũ Papa tuetur: ibi, Ne igitur. Io. And.

CASVS. Magister Ho. & Rogerius diutius litigarũt coram Papa super archidiaconatu. Richemundiæ: qa dicebatur ꝙ collatio archidiaconatus intra tꝑs cõcilii facta non fuerat. ne igit Papa ius suũ negligere videatur, mãdat qbusdã, quatenus si cõstiterit, Archidiaconum Richemundiæ vacasse per annum, tpe semestri quo vł ad archiepm, vł ad capitulũ donatio pertinebat, cõputato non a tpe vacationis, sed a notitia: cũ ex tũc ad Papam fuerat illius donatio deuoluta: vtriq; sup eo silentiũ imponatur. No. tps. sex mẽsiũ currere a tpe notitiæ, nõ à vacatiõis. Itẽ tempus nõ currit ignoranti. Item post tẽpus illud elapsum non possunt eligere q fuerãt negligẽtes.

† Cap. 3. eo. tit. in 4. compilatione.

d ¶ Licet magister.] de archidiacono isto habes j. de conces. præb. post electionem.

2 Concor. s. præses. C. de seruit. & aqua & l. pupillo. & ibi Bar. ff. de excus. tu.

[Gl. seq. arg. alleg. duo iura & remittit.]

e ¶ Videamur.] arg. ꝙ ordinata charitas a se incipit. de pœn. di. 3. sane. argu. 33. q. 5. si non licet. & s. de vsu pal. nisi. vbi de hoc.

[Gl. seq. alleg. vnã cõcor. signat ɔtraria, & soluit.]

ꝑdictos a excessus studeas rationabiliter emẽdare. Et nisi ꝑdictę ꝑsonę itra tẽpꝰ in Lateran. † cõcilio b cõstitutum, † ad vacãtes ecclesias tibi ꝑsonas idoneas ꝑsentauerint: ex tũc tibi liceat (appellatione remota) in eisdem ordinare rectores, qui eis præesse nouerint & prodesse: ita tamẽ quod ex hoc nullum patronis præiudiciũ in posterum c generetur.

¶ Innocentius tertius.

¶ Supplet superior inferioris negligentiã i beneficijs conferẽdis, si tempus Lateran. cõcilij lapsum sit & collatio ꝑ inferiorẽ postea facta nõ valet.

CAP. III.

Licet † magister d H. & R. procurator R. de sãcto Radimũdo, sup archidiaconatu Richemundię diutius litigauerit corã nobis: & infra. ¶ Ne igitur ius nostrum negligere uideamur, e qui alios in sua iustitia confouemus: mãdamus, quatenus si vobis constiterit, archidiaconatũ Richemundię vacasse p annũ (tempore semestri, quo vel ad archiepm, vł ad capitulũ donatio ptinebat, non a uacatione, sed a notitia f computato) cum pro eo, quod Eboracen. archiepiscopus aliũ superiorẽ ñ habet, ex tũc fuerat ad nos donatio deuoluta, vtrique sup eo silentium imponatis g

¶ Idem magistro P. de Castro nouo, & R. monacho fontis frigidi Apost. sedis legato.

¶ Si is ad quem spectat beneficijs collatio, lapso tempore Lateran. concilij conferat, non valet collatio nisi de misericordia toleretur.

CAP. IIII.

Litteras † uestrę discretionis † accepimꝰ, qđ cũ i qbusdã ecclesiis legationi uestrę subiectis, qđã beneficia & dignitates tã to tẽpore uacauissent, qđ tã plati, q̃ capitula secũdũ tenorem Lateranen. cõcilii, † essent iure istituẽdi priuati: postq̃ aduentꝰ vester ĩnotuit, i beneficiis illis ꝑsonas minꝰ idoneas istituere ꝑsũpserũt: & infra. ¶ Discretionis vestrę mãdãꝰ, quatenꝰ si beneficia vel dignitates noueritis ꝑsonis idoneis assignatas: eas † de patientia h pmittatis ab ipsis pacific e possideri; alioqn ꝑsonas amouẽtes prsus ab ipsis, eas de ꝑsonis idoneis authoritate nostra suffulti, non differatis q̃ totius † ordinare.

¶ Idem episcopo Samo. †

¶ Is ad quẽ primo loco spectabat collatio beneficij, lapso tempore Lateran. concilij conferre non poterit.

f ¶ Anotitia.] sic ergo patet ꝙ tempus istud currit à tempore scientiæ tantum j. de cõces. præben. quia diuersitatem. in fi. Arg. tñ est ꝙ currit ab eo tẽpore quo scire potuit, vt ff. qs ordo in bo. pos. ser. l. vlt. arg. ɔtra ff. de peti. hęredi. item ueniunt. §. petitam. Quod prius dictum est, valet.

[Gl. seq. improbat opi. & soluit contrarium.]

g ¶ Imponatis.] hic euacuatur opinio illorum, qui dicunt, ꝙ mora in electionib. possit purgari, 3 q̃ consueuit notari, j. de conces. præb. nulla. nam hic fuit nulla electio, quia fuit facta post sex menses. j. eo. dilecto. &c. sequens non obstat: quia illud fuit tolerantia, & sic planum est quod dicitur per totum titulũ illum.

3 Concor. s. mora. cum glo. magna. ff. de vsur. do. in l. qđ te & in l. vinũ. ff. si cer. pet.

Litteras.] Comunis diuisio Secũda ibi, discretioni. Io. And.

† Cap. 2. eo. tit. in 4. compilat.

CASVS. In quibusdã ecclesiis quædam beneficia & dignitates tanto tempore vacauerunt, ꝙ donatio illorum secundũ Lateran. concil. ad sedem Apostolicam fuerat deuoluta: illi ad eos collatio ptinebat, intelligentes legatos Apostolicæ sedis ad partes illas accedere, instituerunt in beneficiis illis personas minus idoneas legati q inuenerũt illa beneficia taliter collata, dubitauerunt an deberẽt illos institutos remouere. mandat illis papa, quatenus si beneficia & dignitates personis idoneis sunt collata, permittant illos de patientia pacifice possidere. alioqnin remoueantur, & de personis idoneis illa non differant ordinare. Not. ꝙ collatio quæ non tenet, de patientia superioris tenet, alias non valeret.

† Deuotionis.

† Lateran. concil. sub Alexan. iij. cap. 8.

† Easdem.

† Al. quantocitius.

† Zamorẽ.

h Patientia.] ita de iure talis ordinatio non valebat. s. cap. proxi. & j. c. proxi. nam multa per patientiam tolerãtur, quæ si in iudicium venirent, cassarentur. j. de pb. cum iamdudum & sic no. ꝙ sola patientia dat hoc iꝰ talibus institutis, non ex illa institutione ex tunc; sed nunc ex tali patientia. sic ff. de offi. procon. obseruare. in fin. sim. 2. q. 1. in primis. Bernard.

Dilecto.]

Dilecto.] Prima pars decisę narrat factum. Secunda: ibi, Quia nobis, definit. Tertia sub cõditione confirmationem committit: Mandamus.

CASVS. Vacante Salamantina ecclesia decanus cum quibusdam sequacibus suis, quendam P. nomine mercatorẽ elegit, appellans ne ꝯtra suam electionem aliquid attentaretur, archiep̃s ad quem (ut dicebatur) electio cantoris fuerat deuoluta, aliũ G. nomine in cantorem elegerit, propter huiusmodi electiões ꝓcuratores vtriusq; partis ad Romanam ecclesiã accesserunt. quia cõstitit Papæ ꝙ electio à decano & eius sequacibus facta post elapsum sex mẽsium spatium extitit celebrata, intra q̃d ep̃s, & capitulũ coitere ligere debuerũt, electionem de dicto P. factã, decreuit irritam & inanẽ, & appellationem a decano interpositam, factũ archiep̃s, ad quẽ erat eligendi auctoritas deuoluta, non potuisse aliquatenus impedire; vñ mãdat quatenus electionẽ de p̃dicto G. debeat cõfirmare nisi sit aliquod canonicum obuiaret. No. ꝙ p̃p negligẽtiã amittit quis ius eligẽdi. Itẽ mora in talibus nõ purgat.

[Glos. seq reci. per quæst. quis eligat ad præbenda vel beneficia ecclesiæ collegiatæ: & dicit quod prælatus & capitulum, nisi habeat aliud consuetudo, cui statur. Signat contrarium, & soluit.]

†In multis antiqs Marcelli. habet.

†sex mensium spatium.

CAP. V.

Dilecto filio P. tituli sãcti Marcellini † p̃sbytero Cardi. S. & R. ꝓcuratorib. P. & G. apud sedem Apostolicã cõstitutis auditore cõcesso, & j. ¶ Quia nobis constiuit à Salamãtino decano & eius sequacibus post elapsum, intra ꝙ episcop. & capitulũ (ꝓut cõiter [a] spectabat ad eos) ꝓcedere ad electionẽ cantoris neglexerãt, electionem supradicti P. minus canonice celebratam, eandem decernimus irritã [b] & inanem, & appellationẽ à decano & suis fautorib. interpositã, factũ archiepisc. (ad quẽ iã ſerat eligendi auctoritas deuoluta) nequiuisse aliquatenus impedire: & infra. ¶ Mandamus, quaten⁹ nisi dicto G. aliquod canonicum obuiet: electionem de ipso factã [a] sublato † appellationis obstaculo confirmetis.

†al. sub meto.

a Communiter] de iure cõi electio spectat simul ad capitulum & ep̃m, vt potest hic colligi. & j. de con. cess. præben. postulastis. & j. de ijs quæ fi. a præla. sine consensu capit. ea noscitur, & ideo cũ omnes simul sunt negligẽtes, transfertur eligendi potestas ad superiorem, ut hic, & cap. postulastis. & sicut alia tractare debent cõiter, & j. de his quæ fi. a præla. sine cons. capituli. p totũ ita & electio debet fieri cõiter: nisi consuetudo repugnet, s. de elec. cũ ecclesia Vulterana. in fi. vbi de hoc, & ita si capitulũ per se confert bñficia, vel qñq; ep̃s per se, illud tñ fit de consuetudine singulari, vt c. ea noscit. sicut uides ꝙ in quibusdã locis eligit capitulum. & in quibusdã locis ep̃s, vñ soli cosuetudini ascribendum est & talis consuetudo rationabilis est, & ideo potest præscribi: 1 de tali potest intelligere & de cosimilibus. s. de consue. c. vlt. in fin. Huic quod dixi, ꝯtradicere vr̃. 16. q. 7. nullus omnino. Sed illud intellige secundum ea quæ dicta sunt & hãc ꝯsuetudinem approbat concilium Lateranẽ. j. de cõcess. præben. nulla. vbi habetur ꝙ qñque ad capitulum spectat collatio præbendarum dignitatum, & cura animarum, quandoq; ad ep̃m & tunc vnus supplet negligentiam alterius. vt ibi dicitur. & illud non potest intelligi nisi de consuetudine de iure communi non.

1 Concor. l. fin. cũ no. ff. de re. diui. Bal. in p̃ludiis feu. c. 1. ď feu. cog. col. 10

b ¶ Irritam.] & sic patet ꝙ mora in talibus purgari non potest, quia talis electio nulla est, vt hic dicit, de hoc dictum est. s. eo. tit. licet.

DE TEMPORIBVS ORDINATIOnum, & qualitate ordinandorum.

¶ Viso de promotione p̃latorum, tractandum est de ordinatione clericorum. & quia certis tp̃ibus, & cum scrutinio debent fieri, ideo, & cę. Ioan. And.

De hac materia tractat 21. & 24. & 25. & 50. & 51. distin. & in multis alijs. & 9. q. 1. & q. 2. & 15. q. 9. per totum.

TITVLVS XI.

De temporibus ordinationum, & qualitate ordinandorum.

¶ Alexander tertius Batoñ. † episcopo.

†Lõdonẽs. Bondũ.

¶ Diebus Dominicis, vel sabbato Pentecostes sacri ordines ab alio quam a Papa conferri non debent.

CAP. I.



Vbdiaconos† autẽ, nulli, nisi Romano [c] Pontifici, liceat in diebus Dñis ordinare; ¶ Quamuis consecrandi Deo dicatas virgines, [d] &

¶ Post concil. Lateranẽ. sub Alex. 3. part. 26. ca. 23. & c. 1. eo. tit. in 1. compil.



Vbdiaconos.] Sũt tria dicta secũdum ibi Quãuis. tertium: ibi, Sabbato. Ioan. And.

CASVS. Hic duo dicuntur. Primũ est, ꝙ nõ licet alicui nisi Rom. Pont. aliquẽ diebus Dominicis in subdiaconum ordinare, quamuis Deo dicatis virginibus velum consecratorium imponendi, & minores ordines conferẽdi, diebus Dominicis habeant potestatem. Secundum est, ꝙ nõ licet alicui in vigilia Pẽtecostes sacros ordines celebrare: qa In sequenti septimana, recepto Spiritus Sancti flamine celebrantur. No. ꝙ virgines possunt consecrari diebus dominicis, & minores ordines conferri.

[Glossa sequens arg. ad contrarium alleg. 8. iura, & soluit.]

c ¶ Romano.] & ita patet, ꝙ ab alijs attentari non possunt quę sibi tãtum Ro. eccle. reseruauit. simile s. de transla. inter corporalia. & ca. 1. supra de ele. quod sicut. §. super eo. Et est arg. quod consuetudo Rom. ecclẽ. ad consequentia trahi non debet ab aliis, argum. cõtra. 12. dist. c. j. & 2. & de conse. dist. 1. basilicas, C. de ædifi. priua. cũ dubitabatur. & quod Romæ fit 2 spectandum est ff. de offi. præ. sed licet. & secundum quod Papa facit, & nos facere debemus. infra de re iud. in causis. & eadem ratio quæ mouet ipsum, mouere dẽt alios iudices. s. de rescri. super literis. argu. optimum Insti. de sat. tu. §. vlt. in fin. Solutio, quę Romana eccl. seruat. & docet alios obseruare ad illa seruanda ten ẽ tur subditi eius: quæ vero in signum priu legij sibi tantum seruauit, nullus alius sine sua speciali licentia attentare debet, quæ sint illa, dicitur j. de off. leg. ca. q̃d translationem.

1 Concord. l. obseruare §. antequã, ff. de off. procon. & l. idẽ q; ff. mand.

2 Ibi dr̃ spectandũ non quod fit, sed q̃d fieri dẽt Ioan. And.

[Glo. seq. signat contrarium, & soluit.]

d ¶ Virgines.] 20. quæst. 1. deuotis. contra, vbi dicitur quod non nisi in die Epiphaniarum, in Albis pascalibus & natalibus Apostolorum virgines sunt velandæ, adde ibi & hoc ꝙ dicitur hic, & quod ibi, & ita alterum per alterum suppletur.

SAne.] Communis diuisio. Secunda: ibi, significamus. Ioan. And.

CASVS. Consuetudo erat in quibusdam ecclesijs Scotiae & Valliae, ꝙ in dedicationibus ecclesiarum uel aliarum extra quatuor tempora clerici ad sacros ordines ꝓmouebant. Rñdet Papa, ꝙ illa consuetudo est ecclesiasticae institutioni inimica, & ideo improbanda, & si multitudo, & antiqua consuetudo non esset, taliter ordinati non deberent in susceptis ordinibus ministrare, sed in Romana eccl. sic ordinati deponerentur, & ordinatores auctoritate ordinandi priuarentur. No. ꝙ multitudo inducit dispensationem. Vnde versus.

Ob populum multum, crimen pertransit inultum.

Not. qđ multitudo & consuetudo antiqua excusat.

a ¶ Quattuor tempora.] supple & extra sabbatū sanctū, & in sabbato hebdomadae mediae Quadragesimae. J. capite proximo, quia tunc licet.

b ¶ Ad sacros.] ad minores potest diebus dominicis, & alijs diebus solemnibus. J. ca. proxi. tamen si secus fiat, characterem recipiunt. infra eodem, consultationi.

[Gl. seq. arg. alleg. 4. iura, demum arg. determinat. & triplicem veritatem distinguit.

c ¶ Multitudo.] arg. ꝙ multitudo dispensationem inducit. 50. dist. vt constitueret. & 1. q. 7. quoties, 2. & 44. dist. comessationes. & 23. q. 4. non potest. versus.

Ob populum multum crimen pertransit inultum.

In multitudine tñ illis no parcit, quos magis causam delicti esse constiterit J. de cleri. excom. mini. latores. & ita propter scandalum aliquid omittitur impunitum, cum alias non esset omittendum quod fieri pōt si veritas non offenditur, quae triplex est, scilicet iustitiae. J. de re. iur. quia scandalizauerit, veritas doctrinae siue disciplinae. 11. q. 3. quādo ergo. veritas bonae vitae 22. q. 2. primum prin. & 32. q. 5. ita ne. haec numquam dimittenda, est propter scandalum. 31. q. 3. inter verba. sed ueritas iustitiae & veritas doctrinę siue disciplinae, quandoque omittitur propter scandalum, puta quādo multitudo est in causa; vt hic dr, de hoc dr: de renun. nisi cū pridem §. pro graui quoque. Veritas iustitiae ad iudicē, doctrinae siue disciplinae ad praelatū, bonae vitae ad quemlibet pertinet. Vnde versus.

Est verum uita doctrina iustitiaque?
Primum semper habe duo scandala linque.

† Post concil. Lateranensi. sub Alexand. iij. part. 26. cap. 24. & c. 2. e. tit. in 1. compilatione.

† In vno vetustissimo manuscripto Galliae in alio Galliae.

Dispensatio fit pp multitudinem.

Veritas triplex declaratur.

minores ordines his dieb. habeant licentiā celebrandi. ¶ Sabbato quidem Pentecostes, non liceat alicui sacros ordines celebrare, cum in sequenti septimana (recepta spiritus sancti gratia) celebrentur.

¶ Idem episcopo Herfordensi.

¶ Non uale consuetudo quod extra statuta tempora sacri ordines, conferantur.

CAP. II.

i ¶ Damnationis.] simile j. de simo. Matthæus. in fi. & veræ damnationis, nisi cum eis suus eps post peractã pœnitentiam duxerit dispensandum, quod quidem potest. j. de iudi. at clerici. & valde necessaria est dispensatio in occultis, non pp dispositionem vitandam, quia propter occulta peccata non punitur quis, quæ vindicta non habent. 32. q. 5. Christiana. 1 sed vt licite suum officium exequatur, quod aliter nõ potest. 33. dist. habuisse. quia de eo super quo dispensatum est, postea accusari nõ potest. j. de fil. presby. ex tua. & j. de schisma. fraternitati. alioqui posset ẽt post peractã pœnitentiam accusari. 33 q. 2. admonere. 15. q. 2. psbyter. Arg. ptra de pœ. di. 4. diuina clementia. & 23. q. 4. si illic. & 1. q. 4. iam itaq; sed verum est φ accusari etiam posset. Alanus.

1 Concor. I. cũ fratrem. eum. no. per Bald. C. de ijs quib. vt. indig.

k ¶ Non ministrẽt.] si non pœnituerint, ergo si pœnituerint, possunt administrare sine periculo damnationis. & sic vr ptra Ala q dicit. φ licite nõ ministrant ẽt post pœnitentiam sine dispensatione: vt dixi in proxima notula: saltem valet dispensatio quantum ad accusationem, alias sufficit pœnitentia in occultis, vt hic patet. B.

DE SCRVTINIO IN ORdine faciendo.

¶ Dicto de ordinandis: quia ordinandi examinandi sunt ideo, &c.

De hac materia tractatur 24. dist. per totum. & 23. qui episcopus. 5 r. dist. qui in aliquo.

Ex par.



X parte.] Sunt duæ partes. In prima ponitur decisa consultatio. In secunda responsio: ibi, Fraternitati In qua primo ecclesiæ Romanę morem inducit Secundo rñdet responsum moderatum, & moderatum declarat. Io. And.

CASVS. Cum aliquis eps dēt cōsecrari, metropolitanus ꝯuocat alios suffraganeos ad faciendam consecrationem epi: ꝑsentant consecrandum archiepo dicentes: Reuerende pater, postulat mater Ecclesia hunc electū in epm cōsecrari: & ipse illos interrogat si sciunt illū esse dignum: eps quidā in hmōi rñsione ne hominem offenderet, Deū existimat offendisse, qñq; ṗter, qñq; contra conscientiam rñdendo, cum electi ꝯuersatio est illi minus bñ cognita, vel penitus ignota: quæsiuit qualiter in huiusmodi interrogationibus salua conscientia debeat rñdere? Rñdet Papa: cum nos aliquē promouemus in diaconū vel presbyterū, prior diaconorū dicit; postulat sancta mater Ecclesia hunc diaconū ad onus presbyteratus, vel hunc subdiaconū ad onus diaconatus assumi. & Papa interrogat: Scis illum esse dignū? & ipse rñdet, scio, & testificor illum esse dignum ad hoc onus quantū humana fragilitas nosse sinit. Vnde in tali rñsione non credit Papa aliquē peccare, dummō cōtra conscientiam non loquatur, qa nō simpliciter dicit illū esse dignum, sed inquantum humana fragilitas permittit: qa quē indignum non nouit, dignum dēt æstimare. Hac ergo rñsione secure poterit vti, nisi forte sibi constet ꝙ sit indignus. Si vero sciat illum indignum, significet hoc metropolitano anteq̄ veniant ad scrutinium. Sed Papa hāc interrogatiōe non facit in ꝯsecratione epi, sed in ordinatione psbyteri vel diaconi. No. ꝙ q. facit contra conscientiam peccat mortaliter. Itē quilibet præsumi debet dignus qui nescitur indignus. Item hic scientia pro credulitate accipitur.

[Gl. seq. obijcit, & soluit.]

a ¶ Et scit & testificatur.] Mirabilis est rñsio ista: potius, n. dicere deberet se nullā habere scientiā de eius dignitate vel indignitate? Rñdeo, ex eo ꝙ videt illum electū à bonis, 1 quandam vr habere notitiam de dignitate ipsius, & de tali respondet, quia audiuit ab alijs. 22. q. 5. hoc videtur.

b ¶ Contra conscientiā.] quia tunc ædificaret ad gehennam. ῑ. de restit. spol. līas. de præscri. qm̄ oē, 28. q. 1. c. omnes. §. ex his.

[Glo. seq. ponens brocardū, alleg. pro tria iura, in contrariū alle. 5. & soluit.]

c ¶ Aestimare.] nota quemlibet ꝑsumi dignū, nisi probetur indignus & de quolibet præsumendum est bonū, nisi probet̄ contrarium. ῑ. de ꝑsum. dudū. ff. de manumis. test. seruos & ff. de leg. 1. cū pater. §. rogo. Sed ꝯtra vr: quia ꝑsumitur non idoneus, nisi ꝓbetur idoneus. C. de ijs q. ve. æta. impe. l. 2. & C. de pba. ex ꝑsona. ff. de magi. conue. l. j. §. si magistratus. & in dubio præsumitur quis excōicatus. ῑ. de sent. exc. cum desideres § secundę q̄oni. & præsumit potius fornicario quàm matrimonium. 30. q. 5. aliter. Sol., hoc gn̄ale est vt vbi periculum aīæ vertitur, ꝑsumatur in deteriorē partem. ῑ. de sponsa. iuuenis, & 68. dist. presbyteri; sed licet videatur deterior, tn̄ melior & tutior est. simile de consec. di. 4. paruulos. aliās circa iudicia potius ꝑsumitur iustum vel bonum, q̄ ecōuerso. 86. dist. si quid 3 1. q. 3. in cunctis. 22. q. 4. innocens. ff. de proba. ab ea parte.

† Cap. 1. de scrutinio faciēdo, in 3. compil.

† Vide text. in l. præsenti. cum not. C. de ijs qui ad ecclesiā confugiunt.

1 Qui prophetari vūr illū futurū bonum. 93. dist. ca. legimus. verb. noli. vbi de hoc.

† In omnibus manuscri. adsunt hęc duo verba: vel intimare.

CAP. I.



X † parte tua fuit propositum: & infra.

¶ Fraternitati tuæ taliter respondemus, quòd cum aliquem in diaconum vel presbyterum promouemus, prior diaconorum, qui nobis assistit, dicit: Postulat sancta mater Ecclesia hunc diaconum vel subdiaconum ad onus presbyteratus vel diaconatus assumi; & nobis interrogantibus, si cum cognouerit esse dignum, idem respondet, quòd quantum humana fragilitas nosse sinit, & scit,[a] & testificatur illum ad huiusmodi onus officij esse dignum. Vnde in tali responsione aliquem peccare non credimus, dummodo contra conscientiam[b] nō loquatur, † quia non simpliciter illum asserit esse dignum, sed in quantum humana fragilitas nosse sinit, cum illum, quem indignum esse non nouit, dignum debeat æstimare.[c] Huiusmodi ergo responsione secure vti poteris, nisi forte de indignitate tibi constiterit consecrandi.

¶ Si autem illum metropolitano (priusquam ad huiusmodi scrutinium veniatur) secreto studeas nunciare, vel † intimare, quamuis nos interrogationem huiusmodi, non in consecratione pontificis, sed in ordinatione diaconi vel presbyteri faciamus.

TITVLVS XIII.

De ordinatis ab episcopo, qui renunciauit † episcopatui.

¶ Alexander iij. Toletano archiepiscopo.

¶ Episcopus qui renunciauit loco tantum, inuitatus conferre potest ordines sicut prius. Si vero & dignitati, cum ordinato per eū ad minores, vel ignoranter ad sacros, dispensat episcopus suus: cū ordinato vero scienter ad sacros non dispensat.

CAP. I.



Equisiuit † à nobis tua fraternitas, vtrum clerici, qui post renunciationem † factam

† In nōnullis antiquis, ita: resignauit epatū, & i multis habetur ita hic titulus: d ordinatis ab epo, qui re nūciauit eꝑatui, vel excommunicato.

DE ORDINATIS ab episcopo, &c.

¶ In tractatu ordinandorum, qui præcedit & sequitur, interponitur hæc rubricella, de ordinatis ab episcopo, &c. Gof. Io. And.

De hac materia tractatur. 9. q. 1. per totum. & 1. q. 1. ventum. & q. 7. Daibertum. & s̄. de tempo. ordi. ver. quid iuris de ordinatis ab episcopo. & ver. vtrum ordinatio.

† Post concil. Lateran. sub Ale. iij. par. 26. c. 18. & c. vnic. e. ti. in 1. cōpi.

† Resignationem, in vno, in alijs vt in textu.



Equisiuit.] Sunt duæ partes. In prima ponitur decisa consultatio. In secunda: ibi. Respondemus. responsio distinguens. Ioan. And.

CASVS. Archiepiscopus Toletanus renunciauit archiepiscopatui; post illam renunciationem quosdam clericos ordinauit, successor illius quæsiuit, vtrum illi in ordinibus ipsis debeāt remanere? Respondet Papa distinguēdo, vtrum illi renunciauit loco

loco

loco tantum renunciauit, potest ordines cõferre sicut ante inuitatus ab episcopo aliquo. In secundo casu cũ simul renunciauit loco & dignitati, distinguitur vtrũ contulit sacros, an minores. Si enim aliquis ordines minores à tali recipit, & in illis poterit ministrare, &

à prædecessore tuo ordines receperunt, in ipsis debeant remanere: & infra. ¶ Rñdemus igitur distinguendo, vtrum renunciauerit loco tantũ, an loco simul & dignitati, nam in primo casu ordines (sicut antea) rogatus ab episcopo aliquo poterit de ratione conferre: In secundo vero casu distinguendum putamus, vtrũ sacros † cõtulerit an minores. Si .n. à tali ordines vsque [a] ad subdiaconatum aliquis acceperit: quia & huiusmodi ordines à non episcopis [b] quãque conferuntur, & in illi deseruire poterit, & ad maiores (si idoneus fuerit) promoueri. ¶ Sane si ab eodem sacros ordines scienter quis receperit, quia indignum se fecit, executionem [c] officij non habebit, vbi autem non scienter †, poterit (nisi crassa [d] & supina fuerit ignorantia [e]) discretus põtifex dispensare.

ad maiores promoueri: quia huiusmodi ordines quandoque à non episcopis conferuntur. Si vero sciẽter, à tali sacros ordines quis recipit, executionem officij non habebit: quia eã non habebat. Si vero ignoranter, episcopus cum tali poterit dispensare: nisi crassa & supina fuerit ignorantia. Nota ꝙ minores ordines possunt conferri à non episcopis. Item qui non habet executionem ordinis. eã dare non potest. Itẽ ignorantia crassa & supina non inducit dispensationem.

† In codice Barbatiæ ita: verum sacros ordines, &c.

a ¶ Vsque.] exclusiue: vt probant sequẽtia. sic ponitur. ff. de ijs qui not. infra. ait prætor. quandoque ponitur inclusiue. 93. dis. à subdiacono. ff. de sena. l. vlt. §. senatores.

b ¶ A non episcopis.] id est, abbatibus. 69. distin. quoniam videmus. & tit. proxim. cum contingat.

c ¶ Executionem.] ergo suspensus est q à suspenso recipit ordines. 1. q. 1. statuimus. & resignatio non abstulit illi ordinem, sed excutionem.

† Vide l. indebiti. C. de condi. inde. & l. sed & si quis. §. si. ff. si quis cau.

d ¶ Crassa.] tunc dicitur crassa & supina ignorantia, qñ aliquid publice sit vel coram populo, & hæc non excusat, vt ff. de verb. sig. lata culpa 1.

[Glos. seq. obijcit & dupliciter soluit.]

e ¶ Ignorantia.] simile ĩ. de cleri. ex. mi. c. pen. & ita si probabilis fuerit ignorãtia, cum eo poterit per episcopum dispensari. ĩ. cap. proxi. Sed contra probabilis facti ignorantia quemlibet ignorantẽ excusat ex toto. ff. de iur. & facti igno. error. & l. regula. ergo secundum hoc nulla dispensatio est necessaria? Respondeo in culpa fuit recipiendo ordines ab episcopo nõ suo. 9. q. 2. Lugdunensis. & ideo necessaria est dispensatio. Vel melius dicas, ꝙ licet probabilis sit ignorantia, necessaria tamen est dispensatio: quia cum in talibus ordinator non haberet executionem sui officij, eam alij conferre non potuit vt 1. q. 1. statuimus, quia quod nõ habet, dare non potest. 1. q. 7. Daibertum. & pro non dato habetur, quod ab illo datur, qui de iure dare non potest. ĩ. de iure patro. quod autem. in fi. ergo necessaria est dispensatio ad hoc vt habeat executionem ordinis.

† Concor. l. scientiam §. pen. ff. ad l. Aquil. & Insti. vi. bono. rapt. §. quia tamen. text. cum glo. & no. in l. 1. ff. de leg.

C Vm clericis.] CASVS. Quæritur quid sit faciẽdum de clericis, qui ignoranter ordinant ab excommunicato? Et respondetur ꝙ potest per suos episcopos cum talibus dispensari. Nota ꝙ episcopus dispensare potest cum ignoranter ordinatis ab excommunicato.

[Gl. seq. signat contrarium, & dupliciter soluit. Itẽ quærit, ar. affirmatiue, soluit negatiue.]

f ¶ Excommunicato.] sic patet ꝙ excommunicatus confert ordinem, licet extra ecclesiã, & hæretici etiã cõferũt ordinẽ. 9. q. 1. ab excõicatis. & c. ordinationes. Sed cõtra ca. cã. q. 1. c. 1. vbi dr̃ ꝙ nullo modo dr̃ consecratio quæ ab excõicatis est celebrata. Dic ꝙ ibi nõ fuit seruata forma eccl'æ. vel dicas: nõ dr̃ cõsecratio, verũ est quantum ad executionẽ: quia ꝙ nõ hñt dare nõ pñt, vt 1. q. 1. perfectionem. & ca. ventum est. & c. 1. & de cõsec distin. 4. q̃uo. Sed nũquid põt alios excõmunicare? Vr̃ ꝙ sic. q2 cõfert ordines: qđ plus est, vt vr̃. ergo põt alium excommunicare. sed no est ita: cũ .n. sit extra ecclesiam aliũ eiicere extra eccl'i non põt. 24. q. 1. audiuimus si secus in ordine: quia licet si. extra ecclesii, characterem tamen retinet, & illum potest conferre, si ecclesiæ forma seruetur.

ADDITIO. Item ordinatio requirit verbum & actum ĩ. de sacra. non iteran. c. si. excommunicatio vero verbum tantum. Host. & facit ad no. ĩ. de consec. eccl. vel alta. cap. aqua Io. And.

¶ Gregorius nonus.

¶ *Breue est*.

CAP. II.

C Vm clericis, qui ab excõmunicato [f] episcopo ignoranter ordines receperunt, per suos poterit episcopos [g] dispensari.

TITVLVS XIV.

De ætate & qualitate † & ordine præficiendorum.

† al. ita: De ætate & qualitate ordinandorum, & ordine, &c.

¶ Ex concilio Pictaueñ.

¶ *Non summatur*.

CAP. I.



T † abbates [h] decani, & præpositi [i], qui presbyteri non

† Cap. 1. eo. tit. in 1. compil.

[Gl. seq. recitetur per contrarium.

g ¶ Episcopos.] & sic episcopi dispensant hic. sic 9. q. 1. ab excommunicatis. & c. ordinationis. quia ignorantia eos excusat. si vero scieter ordines recepissent, nõ dispensaretur cum eis, vt c. ordinationes. sic. s. eod. c. proxi. in fi.

DE AETATE ET QVALITATE. &c.

¶ Dicto de ordinandis, dicendum est de p̃ficiendis. Et quia præficiendis consideratur ætas, & qualitas, & ordo: & ideo &c Io. And.

V T abbates.] Decr. istã facit ad titulũ de ord. præficiendorum & concor. ĩ. eo. quæris. vel ad titu. de qualitate præficiendorum. Ioan. Andr.

CASVS. Dr̃ hic abbates, decani, præpositi fiãt p̃sbyteri, archidiaconi fiãt diaconi. Secũdo dr̃ ꝙ si aliqua cã non potuerint promoueri, dimittant prælaturas. Ex hac decretali nor. ꝙ si ex aliqua iusta causa prælatus ad sacros ordines promoueri non potest, prælaturam debet amittere.

h ¶ Vt abbates.] supple statuimus.

i ¶ Præpositi] dignitas est per se quamuis sit nomen gñale ad oẽs qui habeat p̃lationẽ. ĩ. de verb. sig. quis.

a ¶ Fiant.]

a ¶ Fiant.] sic s. de elec. cum in cunctis.

[Gl. seq. alleg. quattuor iura in cōtrariū & soluit.]

b ¶ Amittant.] s. de electio. cū in cūctis. §. hic sane. ʒ. ĩ. de cle. ęgr. c. 1. ꝯtra. ff. de stat. ho. qui furere ꝯtra. ff. de postli. l. 1. §. casum. ꝯtra. hoc intellige qñ ꝑ culpā suā ad talem statum peruenit, ꝙ promoueri nō pōt; ꝯtraria vero qñ sine culpa, & tūc nō dēt addi afflictis afflictio. ĩ. de cle. ęgr. c. 1. & c. pen.

† dimittant

† honores.

EX ratione,] Sūt duæ partes. Prima ponit reprehensibile factum epi. Secūda illud corrigit: ibi, Vnde quoniam. quæ duo facit. Primo prouidet circa præterita. Secundo circa futura, cum pœnæ cōminatione. & decreti appositione: ibi, Eidem. Et facit ad primam partem rubricæ de ætate præficiendorum. Ioan. Andr.

† Cap. 3. eo. ti. in 1. compil.

1. i. post concil. Lateranēn. sub Alex. iij. part. 25. c. 1.

CASVS. Eps Conuentreñ. cōcessit ecclesias in archidiaconatu R. Cisterñ. pueris intra decēnium constitutis, quæ nō ꝑ clericos, sed ꝑ laicos disponuntur. Mandat Papa Cantua. archiepiscopo, quatenus epm illū corrigat super his, & custodiam illarū ecclesiarū committat personis idoneis, donec pueri ad congruam ætatē peruenerint, laicis inde amotis, & quod de cætero talia non præsumant. Idem præcipit Papa in sequenti capitulo. Not. ꝙ regimen ecclesiarum personis idoneis scientia & ętate tantum committi debet, & non pueris.

Puer quādo dicitur.

c ¶ Pueris.] puer dr̄ à septennio vsq; ad 14. annū. ĩ. de reg. ad nostram. & 20. q. 1. c. 1. & 22. q. 5. pueri. & 1. q. 1. pueri. & c. estote. s. de tēp. or. vel nō est compos. & puer dicitur quantum ad beneficium obtinendum, qui seruire non potest. ĩ. de præben. super.

d ¶ In archidiaconatu.] Arg. ꝙ instituere non pertinet ad archidiaconum. 16. q. 7. nullus omnino. contra infra de præben. referente. super hoc statur consuetudini.

e ¶ Ecclesias.] i. p̄laturas ecclesiarū: quod fieri non debet. ĩ. e. c. 1. & 2. quia pueri ad hoc non reputantur idonei. ĩ. de præben. super inordinata. beneficia enim simplicia in tali ætate constitutis licite cōferunt. 77. dist. in singulis. & rōne ordinis debent habere titulū 70. dist. c. 1. & ita ratione ordinis & tituli beneficium possunt habere. de hoc tamen dicas prout dicitur in c. super inordinata.

1 Etiam sub tali conditione, vt sit prælatus cū fuerit in ætate. ff. de hære. instit. hæreditas ex die. ff. de re. iu. actus secundum Vinc. Ioan.

f ¶ Prædicti pueri.] impuberibus dignitas dari non debet. 1. ff. de iure immuni. l. 2. §. impuberes. & 1. q. 4. pueri. & c. estote.

[Glos. seq quærit, & arg. negatiue.

g ¶ Ad congruam.] idem dicit lex in eo qui se obligat pro filio suo decurione, quia tenetur quousque peruenniat ad ætatē congruam. ff. ad munic. Lucius. §. imperatores, sed pone ꝙ episcopus aliquem minorem facit archidiaconum; habebit ne iste vocem in capitulo sicut si esset legitimæ ætatis? Argum. quod non: quia minores xxv. ann. decuriones facti, licet decurionum sportulas recipiant, non tamen interim suffragiū ferre possunt. ff. de decurionibus. spurij. §. minores. sicut, nec minor factus miles debet sapientum iura tractare; vt C. de testamē. milit. l. vlt.

[Glo. seq. primo soluit contrarium, secundo quærit, arg. affirmatiue. soluit contrarium, solutioni obijcit, & obiec. respondet.

h ¶ Aetatem.] dispensatiue tolerantur isti pueri, aliàs non deberent. s. de elect. cum in cunctis. & ĩ. eo. eam te. Sed nunquid talis rector potest omnia facere tanquàm maior? Videtur ꝙ sic. ff. de re iud. quidam consulebant. quod tamen non est verum. ĩ. c. proxi. & C. de testa mili. l. vlt. Sed nōnest ille ex quo toleratur per dispensationem, videtur veniā ætatis impetrasse, vt C. de ijs q ve. æta. impe. l. eos? sed non est ita: quia licet quis veniam ætatis impetret, non tamen potest alienare sine decreto, nec habet liberam administrationem vsque ad ætatem xxv. ann. vt in l. prædi. l. eos.

† In quibusdam impressis legitur, omnibus, sed in manuscr. omnino.

nō sunt, presbyteri fiāt a: q archidiaconatus tenē t, diaconi, q vero archipresbyteratus, presbyteri, aut amittant b † honorem. † ¶ Qđ si aliqua iusta causa prohibēte, presbyteri aut diaconi esse nō potuerint, prelationes amittant.

¶ Alex. iij. Cantua. archiepiscopo.

¶ Ecclesia dispensatiue minori concessa, non per laicos, sed per clericos regi debet, donec ille perueniat ad ætatem.

CAP. II.

EX † ratione; & infra. ¶ Accepimus ꝙ Conuētreñ. episcopus, pueris c qui sunt intra decennium constituti, in archidiaconatu d R. archidiaconi Cistreñ. ecclesias e plures cō cessit, q non per clericos, sed ꝑ laicos disponūtur. ¶ Vnde qm̄ non dēt hoc aliquatenus tolerari, Mandamus, quatenus prædictum episcopū super his corripias, & clericis idoneis administrationes, & custodiam præscriptarum ecclesiarum, donec prædicti pueri f ad congruum g veniant ętatem h (laicis amotis) committas. Eidem epo prohibens, ne de cętero ecclesias, nisi personis, quæ ętatē & scientiā habeant, regendas cōcedat. Quòd si secus egerit, ei debitam pœnā influens, institutionem & concessionem ipsius, omnino † viribus carere decernas.

¶ Idem Cantu. archiepo, & eius suffraganeis.

¶ Regimē ecclesiæ minori xiiij. anni committi non debet.

CAP. III.

INdecorum † est, vt hi debeant ecclesias regere, qui non nouerunt gubernare seipsos i †; cum ad ecclesiarum regimen

† Cap. 4. eo. ti. in 1. compilatione. & post concil. part. 25. cap. 2.

† Vide l. omnes. C. de his qui ve. æta. impe. & in l. fi. C. de iu. om. iud.

INdecorum. Prima pars ponit exordium & causam mandati. Secunda mandatū. Tertia cōminationem irritationis & pœnæ. Secunda ibi, Nolentes. & tertia: ibi. Scituri. Et facit ad rubricam de ætate. Ioan. Andr. CASVS. Primo dr̄ ꝙ indecorū est vt regant ecclesias qui seipsos regere non nouerunt, cum discreti, & litterati ad regimen ecclesiarum debeant promoueri. Secundo dicitur, ꝙ ammodo minoribus xiiij. annis regimen ecclesiæ non committatur: & si secus fuerit, irritabitur, episcopus punietur. Hæc decretalis non continet ius commune supra de ele. cum in cunctis. Not. qui seipsum regere nescit, alijs præfici non debet.

Gl. seq. recitat per q. an sacer ordo, & c. alle. 5. leges pro, & 6. in contrarium, per quas tenebat Lau. ꝙ non ponit opi. contrariam, q̄ probat duab. rationib. per locum à minori, & hanc approbat.]

Potestas patria an tollatur per sacrum ordinem.

i ¶ Seipsos.] qui enim in prælatū eligitur. & si. minor sit, non debet esse sub patris potestate. argu. ff. ad Treb. nam quod ad ius. & ff. de adult. sic venit. & C. de legi. tu. l. vlt. Insti. de excu. tu. §. minores, & ff. ad Mace. filiū hēo. Arg. ꝯtra. ff. de adop. ꝑ adoptionē. & ff. de ijs qui sunt sui, vel alie. iu. filiusfamilias. & ff. de mune. & hono. l. 2. & ff. de iud. cum prætor. in fin.

vbi

tales personæ. sint admittendæ, q̄ discretione præemineant, & morū fulgeāt honestate. ¶ Nolentes itaque sustinere, vt paruulis ecclesiæ regimen cōmittatur: † Mandamus, quaten⁹ nemini intra aannū quartumdecimum constituto, personatum cuiuslibet ecclesiæ concedere præsumatis. ¶ Sciturì pro certo, quod si contraire † præsumpseritis, irritabimus, & inobedientiam vestrā grauiter puniemus.

¶ Idem.

¶ Ad regimen ecclesiarum nō debet institui īdignus sciā, moribus vel ætate, & qui habet duas ecclesias, alteram dimittere cogitur, nisi causa subsit.

CAP. IIII.

EAm † te decet: & inf. Arctius inhibemus, ne personas, quæ in ecclesijs tui epatus ad curam animarum fuerint ordinādæ, in ipsis instituas, nec aliqua occasione, vel etiā litterarum b nostrarum obtentu institui patiaris, q̄ sciā; morib. & ętate, concilij c non congruant institutis. ¶ Sed etiam habentes plures ecclesias, quæ ex vna non pendeant, d tibi liceat appellatione postposita cogere ad vnam ipsarum quam maluerint dimittendam e nisi ita fuerint tenues f in substantia, q̄ proprios sacerdotes nō possint conuenienter alere. †

¶ Idem.

¶ Is qui nondum est in sacris, si aliàs est idoneus, ad regimen parochialis ecclesiæ dispensatiue potest assumi.

CAP. V.

PRæterea † licet ad regimen parochialis ecclesiæ non debeat ali-

---

vbi dicitur nihil interesse, an iudices in postea. an sui iuris sint, & presbyter dicitur in potestate partis esse. C. de epis. & cleri. auth. presbyteros. Insti. quib. mod. ius. pa. po. sol. §. filius familias. licet adipiscatur honores. remanet tamen in potestate patris. per ista iura videtur quód qui libet sacer ordo non liberet à Patria potestate. Laurentius & alij dicunt, q̄ quilibet sacer ordo liberat à patria potestate, quoniam liberat à Dominica, quæ maior est. de episcopali ordine habes 54. distinct. si seruus scienter. de sacerdotio. ea. distinct. ex antiquis. &c. frequens. de diacono dicitur q̄ præstando vicarium liberatur. eod. c. ex antiquis. subdiaconus eodem iure vtitur cum diacono. j. de fer. nō or. miramur. & nulla dignitas secularis similis est sacerdotio arg. 69. dist. duo sunt. j. de ma. & obe. solitæ. & dignitas patriciat⁹ soluit ius patriæ potestatis ergo multo fortius sacerdotium, & quilibet sacer ordo. arg. j. ḋ sen. excom. cum volūtate. §. vlti. hoc credo verius.

[Gl. seq. arg. à contrario, quod reprobat.]

a ¶ Intra xiiii. annum.] ex eo quod prohibet intra xiiii. annum, videtur ɔcedere q̄ post xiiii. annum statim concedat. qa qḋ de vno prohibetur, de alio ɔceditur, ar. 25. dist. qualis. sed non est ita: qa licet prohibeatur intra xiiii. annum, non tamen cōcedit. in xv. vel xvi. immo intra xxv. annum prohibetur. s̄. de ele. cum in cunctis. §. inferiora & j. c. proxi.

EAm te.] Facit ad partem rubricæ de æta. & qual. Et sunt duæ partes. Secunda: ibi Sed etiam.

CASVS. Prohibet Papa ne aliquis instituatur in ecclesiis curam animarum habentibus, aliqua occasione vel etiam obtētū litterarum Apostolicæ sedis, qui scientia, moribus, & ætate concilij congruat institutis. Secundo dicit, q̄ si aliquis habet plures ecclesias, quarum vna non dependeat ab altera, dimittat vnam quam uoluerit, nisi ita sint tenues in substantia q̄ proprios prælatos non possint congrue sustentare. Nota q̄ qui ad curam animarum eligitur, tria præcipue debet habere, scientiam. litterarum, ætatem legitimam, & mores. Item nullus potest habere plures ecclesias, quarum vna sufficiat.

[Gl. seq. recitat per obie. ꝓo arg. & determinat]

b ¶ Litterarum.] supple. per ætatis taciturnitatem impetrata: si enim ex certa sciētia scriberet Papa pro minori eius mandato esset obediendum: quia sacrilegii instar obtinet, dubitare an is sit dignus quē princeps eligit. 17. q. 3. §. qui sūt. & C. de cri. sacri. l. 2. Præterea contra ius, & contra publicā vtilitatē est tale rescriptū, & iō nō valet. C. de pci. impe. of. rescripta. arg. s̄. di rescri. ex parte. & j. de testi. camq̄. Itē est hic arg. q̄ non est obediendū sp mandato dñi Papæ. arg. s̄. de rescr. si qñ. & ca. cū adeo. & j. her. ad abolendam. in fi. sed nō ui mandatū qñ ignoráter mādat.

c ¶ Concilii.] Lateranen. s̄. de elec. cum i cūctis. §. inferiora.

[Glo. seq. quærit, & soluit.]

d † Pendeant.] qualiter dr̄ vna eccl'ia pēdere ex altera, potest dici ꝰm qḋ legit j. de reli. do. qa monasterium arg. ff. arbo. fur. cæ. si gemina. & si aliqua parochialis eccl'a subsit alii licet plat⁹ maioris eccl'æ duas ecclesias habere dicat, tñ alius presbiter erit i subiecta. Itē si ecclesia parochialis in fundo suo aliam ɔstituat, nihil impedit vicarium in ea istitui, & plātum maioris eccl'iæ plātū esse vtriusque: nō tamē p se seruie: vtriq;: nā dispensatio ne epi, vnus prelatus diuersis præest ecclesiis inhendo vnā cōmendatā, & aliā intitulatā. 70. dist. sācto-rū. Lau. hoc tñ intelligo ꝰm determinationem illarū decr. s̄. de ele. dudū. & j. de pb. de multa. Itē in casu quē habes, j. de pbē. extirpandæ, §. qui vero. potest quis habere plures ecclesias.

e ¶ Dimittendam.] j. de prębend. referente. & hoc secundum illam decre. de multa intelligi debet.

ADDITIO. Credo hoc posse locū habere, quando nescitur quæ fuerit sibi primo collata, vel fuit hic gratia. Vinc. Vel loquitur de collatis ante concil. um Lateranen. vt dixi in præd. c. referente. Io. And.

f ¶ Tenues. [in 1 casu isto permittit Papa propter paupertatem habere plures eccl'ias, 10. q. 3. vnico. Itē pp raritatem clericorum. 21. q. 1. c. 1. in fi. Item intitulat ā vnam, & aliam commendatam. 21. q. 1. qui plures, s̄ de elec. dudum. vbi de hoc.

ADDITIO. Vnde versus.

Paupertas pendens, defectus gratia seruans.
Ecclesias detinere duas dat quodlibet horum

PRæterea.] Prima pars ponit rigorem. Secunda dispensationem. Tertia dispensationis determinationem. Secunda: ibi, Dispensatiue. Tertia. ibi, Dum tāmen. Ioan. And.

CASVS. Dicitur in hac decre. quód nullus debet ad regimen animarum admitti, nisi ad minus sit subdiaconus. tame dispensatiue in minoribus ordinib. constituti possunt admitti, dummodo tales sint qui intra breue tēpus possint in presbyteros ordinari. No. q̄ nō pōt eligi ad curā animarum in minoribus ordinibus constitutus: dispensatiue tamē potest postulari.

a ¶ Subdia-

Ius. vide in l. si §. vbi autem. C. ḋ iure delibe. & per gl. 22. q. 5. paruuli.

† Contrarie in uno.

† Cap. 5. eo. ti. in 1. compil. at.

Ecclesia vna qualiter dr̄ depēdere ex altera.

† Concilij Lateranen. sub Alexan. iij. tit. de electione Romani Pontificis. c. 3.

† In antiqs legitur, habere.

† Cap. 9. eo. tit. in j. compila.

1 Ecclesias plures in q̄bus casibus habere liceat.

2 Iun. dicebat vnā intitulatam & plus cōmendatas, sed dic hodie vt infra ḋ ele. nemo deinceps. lib. 6.

† Adde quis dicat paruum

quis, nisi subdiaconus [a] sit ad minus, admitti.

¶ Dispensatiue tamē in minoribus ordinibus constituti cōsueuerūt assumi.

¶ Dumtamen tales sint, quod † infra breue [b] tempus † possint in presbyteros ordinari.

¶ Idem.

¶ Propter necessitatē & vtilitate ecclesiæ cōpelluntur clerici ipsius recipere ordines suis beneficijs non annexos.

CAP. VI.

QVæris a nobis, quid agendum sit de clericis tuæ iurisdictioni commissis, qui cum bñficiis ecclesiasticis multis † abundēt, a te cōmoniti † nolunt ad maiores † ordines ꝓmoueri, se tale † quid secreto cōmisisse dicētes, qđ eos salua cōscientia ordinari nō sinit. [c] ¶ Cū igitur sup hoc casu videantur sacri canones discordare: cum quidam dicant eos minime cōpellēdos: [d] alii vero cōrariū [e] asseuerāt, oīs cōtrarietatis uīculū ꝓsēti pagina enodamus: † Statuētes, vt si prædicti clerici ꝑceptione maiorum ordinū ꝓpter occulta sua peccata, se indignos esse fatētur, [f] inferiores in ecclesia, quorum sit vita probabilis, præferantur eisdē; Et nisi forte illi, qui ordinari pro iam dicti causa recusant, in aliis ecclesiæ scrutiniis valde vtiles fuerint, auferantur eis beneficia & aliis cannoice cōferāt. ¶ Quod si pro sola voluntate renuerint ordinari, & suaserit vtilitas [g] ecclesiæ, aut necessitas, ipsos, (dummō idonei sint) ad maiores ordines recipiēdos, ꝑ amissionē locorum & beneficiorū subtractionē, appellatione cessāte cōpellas.

¶ Clemens iij. R. Coloñ. canonico. †

¶ Euentus mortalitatis infirmi, nō īpedit promoueri eius medicum peritum solicitum, & traditiones artis obseruantem.

CAP. VII.

AD † aures nostras te significante perue-

a ¶ Subdiaconus.] qui hodie potest eligi i epm: ĩ. e. à multis. & eodē priuilegio gaudet quo d icanonus. ĩ. de ser. non o. miramur.

[Glo. seq. recitetur per q. & sol. secundo arguit, q̃rit, & remittit.]

b ¶ Breue tempus.] qñque breue tps dr quatuor mensium. C. de vsu. rei. iudi. eos. ff. de iudic. si debitori qñque decem dierum. ff. de consti. pecu. promissor. §. 1. qñq; duorū mensiū. C. de secun. nup. l. 2. qñq; xxx. dierum. ff. de iti. actuq; pri. l. 1 §. 1. sed hic appellat breue tps. annus. in anno enim & dimidio pōt aliquis promoueri ad sacerdotium. 77. disti. monachus vero nouitius, & hic dimittimus dimidiū annū ꝑꝑ minores ordines. Vinc. Item argu. ꝙ parū est vtru aliquid fiat in præsenti, an in breui tpe. ff. si cer. pet. lecta est, ff d i ite. rest. diuus. ff. vt i pol. leg. l. si is a quo. sic ergo patet ꝙ epi possunt dispensare cū eo qui est in minoribus ordinibus nunquid cū eo qui est in minori ætate? Dicunt quidā ꝙ sic. argu. huius c. De hoc no. ŝ. de ele. cum dilectus. arg. ꝙ possit. ŝ. eod. indecorum.

QVæris à nobis.] Communis diuisio. Secunda: ibi, Cum igitur. q̃ duo facit. Primo ponit ꝯtrarietatem canonū, quos secundo distinguendo concordat: ibi. Statuentes. & secundum membrum distinctionis prosequitur ibi, Quòd si Io. And.

CASVS. Clerici beneficiis ecclesiasticis abundantes, moniti à ꝑlato suo vt ad maiores ordines promoueātur, nolunt promoueri, dicentes secreto tale qd commisisse. quod eos salua conscientia ordinari nō sinit: quæritur quid de talibus sit agendū? Rñdet Papa ꝙ ī casu isto videntur canonos discordare, cū quidā dicāt eos nō cōpellendos: alii vero ꝯtrariū asseuerant. hanc ꝯtrarietatē volēs amputare, statuit vt si clerici se dicāt indignos ꝑꝑ occulta sua peccata ꝑceptione maiorū ordinū, inferiores clerici de ecclesia ꝓbabilis vitæ opinionis præferantur iisdem, & beneficia sibi auferātur, & aliis conferantur nisi forte qui ordinari recusant, in aliis seruitiis ecclesiæ fuerint vtiles. si vero sola voluntate ordinari recusant, & vtilitas ecclesię vel necessitas suaserit, si idonei fuerint, cōpellendi sunt ad maiores ordines recipiendos per amissionem locorum, & beneficiorum subtractionem Nota ꝙ clerici qui nolunt promoueri, si ꝑꝑ occulta peccata hoc faciunt, ab ecclesia remoueri possunt. si sola voluntate compelluntur per amissionem beneficiorum suorū. Item vtilitas & necessitas perificantur.

c ¶ Non sinit.] simile de tempo. or. c. vlt. & ĩ. c. proxi. & ĩ. đ sim. ex tua. & c. Matthæus. & 1. q. . sacerdotes.

d ¶ Compellandos,] 74. dist. honoratus: & ca. consuluit. & c. 1. & 1.

e ¶ Contrariū.] 74. dist. si qui clerici. & c. placuit. 23. q. 4 displicet. & j. q. 6. sicut. arg. 8. q. 1. in scripturis.

[Gloss. seq. distinguit, signat contrarium. & soluit.]

f ¶ Fatentur.] aut ipsi cōmiserunt ista peccata occulta ante suam ꝓmotionem, aut post. si ante, remouendi sunt: quia tpe suę examinationis hoc non fuerunt cōfessi. 24. dist. c. ult. & 50. dist. ex penitentibus. & 81. dist. si q sine. & cap. seq sed si postea comiserunt illa peccata, fecerūt se indignos: vñ sunt expellendi, ex quo sua culpa se fecerūt indignos. arg. ŝ. eod. c. 1. si tñ vtilitas ecclesiæ fuerit, ꝙ nō remoueantur: qa in aliis negotiis ecclesiæ sūt valde necessarii & utiles, tolerantur in ea. & ita ꝑ in hoc dispensatur cū eis ꝑꝑ vtilitatem, maxime cum peccata sunt occulta. Sed ꝯtra vř de tēpo. or. ex tenore. & c. vlt. vbi criminosi tollerant, quia peccata sunt occulta: & hic priuantur. Sed illi volunt & petunt promoueri acta pœnitentia, & isti fatentur indignos, & nolunt promoueri: si vellent promoueri acta pœnitentia admitterentur, præter reos homicidii, vt dicitur in contrario.

ADDITIO. Vnde dicebat Boa. ꝙ isti non priuantur beneficiis. ꝑꝑ crimen, sed ꝑꝑ id quod renuunt ordinari, licet illi hoc faciāt ex ꝯsciātia criminis. Io. An.

g ¶ Vtilitas.] e ergo propter vtilitatem ecclesię cōpellitur quis recipere ordines, & ꝓpter necessitatē, aliàs est etiam puniendus per subtractionem beneficiorum vt sequitur. simile. ŝ. de electio. cum in cunctis, §. inferiora. & 74. dist. consuluit. vbi eodem modo cōpelluntur, vt sic indirecte de nolentibus fiant volentes,

AD aures.] Communis diuisio. Secunda: ibi, Tibi breuiter. Et melius fuisset hæc decr. posita in ru. de tem. ordin. & qual ord. Io. And.

CASVS. Quidam canonicus Coloñ. eruditus in physica, cum pluribus secundum artem suam medicinam cum diligentia exhibuisset, pluribus in contrarium successit, cū medicinis perceptis mortis pericu-

lum

† qui infra

† Adde qđ dicatur tps breue. l. si qua. ff. de arbi. & l. si longius. ff. de iudi.

Tempus breue dī diuer. simode.

† multū, in omnib. manuscriptis.

† al. sacros.

† Vt verbi gratia homagium, vel simoniā in ordine.

† Asseuerēt.

† Vide l. vnica C. de inoffi. do. & in auth. de exhi. & intro. re §. fi. cum no. coll. 5.

Cōmittentes peccata occulta quatenus sint remouēdi.

† cantori

† Ca. 2. e. tit. in 2. compi.

lum incurrerēt. Iste volebat promoueri ad sacros ordines, consuluit autem Papā. Papa super hoc rndit ꝙ si super præmissis conscientia sua eum remordeat, ad maiores ordines de suo consilio non ascendat. Nota ꝙ contra conscientiam nullus debet promoueri.

a ¶ Cum diligentia.] & ideo non vr̄ imputandum, si adhibuit diligentiam, quam potuit. 50. dist. hi qui arborem, &c. sæpe, & ideo si pter culpā suam casus fortuitus contingit, ei non imputatur. ỹ. de cōmo. c. vni. & ỹ. de homi. cap. ult. & ff. cōmo. in rebus & de offic. præsi. illicitas. casus enim fortuiti præuidere non possunt, ut in pdictis proximis cōcordantiis: & absit ut nobis imputetur quod prꝭter uoluntatem nostram contingit. 23. q. 5. de occidē dis. versus.

† In antiqs exēplarib. ita: quod in arte physica eruditus. plurib. iuxta ipsius artis traditiones, &c.

Non est in medico semper releuetur ut æger.

† Al. ita: su p eo quod nos cōsulere voluisti, tibi breuiter respondemus, qđ si sup præmissis conscientia te remordet, &c.

b ¶ Conscientia.] 33. dist. hubuisse. Qui enim facit ꝯ conciē tiā, ædificat ad gehē nam. ỹ. de resti. spo. litteras. & ỹ. de præscri. qm̄ omne. 28. q. 1 oēs deinceps. §. ex hi. & ỹ. de sentent. ex cōmu. inquisitioni.

c ¶ Remordeat.] vt si forte imperite medicinā dedisset infirmis, alias euentus moralitatis non est imputandus ei, ut ff. de offi. pñ. illicitas. §. sicuti. & ff. ad leg. Aquil. qua actione. & §. vlt. ff. de var. & extraor. cog. medicus. Vel si negligens fuerit: quia dissoluta negligentia prope dolum est. ff. manda. si fideiussor. 1. responso.

† Cap. 5. eo. tit. in 2. cōpilatione.

nit, quod † cum i arte physica eruditus sis, pluribus iuxta ipsius artis traditionē exhibuisti cum diligentia a medicinam licet pluries in contrariū successerit: & quibus putabas adhibere medelam, medicinis perceptis, mortis periculū icurrerūt. ¶ Verū qa ad sacros ordines desideras promoueri, super † eo nos cōsulere uoluisti. ¶ Tibi breuiter respondemus, quod si super præmissis conscientia b tua te remordeat, c ad maiores ordines de nr̄o cōsilio d nō ascēdas.

¶ Cælestinus tertius.

¶ *Qui steterit per annum in suspensione, priuatur beneficio quod prius habebat, & quod interim acquisiuit.*

CAP. VIII.

CVm † bonæ memoriæ Clemens Papa præd. noster I. Buccarū & quosdam alios Baran. clericos

ADDITIO. An medicus teneatur infirmum pauperē vel diuitem nolentem soluere, uel nolentem suinere medicinā curare gratis. no. 83. dist. c. 1. & in spe. de sala. §. fi. in 1. col. Et quomodo pœna Giezi e ... medicus, qui pro danda sanitate pretium recipit. no. 1. q. 1. qui student. Et quomodo medicus a sano salarium recepit, vbi non liceret ab infirmo, dicam de post. c. 1. in ... l. notandum. Io. And.

d ¶ Consilio.] hoc est consiliū reuerētiæ, cui obediēdum est. 6. dist. te tamentū. & 14. q. 1. quisquis. & ỹ. de simo. Mattheus. in fi. secus in cōsilio perfectionis. 14. q. 1. quisquis. quale est illud. Si vis perfectus eē, vade & vēde omnia quæ habes, & da pauperibus. Et de tali consilio potest intelligi quod dicitur in c. quisquis. in ue bo illo, si consilio uti volueris.

CVm bonæ.] Sunt duæ partes, Cōsultatio, & respō sio. Secunda: ibi: Respondemus. Et facit ad partē ruoricæ de qualitate præficiendorum. Io. And.

CASVS. Clemens Papa uocauit quosdam clericos Baran. ad pñtiā suā, vt satisfacerent archidiacono suo: quem grauiter læserant: quia ipsi uenire contempserunt, fecit in eos suspensionis sniam pmulgari: in qua triennio pmanentes, quidam ex illis suspensi aliqua beneficia ecclesiastica sunt adepti. Quæsitam fuit a Papa, vtrum beneficia sic recepta possint licite, retinere? Et ipse rn̄det, quod non licet eis q̄ habuerant, vel quæ postmodum sunt adepti, aliquatenus retinere. Vnde mandauit archiepiscopo Baran. ut eos pro tanta contumacia, & contemptu apostolico, bñficiis quæ habent, non differat spoliare. Not. ꝙ suspēsi ab hoie beneficia ecclesiastica adipisci non possunt. Item qui per triennium steterit suspensus pertinaciter, debet suis beneficiis spoliari.

vocauisset, ut ad præsentiā ipsius accederent, H. archidiacono suo, quem grauiter læserāt, e respon-sur†: quia venire iuxta mādatū Apostolicum contēpserunt, in eos fecit sentētiam suspensionis promulgari: in quatriennio † permanentes quidam ex ipsis suspensi, f aliud beneficium ecclesiasticum sunt adepti. Et quia vtrum beneficia sic recepta possint rōnabiliter retinere, nos consulere uoluisti: Respōdemus, quod non licet eis illa, quæ habuerunt beneficia, uel quę postmodum g sunt adepti, aliquatenus retinere. Vnde Baran. archiepiscopo dedimus in mandatis, ut eos pro tanta pertinacia & cōtēptu Apostolico, † beneficiis, q̄ habent, non differat spoliare. h

† Factū narrat, qa idē fi per annum. Ioan. Aug.

¶ Innocentius tertius.

¶ *Subdiaconus in episcopum eligi potest.*

e ¶ Læserant.] miles qui prepolito man' intulit, capite punitur. & omnis contumacia aduersus psidem vel ducem capite punit. ff. đ re mi li. omne delictum. §. 1. & 2. & qui resistit castigare uolenti. ff. eod. tit. milites. §. irruens. & iuxta diuinum oraculum, cōtumacia parentis morte luitur 86. dist. non satis. ver. cæterum. in fin.

ADDITIO. Et qđ hic dicit, læserāt, intellige i rebus, qa si in persona, i pso iure fuissent excōmunicati.

† Vide l. 1. ff. si quis ius di. nō obtē. & de postu. l. 1. 30. dist. si quis extra.

f ¶ Suspensi.] suspensi eligere non possunt nec etiam eligi. 9. quæstio. 1. nos in hominem, & supra de consuetu. cum dilectus. supra de elect. cum inter R. & capitu. per inquisitionem, & infra de appellation. constitutis. nec beneficia eis tempore suspensionis conferri possunt, vel literas pro beneficio obtinendo impetrare: vt hic, & interim beneficia ecclesiastica sunt deneganda. 1 infra. de appellat. pastoralis.

g ¶ Postmodum sunt adepti.] talia beneficia tenere non possunt, etiam si postea fuerint absoluti: quia tunc tempore obtenti beneficii inhabiles erant, & indigni: quia in talibus principium considerandum est. supra de elect. dudum ad audientiam. & 1. q. 1. ... patus. 16. q. 3. si sacerdotes. Et est arg. ꝙ tempus impetrati rescripti considerandum est: ... qui suspensi spiritualia præsumunt tractare, ... quod episcopus cum talibus dispensare nō potest. 11. q. 3. si quis. episcopus. & ỹ. de sent. excommunicat. cum illorum.

1 Si sunt in ... Tanc. & Vin. Ioan. And.

h ¶ Spoliare.] ex quo per annum & ultra quis stat in excommunicatione, priuari debet beneficio suo. 11. q. 3. rursus. & excommunicatus, qui tractat spiritualia, deponi debet ỹ. de do. & contu. veritatis. Idem uidetur in suspenso, ut hic. Ber.

A Multis.] Primo ponit quæſti onem. Secũdo alleg. pro & contra. ibi, Si quidẽ. Tertio diffinit vel ſol uit, ibi, Nos volentes. Io. And.

CASVS. Dubitabatur a multis, an ſubdiaconus poſſit in epm eligi per decretum Vrbani Papæ primi, qui decreuit ꝙ nullus in epm eligat, niſi fuerit in ſacris ordinib. cõſtitutus: ſacros appellans diaconatum & presbyteratum, referẽdo ſe ad ſtatum primitiuæ eccleſiæ, in quo ſubdiaconatus ſacer minime dicebatur poſtea oſtẽdit ꝑ decretum Vrbani ſcdi, ꝙ hodie ordo ſubdiaconatus inter ſacros ordines reputatur, ſacros appellãt presbyteratũ, diaconatum, & ſubdiaconatum, & hoc idẽ oſtẽdit per plura decreta dicẽs, vt ſubdiaconus in presbyterũ libere poſſit eligi, ſicut diaconus vel ſacerdos. Not, ꝙ hodie ſubdiaconus eodem gaudet priuilegio cum diacono.

† Hoc c. vſq; ad illa verba in q. b. habes in panormia li. 3. ti. de ele. sũ. põt. c. 5.

CAP. IX.

A Multis † multotiens, an ſubdiaconus in epiſcopũ eligi valeat, hæſitatur. ¶ Si quidẽ Vrbanꝰ Papa primus decreuit, vt nullus a in epiſcopum, niſi in ſacris ordinibus religioſe viuens inuẽtus fuerit, eligatur: Sacros (inquit) ordines diaconatum dicimus & presbyteratũ: hos ſiquidem ſolos b primitiua eccleſia legitur habuiſſe. Subdiaconus vero (q a etiam ipſi miniſtrant altaribus) oportunitate exigente concedimus in epiſcopos eligi, ſi tamen præclaræ † ſcientię ac religionis exiſtant, quod ipſum non ſine Romani Pontificis, vel metropolitani c licentia fieri permittimus. ¶ In quibus d verbis ĩnuitur, quod Vrbanus ad ſtatum primitiuæ eccleſiæ ſe referens (in quo ſubdiaconatus ordo ſacer minime dicebatur) inſtituit, vt de ſubdiacono (niſi vtilitatis cauſa, & tũc etiã niſi de ꝑmiſſione metropolitani, vel Romani Pontificis) ñ poſſet electio celebrari. ¶ Verũ e cũ hodie ſubdiaconatus inter ſacros ordines cõputetur, ſicut Vrbanus Papa ſecũdus, ſub his verbis expræſſit. † Erubeſcant f impii, & ĩtelligãt iudicio ſpiritus sãcti, eos q in ſacris ordinibus preſbyteratu, diaconatu, ſubdiaconatu, sũt poſiti, ſi caſte nõ vixerint, excludendos ab omni eorũdẽ graduum dignitate. Et iterũ, † Nemo g ad ſacrum ordinem permittatur accedere, niſi aut virgo, aut probatæ caſtitatis exiſtat, & qui vſq; ad ſubdiaconatũ vnicã, & virginẽ habuerit vxorem. Et ad ſimilitudinem diaconi & ꝑsbyteri, ſubdiaconus debet continentiam obſeruare, h ſicut eſt in ſexta i ſynodo † conſtitutũ, vt ſi quis eorũ qui ad clerum accedunt, nuptiali iure mulieri k uoluerit copulari, hoc ante ſubdiaconatus ordinẽ faciat. Et beatꝰ Gregorius † ſtatuiſſe legitur, vt nullũ l facere ſubdiaconum pręſumant epiſcopi, niſi q ſe caſte victurũ ꝓmiſerit. † ¶ Nos volẽtes ſuꝑ hoc articulo diſceptationis materiam amputare, ſtatuimꝰ, vt ſubdiaconus in epiſcopũ ualeat libere m eligi, ſicut diacõꝰ vel ſacerdos.

† Spectatæ.

† Referẽ ẽt in pãnorm. lib. 3. tit. de cõtinẽt. clerico. c. 108.

† Pãnorm. ibidẽ. c. 204.

† Cap. 6. & ponnormia ibidẽ. c. 102.

† Lib. 1. epiſtola. 42. ad Petrũ ſubdiaconũ Siciliæ.

¶ Idem titulo S. Crucis presbytero Cardinali.

¶ Irregularis, & ĩ maioribus poteſt diſpenſatiue in abbatem inſtitui.

CAP. X.

TVam † in Domino diligentiam commen- -

a ¶ Nullus.] ponit tenorẽ illius dcr. 60. diſt. nullus in epiſcopum. vſque ibi, in quibus verbis.

[Gloſſa ſequens recitetur per qõnẽ.]

b ¶ Solos.] ſupple ſacros: quia ſubdiaconatus bene fuit in primitiua eccleſia. ſed non reputabatur ſacer. 21. diſt. in fi. §. 1. & 25. diſt. c. 1.

c ¶ Metropolitani.] ſic olim diſpenſabat metropolitanus cũ inteligibili circa epatum, ſed cũ illegitimo diſpenſari non poteſt. s. de elec. innotuit. nec in ætate. C. de iis qui ve. æta. impe. l. 2. & 3. ſed cũ iis qui patiuntur defectum in ordine, ſatis videtur, ꝙ poteſt adhuc archieps diſpenſare in archiepiſcopatu: ſicut olim poterat. arg. 60. diſt. nullus in epiſcopũ. & in aliis dignitatibus inferioribus bñ põt. s. eo. præterea. 1

d ¶ In quibus.] Verba iſta ſunt Inn. interpretantis capitulum Vrbani, q locutus fuit ſecundum antiqua tempora.

e ¶ Verum hodie.] nunc incipit allegare, an ſubdiaconus eligi poſſit.

f ¶ Erubeſcant.] 32. diſt. erubeſcant,

1 Concor. l. iure gẽ. §. adeo. C. de pac. & l. legatũ, & l. ad rẽ mobilẽ. ff. de procu.

g ¶ Nemo.] diſt. nemo.

h ¶ Obſeruare.] ex quo oneratur, dignum eſt, vt honoretur. 16. q. 6. de lapſis.

i ¶ Sexta ſynodo.] 52. diſt ſi quis eorum.

K ¶ Mulieri.] 38. diſt. vt nullum.

l ¶ Nullũ.] 38. d. nullꝰ, & 31. ãte triẽniũ.

m ¶ Libere.] Et ita qđ fuit prius diſpẽſatio, hodie eſt ius cõmune. ſic infra de offic. leg. ꝙ tranſlationem, & ad ſubdiaconatum extenditur quod ſe ſuperiorib. dictum erat. ſimile s. de tranſl. inter corporalia. & ſuper de conſue. cum venerabilis & eodem priuilegio gaudet ſubdiaconus quo & diaconus. infra de ſer. non ord. miramur.

TVam.] Prima pars ponit exordium. Secunda mandatum: ibi, Mãdamꝰ & facit ad duas ꝑtes rubrica, ſ. de qualitate & ordine. Io. An.

CASVS. Monaſterio ſancti Quirici uacante, Cardinalis q-dã uolens ipſum perſona idonea ordinare, cum ſuper hoc diligentiam adhibuiſſet, nec poſſet perſonã idoneã inuenire, ꝑ quã poſſet ſtatu. moneſterij i melius reformari: tandẽ inuenit quendã monachum diſcretũ & vtilem moneſterio, qui alias de iure non poterat eligi ĩ abbatẽ, pro quo quidã laici apud Cardinalem intercedebant. conſuli Papam, quid ſuper hoc eſſet agendum. Papa cõmendat diligẽtiã Cardinalis, mãdãs eidẽ, quatenꝰ, ſi nõ põt eidẽ monaſterio de perſona magis idonea prouidere, monachũ illũquẽ ſibi commendauit, per quẽ ſtatus monaſterii creditur reformandus, ibi præficiat in abbatem, nullum habẽs reſpectũ ad petitionem illicitam laicorũ, ſed ex officio ſuo tantũ ad hoc procedat, ita tamen quod ad ſacros ordines non aſcendat, cum neceſſitate inſtante poſſit in abbatem aſſumi in minoribus ordinibus conſtitutus: & laici ipſi non ſint illi aliqua conſanguinitate, vel affinitate coniuncti, vt propter hoc contra ipſum aliqua ſuſpicio

† Vide l. 2. cũ not. per Bart. §. & cõ placuiſſet. ff. de ori. iur.

† In antiqs ita. Tuam in dño diligentiũ commendãtes, quam ſuper monaſterio ſancti Quirici dignoſceris adhibere, &c.

spicio possit oriri. Ex hac deci. no. ꝙ licet preces sint illicitæ, tamen si non habeatur respectus ad illa, non committitur simonia. Not. quod ex necessitate dispensatur cum aliquo, vt in abbatem assumatur, & in minoribus ordinibus ministret. Item officium abbatis in administratione consistit.

[Glossa sequens circa pces an simoniam inducant, distinguit inter proprias & alienas. i primo casu ponit opinionem Hugonis & cōtrariā. In secundo subdistinguit an sint spirituales, an carnales: & tunc argu. pro indigno, aut pro digno & tunc aut habetur respectus ad illas, aut non.]

† al. informandus.

a ¶ Nullū prorsus,] nō enim preces carnales debet respicere qui est ordinator, sed tantum merita & prudentiam ordinandi. 1. quæst. 1. quibusdam. & g. quæ. 1. Moyses. & c. si ergo. Et ideo not. ꝙ cum quis eligitur, vel ordinatur: aut suis precibus interuenientibus, aut alienis. Si suis, dicunt quidam & Hugo cum eis, ꝙ quantumcunque sit idoneus, simonia cōmittitur. arg. 8. qu. 1. in scripturis. & 1. qu. 7. si quis omnē. & 1. q. 1. ordinationes. & ꝟ. de iure par. per nostras. Istud credo si est indignus, secundū quod dicit T. sed si dignus est, potest etiā preces porrigere superiori cum indiget: quia tunc non præsumitur ambitio sus, sed potius propter necessitatem: 1 aliàs potest dici, qđ simonia esset. arg. 1. q. 1. c. filiū. §. non ita quorundam. Et arg. ꝟ de simo. tua. Si preces quis prō se porrigat vt in prælatum eligatur. ambitiosæ sunt & illicitæ. 1. q. 1. nullus itaque. Si vero precibus alienis promouetur. aut preces sunt spirituales aut carnales. Si sunt carnales, & fiunt pro indigno, simonia committitur. 1. q. 1. de ordinationibus. quia succedunt tales preces loco pretij. 1. q. 1. sunt nonnulli. Si pro digno. dummodo superior non habeat respectū ad preces, sed ad meritum, licitè possunt admitti, vt hic, & 1. q. 1. quibusdam. Si vero sunt spirituales, admitti possunt, nec inducunt simoniam. 1. q. 1. iatorem.

Simonia an inducatur ꝑ preces.

1 Dixit Hosti. qd nō re ꝓbaret, si ꝓlatus cōsanguineū egentē non indignū ꝓferret magis idoneo nō egenti, in simplici beneficio cū & talib. ꝓuidere teneat. 86. dist. nō satis. de coha. cle. de reli. relatum §. licet. Ioā. Andr.

b ¶ Non ascendat,] forte erat irregularis. & sic pōt qs esse abbas in minoribus ordinibus ꝑ necessitatē. aľs nō valeret. nā & diacon⁹ pōt esse abbas. 50. d. accedēs. arg. Immo & infamis curā monasterij gerere pōt: vt ibi. Infamis eīm à ciuilib. munerib. nō excludit. C.

damus q̃ super monasterio S. Quirici reformando dignosceris adhibere.

¶ Mandamus, quatenus si non potes eidem monasterio de persona idonea melius prouidere, tu monachum illum, quem litteris tuis de honestate ac industria cōmendasti, per quē status eiusdem loci creditur reformandus †, nullū prorsus [a] habens respectum ad petitionem illicitam, quam quidam laici faciebant, sed ex tuæ dumtaxat prouisionis officio, instituas in abbatem: ita videlicet, quod ad sacros ordines non ascendat [b], cum instante [c] necessitatis articulo possit in abbatem assumi, etiam in minoribus ordinibus constitutus.

¶ Et laici memorati non sint consanguinitate vel affinitate coniuncti monacho memorato, vt ex ipsorum petitione debeat contra eum aliqua sinistra suspicio suboriri.

¶ Idem Rothomageñ. archiepiscopo.

¶ *Abbas si est presbyter. & benedictus, conferre potest ordinem clericalem.*

CAP. XI.

Cvm † cōtingat interdū, quòd laici ad monasteria cōuolantes, à suis abbatibus tonsurentur: requisisti, an clericatus ordo in tonsura huiusmodi conferatur.

¶ Super quo tibi taliter respondemus, ꝙ cum in septima synodo [d] sit statutū, vt lectores per manus impositionem, licentia sit vnicuique abbati [e] in proprio monasterio, solūmodo faciēdi, dummodo ipsis ab episcopo (ꝯm morē præficiendorū abbatū) manus impositio facta noscatur, & constet eum existere sacerdotem: per primā ecclesiæ darā, à talib. clericalis ordo [f] cōfertur.

¶ Idem.

¶ *Si canonicus regularis factus monachus iusta de causa ad canonicā reuersus, ibi postea præficiatur licite tenere poterit prælaturam.*

CAP. XII.

Intelleximus, † quòd cum in monasterio tuo

de ijs q nō impl stipē sa. so sunt. l. 1. lib. 10. nomē abbatis potius est solicitudinis, q ordinis, vel honoris. 13. q. 2. hoc tantū. Arg. pro. s. e c. j. & laicus pōt esse abbas ca necessitatis. 93. di. a subdiacono. & 15. q. 1. generaliter. arg. tñ hoc qd vi hic dispensatiue intelligitur, qa abbas dēt esse sacerdos: alias remouetur ꝟ. eo. c. 1. Bern.

Infamis curā monasterij gerere pōt.

c ¶ Cū instāte.] hic rñdet tacitæ obiectioni, q̃ posset ei fieri. Diceret .n. aliquis quo erit iste abbas. cū nō possit ad ordines pmoueri, nec sacerdos fieri? Rñdet: Cū, id est, quia, &c.

2 Hæc glossula non hr in antiquis codicibus.

Cvm contingat.] Cōis diuisio: Secunda ibi, Sup quo & principale dictū non facit ad titulum, sed inquātum loquit de præficiendo. Io. And.

† Cap. 1. eo. tit. in 4. compila.

CASVS Laici aliqñ transeunt ad monasteria, & ibi à suis abbatibus tōsurant. quæsitum fuit à Papa an clericalis ordo in tonsura hmōi conferatur? Et ipse rñt, ꝙ cum in septima synodo sit statutū, vt liceat abbatibus in ꝓprio monasterio solūmodo facere lectores p manus impositionē, dūmodo & ipsis abbatibus ab epō manus impositio facta noscat, & sacerdotes existant, ꝑ primā tonsuram in forma ecclesiæ datam clericalis ordo cōfertur. Not. ꝙ abbates pñt conferre ordines, vt hic dicitur.

d ¶ Synodo.] 69. di. quoniam videmus.

Glossa seq. recitetur per duas opiniones, an psalmistatus sit ordo, & an presbyterū cōferri possit. In prima ponit opinionē, quam reprobat.

† Cap. 2. tit. de qualitate ord. in 4. cōpila.

e ¶ Abbati.] hoc idē pōt electus in Abbatē & ꝯfirmatus si eōs eū differat ꝓdicere vt ꝟ. de ꝟ. negl. ꝓl. statuimus. talis ordo appellat psalmistus: tñ vbi agit đ singulis ordinibus, nihil agit de hoc 23. di. illud. vnde quidam dixerunt non esse ordinē, sed eorū opinio corrigit hic in fi. vbi dicit, ꝙ per primā tonsurā clericalis ordo confertur, & etiam presbytero hoc licet. 23. dist. psalmista. vbi de hoc in summa. Hug.

Abbas quales ord[illegible] cōferre pōt.

f ¶ Ordo confertur.] sed, nunquid qui tales percutiunt, incidūt in canonē late sentētiæ: Dic ꝙ sic: quia clerici sunt, vt hic, & quicunq; clericum percutit, excōicatus est, vt ꝟ. de sent. excom. non dubium.

3 Hæc glossula non hr in antiquis codicibus.

Intelleximus.] Primo narrat factū, ex quo secundo dubium elicit: ibi. Ne igitur. cui tertio respōdet: ibi D. scretioni. Et facit ad eam partem titu. de qualitate præficiendorum. Ioan. Andr.

CASVS. Quidam monachus sine licentia sui abbatis, leuitatis causa transiuit ad monasterium sancti Vincentii, & cũ ibi in ordine illo aliquandiu permansisset, de consilio quorundã redijt ad domum priorem. Et tandem meritis exigentibus electus fuit in abbatẽ. Quia tamen in do monasterio morã fecerat, dubitabat ministrare in officio abbatiæ: considerans qđ legit in canone, [a] ne qs canonicus regulari, efficiatur monachus. nisi forte (qđ absit) publice lapsus fuerit: & si factus fuerit, ad canonicat⁹ ordinem reuertatur, vltimus in choro manendo. Consulit Papam. super hoc mandat ei Papæ, quaten⁹ circa curã sibi commissam solicitudinẽ adhibeat diligẽtem, sequentia bona continuando prioribus. No. ꝙ canonicus regularis factus monachus, potest præfici ĩ abbatem.

a ¶ In canone.] 19. q. 3. mandamus.

[Gloss. seq. signat contrarium, & quadrupliciter soluit]

b ¶ Curam.] hic vr̃ ꝙ si aliquis trãsit ad strictiorem religionem sine licentia prioris vel abbatis, ꝙ reuocandus sit ad priorem ecclesiam. Sed videtur contra ĩ. de reg. licet. Sed potest intelligi quod hic dr̃ qñ ex leuitatis causa transit: prout intelligi consueuit ille canon. 19. q. 3. mandamus. Vel dicas ꝙ iste fuerat tm̃ in habitu probationis. Vel iste loc⁹ quẽ intrauerat. fuerat laxioris religionis quã prior. Vel dic, quod si aliquis petita licẽtia, licet non obtẽta, trãsit ad strictiorem regulam, tũc nõ põt reuerti ad priorem locum, [1] & sic loquitur illa decre. licet, sed si nullo modo petit licentiam, tunc redire cogetur prout hic fecit.

† Vide l. mora. cu gl. ma. ff. de vsur.

† al. ita: cum conscientia tua te remordeat.

† In codice Barbatiæ ita. Discre- [illegible] ꝙ circa.

[1] [illegible] ord. [illegible] de înst. sed & si §. conditio.

fuisset laudabiliter cõuersatus, ad monasteriũ sancti Innocẽtii talis ordinis accessisti: vbi cum aliquãdiu in ipso ordine permãsisses, demũ ad cor reuersus, de metropolitani & aliorũ consilio, ad primã domum redire curasti: in qua tãdem sub regularis obseruantiæ disciplina taliter Deo & hoĩbus placuisti, ꝙ per tuorũ exigentiam meritorum, fratres tui præfecerunt te vnanimiter in abbatẽ. ¶ Ne igitur occasione moræ quam in præscripto monasterio contraxisti † (quasi† conscĩẽtia tua te remordeat) in susceptæ administrationis cura tepescas, attendẽtes ꝙ cautum est in canone, [a] ne quis canonicus regularis, nisi forte (ꝙ absit) publice lapsus sit, efficiatur monachus: & si factus fuerit, ad canonicatus ordinẽ reuertatur, vltimus ĩ choro manendo, cucullã ad memoriam delaturus: ¶ Disc. † tuæ mandamus, quatenus circa curã [b] tibi commissam, solicitudinẽ exercere studeas indefessam, & taliter sequentia bona continuare prioribus, ꝙ dignum à Deo possis meritum expectare.

¶ Idem.

¶ *Ordinatus ad sacros ordines sine titulo, ab ordinatore iuste petit beneficium.*

CAP. XIII.

ACcepimus, [1] te nostris auribus intimãte, quod quidam clerici, qui ad sacros ordines sine titulo sunt promoti, te ad ecclesiam Brachareñ. super beneficijs obtinendis infestant, & infra. ¶ Licet igitur in ordinationibus clericorũ: illa tu ac prędecessores tui diligentiã debueritis adhibere, vt minus idonei nõ ordinarentur à vobis, ac ideo post promotionem eorũ exceptionẽ non poteris prętendere contra illos, nisi forte postquã promoti fuerint, reddiderint se indignos; ex super abundãti tamen qñ scribere pro talibus nos opportet, facimus in litteris nostris apponi; vt si ordinatus, pro quo scribimus, idoneus habeatur, & ecclesiastico beneficio non indignus, ei ab ordinatore vel successore ipsius competens beneficiũ tribuatur; cum si tecum de iure agere vellemus, te possemus merito ad prouisionẽ eorũ cõpellere, quos à te vel prędecessorib. tuis ordinatos fuisse constaret, eo pręsertim quod ad obtinendum ecclesiasticum beneficium eos de-

eis exceptiones pponebat ptra ipsos clericos: sed ipsi eas admittere nolebant. vnde petijt sibi sup hoc prouideri: vnde Papa rescribit dicẽs, licet in ordinationibus clericorũ tam ipse quam antecessores ipsius eam diligentiam debuerint adhibere, vt minus idoneos non ordinarent: vn̄ dr̃ secundum hoc contra illos exceptionem opponere non possent: nisi forte post promotionem reddiderint se indignos: tñ Papa ex abundanti qñ scribit, pro talibus facit apponi in litteris suis, [c] si ordinatus pro quo scribit, sit ecclesiastico beneficio non indignus. Vñ Papa sine aliqua examinatione posset illum compellere ad prouisionem illorũ, quos ipse vel antecessores sui ad ordines promouerũt: tũ illos ad beneficiũ obtinẽdum dẽat idoneos reputare, quos ad ordines recepit. Vnde non dẽt grauiter sustineri, si illos facit p alios examinari, quos nõ credit sine examinatione ordinatos fuisse, anteq̃ ipsũ compellat ad prouisionem illorum. Mandat Papa eidem, quatenus puideat illis, proquibus lr̃as suas recipit in forma communi, in maiori ecclesia vel in alijs diœcesibus Bracareñ. & exceptiones, quas ptra ipsos duxerit proponendas, pcipit audiendas. No. arg. ꝙ semel examinatus amplius examinari non dẽt, nisi de ijs, q̃ postea contingunt. Item q. dignus reputatur ad ordinẽ, dignus reputari dẽt ad bñficium. Item semel examinatus, iterum examinatur. Itẽ per formam cõem poterit executor prouidere in maiori ecclesia. Itẽ quãtuncanque absolute scribatur, exceptiones legitimæ sunt admittendæ.

[1] Cap. [illegible] de qualitate ordina. in 4. compil.

ACcepimus.] Communis diuisio. Secunda: ibi, Licet. Et facit ad secundam partem rubricæ de qualitate præficiendorum. Ioan. Andr.

CASVS. Eps Zamoreñ quosdam clericos promouit ad sacros ordines, sine certo titulo clerici isti impetrauerunt litteras super sua prouisione cõtra epm Zamoreñ, ad quosdam executores. eps qñ citabatur ab

c ¶ Exceptionem.] not. ꝙ qui ordinauit aliquẽ, postea nõ põt ei irregularitatẽ aliquã vel crimẽ aliquod obijcere, nisi ex causa superueniente [2]: sic nec elector contra electum. 8. q. 2. dilectissimi. & est simile. 4. dist. in istis & 4. q. si q. testibus. & ĩ. de conces. præb. cum super quæstione. in fi. sic 28. dist. diaconi. & ĩ. de cler. coniuga. diuersis fallacijs.

[2] Tex. est in l. si vxor. §. fina. ff. de adul. & ff. sol. matri. l. cum mulier

[Glos,

[Glo.seq.alle.vnam concor.& duo contraria alleg. etiam duo iura similia per casum couersum, demum quærit,ponit opi.Ioan.& contrarium soluit.]

a ¶ Reputare.] No.quod qui reputatur dignus in vna dignitate,si postea eligitur ad alteram , etiam tunc dignus debet reputari. sic 74.distinct.gesta. argu.contra 12.dist. nos consuetudinem. & s.de elect scriptū est.Econtravero qui reputatus est indignus in vno officio, debet indignus habe ri ī alio.ff. de suspe. tu.l.3.§ quærit pōt vbidicitur quod si aliqs male se habuit in tu tela,& deinde detur curator,tanquam suspectus remoueri debet C.desu.& archa. l.si aliquid. lib. 10. Item quid dices si aliquis irregularis, vel criminosus tolleratus est in officio sacerdotali,nunquid si talis eligitur ad dignitatē, potest excipi contra eum ab illis qui eum tolerauerunt in officio sacerdotali? Videtur quod ñ; quia qui eum reputauerunt dignum ad ordinem ,& ad beneficium reputabunt eum dignum. argu. j.de accu.nulli.j.de senten.excommu.in præsentia.& ff.de li. causa.qui sciens. sicut nec vir. accusare potest moresvxoris,

bes idoneos , reputare quos ad ordines, suscepisti.Vnde grauiter sustinere non debes, sed a nobis potius deuote inclinare teneris, si illos examinari [b] p alios facimus,quos sine examinatione non credimus ordinatos, ante quā ad prouisionem eorum compellere te velimus.

¶ Mandamus igitur,quatenus eis,pro quib.re cōtigerit recipere nostra mandata ī forma communi,[c] ī maiori ecclesia,[d] vel alijs ecclesijs diœcesis Bracan. puidere non tardes.† Exceptiones[e] autem, si quas contra tales pposueris, præcipimus audiendas.

¶ Idem in concilio generali.†

¶ Minus idoneus in sacerdotem promoueri, vel ad regimen animarū assumi nō det.

¶ Vide l. si cui fundus. ff. de fundi. istruc.& l.illi cum illo. ff. de vsufr. leg.

†Lateranen. c.27.

r. Sed bene improbat sequentes matrimonium de iureiur. quemadmodū.Io. And.

quos prius probauit.r.ff.de adul.si vxor.in fi.hoc concedebat.Io.sed ex officio suo potest inquirere de talibus.2.q.7.quædam.ff.de postu.quos prohibet.& ff.de peti.hæ.l.vlt.& ff.d adul.l.1.§.si publico:& j.d exce. exceptionem & quod superior debeat de his inquirere, habes expresse.s.de ele.nihil est,& inc.venerabilem, Tamen quod dicit Io.quod isti qui tolerauerunt in sacerdotio ipsum,non possunt isti postea obijcere.non credo.quia licet tolerassent eum in tali officio, ppterea non debent tolerare eum in maiori nunquid si eligatur in episcopum vel in maiorem prælatum,non possunt ei obijcere aliquid?immo possunt: quia licet sit dignus in minori,nō tamē in maiori debet idoneus reputari.12.dist.nos consuetudinem.Et arg.s. de ele. scriptum est accusare ipsum possunt per c. prædictū, nulli.Sed si promoueatur ad dignitatē,credo quod possunt contra illum excipere.

Examinatus iterum examinat.

[Gl.seq.litteram exponit,& notat aliquem sępius examinari.alle.3.iura.& duo ī cōtrarium,& solu t.]

b ¶ Examinari.]intelligo tamen quod in eo casu permittatur episcopo examinatio siue exceptio qñ non per se examinauit episcopus,sed p archidiaconum.de of. archi.ad hoc.sic patet p aliquis sæpe examinatur.j.d præb.cum secundum Apostolum,& 2.q.3. Mēnam & 2.q.1.notu,arg.ptra,j.d off.leg licet.& ff.nau.cau.sta. l.licet.Sed vr quod tantummodo debeant examinari de ijs quæ postea contigerunt.arg.s eod.c.1.immo bene debent examinari,ne indigni,promoueantur, & negligentia prioris examinatoris non debet impedire, quo minus quæratur an dignus sit : & ad hoc tenetur superior. supra,de elec nihil est. & cap.venerabilem.

c ¶ In forma communi.] j. de præb. cū sm apostolū. Glo.seq.no.quærit,& soluit.]

d ¶ In maiori ecclesia.] not.quod per formam communem , qua mandatur alicui vt prouideat alicui in aliqua ecclesiarum ciuitatis vel diœcesis , potest prouideri in ecclesia cathedrali : ut bene patet hic.& j de pb. prohibentium &c. cū secundum Apostolū, sed per formam illam non posset prouideri in aliqua piatura j.de præben ca. vlt.quia ad prælaturas non extenditur intentio mandatoris. Sed qd si dicatur tantum , prouideas tali i aliqua ecclesia diœc.Bonon.nunqd potest prouidere in aliqua ecclesia ciuitatis? Vel si dicatur; in aliqua ecclesia ciuitatis Bonon. nunquid in ecclesia diœcesis ? Dicas quod non: quia per clausulam illam [in aliqua ecclesia diœce. Bonon.] non comprehenduntur ecclesię ciuitatis, uel ecōuerso supra de rescr. Rodulphus.

e ¶ Exceptiones.] quantumcunq; Papa præcise scribat, exceptiones legitimæ admittendæ sunt.j.de offi.deleg ex parte 1.nisi dicat quod nullæ debeant admitti,quod nunquam de facili dicit ut ibidem, sed si enumerentur non obstante tali & talibus exceptionibus : tunc illæ nō sunt admittendæ. argu. ff.si quis cau.sed & si.§.quæsitum.

† Cap 4. tit. de quali.ordinan. in 4. compil.

CAP. XIIII.

CVm† sit ars artium regimen animarum, districte pręcipimus,ut episcopi promouendos in sacerdotes diligenter instruant, & informent,vel per ipsos,vel p alios[g] idoneos viros super diuinis officijs, & ecclesiasticis sacramentis , qualiter ea rite ualeant celebrare.

¶ Quoniam si de cœtero rudes, & ignaros ordinare pręsumpserint , (quod quidem facile poterit deprehēdi[h])& ordinatores, & ordinatos vltioni graui decernimus subiacere. Sanctius† enim est (maxime in ordinatione sacerdotum) paucos bonos , quam multos malos[i] habere ministros: quia si cęcus cęcum † ducit, ambo in foueam dilabuntur.

† Satius. Sanius.

| Math 15.
† Vide l.qui duos. cū gl. ff.de vul. & pupil subst.

CVm sit ars artiū.] Pertinet ad titulum de qualitate,& diuisio per se patet Secunda.ibi, Quoniam. CASVS. Præcipit Papa.ut episcopi diligenter instruant & informent illos quos promouent ad sacerdotium per se vel p alios viros idoneos super diuinis officijs & ecclesiasticis sacramentis : quod si de cætero rudes & ignaros promouerint,& ordinatores & ordinati grauiter punientur: quoniam melius est paucos bonos quam multos malos habere ministros . Hoc ultimum uerbum notandum est.

f ¶ Ars artium.] benedicit:quia animæ sunt pretiosiores omnibus alijs rebus & corporibus:12.qo.1.præcipimus.& 24.q.3.si habes.& int.de pœn.& remis.cum infirmitas.in fine.

g ¶ Per alios.]per clericos suos de latere suo missos. 24.dist.quando.

h ¶ Deprehendi.] no.quod eo ipso quod ordinatus apparet indignus,& ordinās similiter,ut 81.di.tātis Daniel.ī fi. nec.n.pt ignorare platus vitiū subditi.s.inde re iu.quiuis,arg.s de ele.innotuit.C.de rescin.vēd.qsqs. & ff. loca.sed adde.§.1.2. & ff.de ędil.edic.l.1.§.causa sed hoc est verum cum eos examinat per se . secus si per alios.24.dist.quandoq; & j.de off.archid.c.ad hæc,2.

i ¶ Malos.] simile 23.dis.tales.& dicit lex,melius est

2 Si locaui nasa uitiosa & uinum effluxerit, teneor : nec me excusat si ignorarem.Io.And.

1 Concor. l. 1. §. pe. ff. quod cuiusq; vni. & l. eleganter. §. seruũ ff. de don.

† Al. Biruiẽ.

pauca idonee effundere, q̃ multis inutilibus hoĩes p̄grauari. C. de vete. iur. enu. tãta. §. 3̃rum. & melius est pauca agere caute, q̃ multis periculose interesse in auth. de tabel. circa mediũ cõsti. coll. 4. Et est arg. 3̃ illos qui multa inutilia allegant. de cõse. dist. 4. nõ mediocriter. & 24. q. 1. odi & proieci. 1 quia multitudo onerosa nihil habet honesti. in auth. de referẽda. ad ñ. colla. 2. 2

¶ Honorius iij. capitulo Bremen. †

¶ Defectus scientiæ deijcit tam promotum.

C A P. XV.

Qvamuis multa ꝓposita fuerint contra ep̃m Calinẽsem: † quia tñ confessus [a] est corã nobis se nunq̃ de grãmatica didicisse, nec ẽt legisse Donatum, [b] & per euidentiã facti vsq; adeo de illitteratura & insufficiẽtia sua constat, qđ contra Deum esset & canonicas sanctiones tantum in ep̃o tolerare defectũ, [c] ipsum a pontificalis officij executiõe, & ab administratione Calinen. ecclesiæ penitus duximus amouendum.

TITVLVS XV.

De Sacra vnctione.

¶ Innocentius tertius.

¶ Ecclesia Græcorum in ordinationibus & consecrationibus seruare debet vnctiones, quas seruat ecclesia Romana. Episcopus aũt cum cõsecratur inungitur chrismate in capite & in manibus: quod si fuerit præmissum per tres episcopos est supplendum.

C A P. I.

Cvm † venisset ad Apostolicã sedem Bracarẽsis † episcopus, q in cõsecratione sua sacrã nõ acceperat vnctionem, quoniam apud vos [d] non consueuerunt pontifices, cum consecrantur, inungi: Nos quod illi defuerat, mandauimus in ipso suppleri: [e] facientes caput eius & manus per Alban. episcopum (assistentibus [f] ei duobus episcopis, secundum morem ecclesiasticum (sacro chrismate đ liniri: & infra.

¶ Scire te volumus, duas esse species vnctionis; exteriorem, & quæ materialis est & visibilis; & interiorem, quæ spiritualis,

† Al. Calauiten.

Qvamuis.] Facit ad rub. de qualitate: & non diuiditur.

C A S V S. Quidam electus fuit in ep̃m Calinen. & ꝯsecratus postmodum corã Papa multa fuerunt ꝓposita 3̃ ipsũ, verum q̃ indignus amoueretur. ipse tamẽ fuit cõfessus corã Papa quod nũquam audiuit grãmaticam, nec etiam legit Donatũ: & quia ꝑ euidentiã facti cõstitit adeo de ipsius illitteratura, quod cõtra Deum esset tantũ in ep̃o sustinere defectu, ipsum remouit ab executione pontificalis officij, & ab administratione ecclesiæ Calinen. Not. quod ꝑꝑ defectũ scientię remouetur q̃s ab episcopatu: multo fortius debet repelli ab obtinendo.

a ¶ Confessus.] & ideo pro cõuicto debet haberi: 3̃. de confes. cũ sup. & c. ult. & C. de confes. l. unica.

b ¶ Donatum.] & ideo grammaticã populo exponere non valebat: 2 vnde in hoc reprehendi non potuit sicut ille. 86. di. cũ multa. vbi reprehẽditur qui grammaticã populo exponebat.

c ¶ Defectum.] tria enim præcipue requiruntur in episcopo, litterarum scientia, ætatis maturitas, & grauitas morum: adde & quartum, quod sit de legitimo matrimonio natus sup. de elec. cum in cunctis. & sup. eo. eã te. defectus ferę sufficit ad cedendum. sup. de renun. nisi cum pridem. § pro defectu. competens tñ scientia in episcopo toleratur. 3̃. de ele. cum nobis o'im. & c. p̄dicto; nisi cũ pridẽ §. ꝓ defectu. Ignominiosum enim est ep̃o, cũ ipse deberet alios docere, si tunc quærat ab aliis edoceri. in auth. de san. episcõ. §. damus. coll. 9. & prima. q. 7. conuenientibus. & 1. q. 1. vilissimus, & q̃ doctior est & sanctior eligẽdus est. 8. q. 1. licet ergo. & talis debet eligi cuius cõparatione cæteri, grex dicantur. 25. dist. c. vnum orarium. §. nomine autem criminis.

2 Quid. li. 2. de tristibus Quod minime nouit, nemo dare potest. Ioan. Andr.

Quot & qualia in ep̃o requirantur.

DE SACRA VNCTIONE.

¶ Quia ex ordinandis & præficiẽdis aliqui inunguntur, visis de illis, de sacra vnctione videndũ est. Ioan. And.

De hac materia tractatur. 95. dist. & 96. dist. per totum. De secunda parte rubricæ tractatur 64. & 65. di. per totum.



Cvm venissent.] Diuidit in duas partes principales. in pri. instituit. ecclesia Græcorũ circa materiã vnctionũ. Secũda rñdet ad quęstionẽ principalẽ. Secũda ibi, Licet. Et prima potest subdiuidi in tres prĩcipales. Secuuda; ibi, Scire. Tertia: ibi, Monem⁹. Et in hac prima parte dicit se fecisse. ꝑ tres episcopos. suppleri quod huic episcopo decreat. Io. And.

C A S V S. Quidam 3 episcopus Gręcus ad Apostolicã sedẽ accedẽs, 4 confessus fuit domino Papæ, quod in consecratione sua sacram non acceperat vnctionẽ, vnde Papa qđ illi defuerat, in eo fecit suppleri, scribit ergo Papa super hoc Constantino. patriarchæ, ostẽdẽs quod duæ sunt species vnctionis: exterior, & interior. Exteriore inungitur corpus, interiore cor. & vngit q̃s oleo & chrismate, ostendens quare de vno, & quare de alio & quare epi iungit in capite, & princeps in humero: & q licet fidelis inũgit i scapulis & pectore oleo sãcto añ baptismum; & post baptismũ inungitur chrismate in vertice & fronte, & ostẽdit qđ significant ista, & a quibus debeãt conferri. Dicit etiam quod consecratur altare & calix exemplo beati Siluestri, & authoritate Domini, qui præcepit Moysi vt faceret oleum vnctionis de quo vngeretur tabernaculum. Dicit etiam quod sacramentũ vnctionis, aliud figurat in nouo testamento quam in veteri: vnde nõ iudaizat ecclesia vnctionis celebrans sacramentũ: sicut quidã mentiũtur, qui diuinas non intelligunt scripturas. in fine dicit, quod Romanus pontifex nõ vtitur baculo pastorali. tũ ꝑꝑ historiã, tũ ꝑꝑ mysticã rõnẽ. iste tñ patriarcha poterit vti baculo ad similitudinẽ aliorũ põtificum. Bernardus. No. quod per sacramentũ collatũ infunditur gratia. Itẽ No. scirẽ decretalis de cõsecratione episcoporum, & Regnum, & sacerdotũ, qualiter consecrãtur & inunguntur quomodo & in quibus membris, & de qua vnctione quilibet eorum inungatur, & de significatione vnctionũ. Itẽ no. quod summus sacerdos dr̃ ep̃s.

d ¶ Apud vos] i. apud Græcos. scribit enim patriarchæ Constantinopol.

e ¶ Suppleri.] vt 1. q. 1. c. spirit⁹. sanct⁹. §. ecce qñ ab hęreticis: ergo caute supplẽdi est quod iudicauere omissũ fuerat. 3̃. ti. ꝓx. c. 1. & vlt. vnde nõ dr̃ acti cũ aliqd superest ad agẽdum. C. ad syllanianum, in fi. & 7. q. 1. in h. l.

f ¶ Assistentibus ei duobus.] quia in consecratione episcoporum ad minus tres episcopi debent esse. 66. dist. c. porro. & 3̃. de temp. or. li. archiepiscopus.

3 Hic casus in antiqs codicib. reperitur.

† Cap. vnico; eo. tit. in 3. cõpilatiõe.

† Bramenben. Larraben. Brambe. Sed fortassis legẽdũ: Brãdiribaran. agit enim hic de quodam ep̃o Græco, vt notat Cõtius Bracarẽsis autem eps in Hispania est.

4 Forte i legatione patriarchæ cõstantinopon quærẽtis an posset v... baculo pastorali? cu... Romanus põtifex. n... utatus, v... patet in fi... Io. And.

a ¶ Inung-

est & inuisibilis. Exteriori visibiliter inungit corpus, interiori inuisibiliter inũgitur cor.[a] ¶ De prima Iacobus Apost. ait: Infirmatur[b] q̃s in vobis, inducat presbyteros eccl'æ, & orẽt sup eũ, vngentes eũ oleo in nomine Dñi: & oratio fidei saluabit infirmũ. De scđa Ioãnes Apostol. ait, Vos vnctionem,[c] quã accepistis ab eo, maneat ĩ vobis: & nõ necesse habetis, vt aliquis doceat vos, sed sicut vnctio ei[9] docet vos de oĩb. † Vnctio visibilis & exterior sign est interioris inuisibilis vnctionis: Vnctio vero inuisibilis & interior, nõ solũ est signũ, sed ẽt sacr̃m,[d] quia si digne sumitur, vel agit[e] vel auget[f] absq; dubio q̃ designat. ¶ Ad exhibendũ aũt exteriorem & visibilẽ vnctionem, benedicitur oleum, qđ d̃r cathecumenorũ vel infirmorũ, & conficitur chrisma, qđ ex oleo fit & balsamo, mystica ratione.[g] Per oleũ .n. nitor conscientiæ designatur, iuxta qđ legitur[h], Prudẽtes virgines acceperunt oleũ in vasis suis cũ lampadibus. Per balsamũ odor famæ exprimitur, p̃p qđ d̃r,[i] Sicut balsamũ aromatizans, odorẽ dedi. Hoc ergo chrismate vngi debet ẽps, non tam in corpore q̃ in corde, vt & interius nitorem conscientiæ quantum ad Deũ; & exterius habeat odorẽ famæ, quo ad proximum[k] De nitore conscientiæ dicit Apostolus; Gloria nostra hęc est, testimonium conscientiæ nostræ. nam oĩs gloria filiæ Regis ab intus.[l] De odore famę idẽ Apost. ait; Christi bonus odor[m] sumus in oĩ loco & alijs sumus odor vitæ[n] in vitam, alijs odor mortis[o] in mortem. Debet .n. episcopus bonum habere testimonium, & ab ijs, qui sunt intus, & ab ijs, qui sunt foris,[p] vt cortina cortinam trahat,[q] & qui audit, dicat, veni. Hoc vnguento caput & manus episcopi consecrantur. Per caput .n. mens intelligitur, iuxta illud,[r] Vnge caput tuũ, & faciem tuam laua. Per manus opera intelliguntur, † iuxta illud, Manus meę distillauerũt myrram. Manus igitur vngitur † oleo pietatis, vt episcopus operetur bonum ad oẽs, maxime autem ad domesticos fidei. Caput aũt vngitur balsamo charitatis, vt episcopus diligat Deũ ex toto corde, & ex tota mente, & ex tota anima, & proximum suum sicut seipsum.[f] Caput inungitur p̃p auctoritatẽ & dignitatẽ, & manus p̃p ministerium & officium. Caput inungitur vt ostendatur illius[t] repræsentare personam, de quo dicitur per prophetam: Sicut vnguentum in capite eius, &c. caput enim viri,[u] Christus, caput Christi, Deus, qui de se dicit, Spiritus Domini super me, eo quod vnxit me, euangelizare † pauperibus misit me. ¶ Manus episcopo inunguntur, vt ostẽdatur accipere potestatẽ benedicendi & consecrandi. Vnde cũ eas consecratur inũgit: Cõsecrare[x] (inq̃t) & sãctificare digneris Dñe manus istas per istam vnctionẽ & per nostram be-

a ¶ Inungitur cor.] Immo anima, sed hoc ideo dicit, quia anima sedem habet in corde principaliter: vel potius quia non fructificat vnctio in anima, nisi ex corde & voluntate procedat. vincen.

b ¶ Infirmatur.] 95. distinctio. capit. presbytero. §. sed illud.

c ¶ Vnctionem.] .i. vnctio figura est antiptosis, cum casus ponitur pro casu sim. 25. distin. capit. vltimo, & 65. distin. cap. 1. ver. omnis. sanctificatio idest, omnem sanctificatum. & infra, de iudi. cap. 1. ver. quem. idest, qui.

d ¶ Sacramentum.] simile de conse. dist. 4. capit. 5. & infra, de celebr. missa. cum Marthæ. §. ex eo. in fine.

e ¶ Agit] scilicet salutem.

f ¶ Auget] iuxta illud. Super ęgros manus imponent, & bene habebunt. & vere auget sicut continuatio. infra. eod. ca. vertim. quia per eam spiritus sanctus ad augmentum datur. & robur. &c.

g ¶ Mystica ratione.] prout statim sequitur.

h ¶ Legitur.] in Euangelio sancti Matthæi.

i ¶ Dicitur.] in lib. Sapientiæ.

k ¶ Quo ad proximum, ita duo necessaria sunt. 12. quæstion. prima, nolo. & 11. quæstion. 3. non sunt audiendi.

l ¶ Ab intus.] procedit, supple, vnctio.

m ¶ Bonus odor.] idest, exemplum, & imitatio Apostolorum; quoniã Apostol. per prædicationem & famam inuitabant homines ad salutem. verba ista habes. 23. q. 4. Nabuchodonosor. & dicitur bonus odor prædicatio bonorum, quam quidã ex charitate suscipitur: & inde isti in anima viuunt: vñ dicit, Alijs sumus odor vitæ in vitam, s. æternã. Alij vilipendunt & contẽnunt prædicationem bonorum, & isti de tali contemptu mortem incurrunt animę. vnde dicitur, Alijs sumus odor mortis in mortem scilicet ęternam, & ita ex eodem bono odore alij saluantur, & alij pereunt.

n ¶ Vitæ] id est, dilectionis & bonę opinionis ducentis eos in vitam, scilicet ęternam.

o ¶ Mortis.] i. inuidiæ, & malæ opinionis ducentis eos in motem .s. æternam.

p ¶ Foris.] simile 8. q. 1. licet ergo. & 63. distin. plebs Diotrensis. & cap. nosse, &c. vota ciuium & c. vlti. & de conse. distin. 1. iubemus.

q ¶ Vt cortina cortinam trahat.] i. vt fidelis trahat infidelem. 28. quæ. 1. nam nunc.

r ¶ Iuxta illud.] Euãgelij. vel dic iuxta illud in Canticis canticorum.

s ¶ Sicut seipsum.] i. ad id quod seipsum hoc aduersariũ: sicut, non est similissimum: quia ordinata charitas prius debet incipere à seipso. 23. qu. 5. si non licet. vnde primo debet quis facere eleemosynam sibi, deinde proximo. de pęn. distin. 3. sane cauendum C. de serui præses.

t ¶ Illius.] scilicet Christi.

v ¶ Caput enim viri.] 33. q. 5. cum caput.

x ¶ Consecrare, inquit.] hæc benedictio dicitur ab episcopo dum consecrat manus presbyterorum: sic communis est hæc benedictio episcoporum & presbyterorum. 16. quæstione. 1. generaliter. §. ecce.

Concord. tex. cum gl. in l. si quis Titio. ff. de cog. 2.

Iac. 5.

Ioan. 2.

† In multis impssis additur hæc duo verba: ita faciatis. Sed male, nec sunt in manu scriptis.

Matth. 25.

Eccl. 24.

2. Cor. 2.

2. Cor. 2.

Matth. 6.

† designatur.

Cantic. 5.

† vnguntur.

Sicut non semper est similitudinẽ. i. nõ dicit omnimodam similitudinẽ.

Psal. 132.

1. Cor. 11.

Luc. 4.

† al. ita: ad euangelizandum.

nedictionem, vt quęcunq; consecrauerint, consecrentur; & quæcunq; benedixerint, benedicātur in nomine Domini.

¶ *Tractat de vnctione regū, & de differentijs in vnctione inter reges & pontifices. Pan.*

¶ Vnde in veteri testamēto non solū vngebatur sacerdos, sed ēt rex & propheta; sicut in libro Regū Dñs præcepit Heliæ, Vade & reuertere in domum † tuā p desertū in Damascum; cumq; perueneris il luc, vnges Hazael Regem super Syriam, & Iehu filiū Namsi, vnges Regē super Israel; Eliseum autē filium Saphat, qui est de Abel-Meula vnges prophetā pro te. Sed vbi a † Iesus Nazarenus (quē vnxit b Deus Spiritu S. sicut in actibus Apostolorum legitur) vnctus est oleo pietatis † pro cōsortib. suis, q̄ sm Apostolum est caput ecclesiæ, quę est corpus ipsius, principis vnctio à capite ad brachium est translata; vt princeps ex tunc c nō vngatur in capite, sed in brachio, siue humero, vel in armo, in qb. principatus congrue designatur, iuxta illud q̄ legitur, Factus est principat9 sup humerum eius, &c. Ad quod ēt significādum Samuel fecit poni armum ante Saul, cui dederat locum in capite ante eos, qui fuerant inuitati. In capite vero pontificis sacramētalis est delibutio † conseruata, quia personam d capitis in pontificali officio repræsentat. Refert autē inter pontificis & principis vnctionem, quia caput pontificis chrismate consecratur; brachium vero principis oleo delinitur, vt ostendatur quanta sit differentia e inter auctoritatem pontificis & principis potestatem.

Tractat de Christianorum omnium vnctione.

¶ Quia vero Christus fecit nos in sanguine suo Deo nostro regnum sacerdotes, (pp q̄ Petrus † Apostolus ait, Vos estis genus electū regale sacerdotium) idcirco in nouo testamento non solum Reges & sacerdotes vnguntur, sed ēt oēs Christiani, bis ante baptismum, s. oleo benedicto, primum in pectore, deinde inter scapulas, bis post baptismum, s. chrismate sancto, primum in vertice, demum in fronte. f In pectore g nāq; baptizādus iungitur, vt per sancti Spiritus donū abijciat errorē & ignorantiam, & suscipiat fidem rectā, quia iustus ex fide viuit. Inter scapulas, vt per Spiritus sancti gratiā excutiat negligentiam & torporem, & bonam operationem exerceat, quia fides sine operibus mortua est; ut per fidei sacramentum, sit munditia cogitationum in pectore, & per operis exercitium sit fortitudo laborum. In scapulis, quatenus fides per dilectionem, secundum Apostolum operetur. In vertice vero baptizatus inungitur, vt sit paratus omni petenti de fide reddere h rationem, quia per caput intelligitur mens, iuxta q̄ legitur. Oculi sapientis in capite eius, cuius superior pars est ratio, & inferior est sensualitas. vnde bene per verticem, quę est superior pars capitis, intelligitur rō, quæ est superior pars mentis. In fronte vngitur baptizatus, vt libere confiteatur qđ credit, quia corde creditur ad iustitiam, ore vero fit cōfessio ad salutem, memor eius qđ Dñs ait; Qui me cōfessus fuerit coram hoibus, &c. Ante baptismum ergo vngitur oleo benedicto, & post baptismum chrismate sancto, quia chrisma soli competit Christiano. Christus † enim a chrismate dicitur, vel potius a Christo dicitur chrisma; non secundum nominis formam, sed secundum fidei rationem. A Christo † vero Christiani dicuntur, tam quam vncti deriuentur ab uncto. ut omnes concurrant in odorem illius vnguenti, cuius nomen oleum est effusum.

¶ *Tractatur de vnctione chrismatis post baptismum quæ dicitur confirmatio.*

¶ Per frontis chrismationem, manus impositio designatur; quæ alio nomine dicitur confirmatio, quia per eam Spiritus sanctus ad augmētum datur & robur; vnde cum cęteras vnctiones simplex i sacerdos, vel presbyter valeat exhibere, hanc k non nisi summus sacerdos l i. est episcopus † debet conferre; quia de solis Apostolis legitur (quorum vicarij m sunt episcopi) quod per manus impositionem Spiritum sanctum dabant; quemadmodum actuum Apostolorum lectio manifestat.

Cum

---

a ¶ Vbi.] i. postquā.
b ¶ Vnxit.] Mystica fuit & inuisibilis vnctio Christi: quia nec in regem nec in sacerdotē fuit vnctus ... q. 7. cap. testes. §. his ita ...
c ¶ Ex tunc] i. ex tempore Christi.
d ¶ Personam capitis.] i. Christi, qui est caput ecclesiæ.
e ¶ Differentia. qđ ostēditur. 96. di. duo sunt, & j. de maioritate, & obedi. solitæ.
f ¶ In fronte.] vt de consec. dist. 5. de his. & c. nouissime & ca. manus i.u. quibus habet significatio statum vnctionum.
g ¶ In pastore] de consec. dist. 4. deinde & c. presbyteri.
h ¶ Reddere rationem] vt 36. dist. c. q. ecclesiasticis. §. ecce. ad finem.
i ¶ Simplex sacerdos.] de consec dist. 4. presbyteri.
K ¶ Hanc.] scilicet confirmationem in fronte soli episcopi conferunt. s. de consue. quanto. vbi de hoc argu. contra 95. dist. puenit. vbi presbyteri chrismabant in fronte. Sol. illud cōcessit Greg. dispensatiue ad tps pp scandalum, vt ibi expresse patet: alias sacerdos nihil conferret, vt in c. quanto.
l ¶ Summus sacerdos.] id est, episcopus. 5. q. 7. accusatio.
m ¶ Vicarij.] 68. dist. quorum vices.

† scilicet ea ...one qua alij reges vel sacerdotes visibiliter vngebantur & ita vt loq. Gratianus hic citatus.

1. Reg. 19.

† ibi: vitam habetur.

† al. ita: Sed vbi Iesus venit Nazarenus &c.

Act. 10.
Eccl. 1.
Col. 1.

† Dictio pietatis, deest in antiquis.

2 Vide concil. Trid. sessio. 7. de cōfir. can. 3.

Psal. 9.
1. Reg.

† In vno solo manuscr. erant. delinitio. sed recētibus. litteris, ī ceteris delibutio.

1. Pet. 2.

† Vox, Petrus: est in omnib. manuscriptis.

Heb. 10.
Abac. 11.
Iacob. 2.
Gal. 5.
Eccl. 2.
Rom. 10.
Mar. 10. & Matt. 16.

† Hoc tradit B. Augustin. tractatu 33. super Ioannem.

† Vide B. Augustinū tractatu 113. sup Ioannem.

† Episcopus enim ordinarius minister est huius sacramēti. Côci. Trid. sess. 7. de cōfirma. can.

a ¶ In qua.] simplex relatio est hic sicut ibi, munere saluauit, quæ damnauit, qm̄ alia fuit columba quæ detulit ramum oliuæ in arca Noe, & alia quę descendit super Christum dum bapt. aretur.

2 Hæ duæ glossulę nō sunt in antiq. libris.

b ¶ In cataclys. no.] id est, in generali diluuio siue tempore diluuij.

c ¶ Reuertens.] i. ad arcam Noe.

d ¶ Aliud quidē.] & sic colligit hic q aliū ordinē habuit in substantia olim Leuita, & aliū hodie: aliàs videretur ēt in ecclesia iudaizare in identitate.

e † Pastorali.] de cōsec. dist. 1. nullus episcopus. & 45. di. disci p'ina. Ber.

f ¶ Propter historiā.] Martialis unus de discipulis Petri, quem posuit Dñs inter discipulos cum dixit: Nisi efficiamini sicut paruulus iste, non intrabitis in regnū cęlorum, & quem postea Petrus cum alio s. Matthæo ad pdicādum misit in Germaniam, qui cū iret, mortuus est, & redijt collega ad Petrū, & Petrus ait: Accipe baculum, & tangens eū dic vt i noīe Dñi surgat & pdicet, & iuit. xl. die à tpe mortis tetigit eū. & resurrexit & prædicauit, & ita Petrus remouit à se baculum, & dedit subditis. Designantur 2 aūt per baculū ea q̄ his versib. comprehenduntur.

In baculi forma præsul datur hac tibi norma:

Attrahe per primum medio regi, punge per imum

Attrahe peccantes, rige iustos, punge vagantes.

Attrahe sustenta, stimula, uaga, morbida, lenta.

Vincentias.

g ¶ Mysticam rationem.] quia baculus habat in summitate recuruationem, quasi ad trahendum; quod non est necessarium Romano Pontifici: qa nullus ab illo diuertere potest finaliter: 3 qa ecclesia non pt esse nulla, 24. q. 1. pudēda. in fi. Vel qa p baculum designat coerctio siue castigatio, iō alij pōtifices recipiūt à suis superioribus baculos, qui ab hoīe 4 ptāte recipiunt. Romanus Pōtifex non vtit baculo. quia potestatē à solo Deo recipit.

Act. 8. Matt. 4. Mar. 1. Luc. 3.

Gen. 8. Psa. 108.

2 Vide pro intelligētia huius glossæ Innocentiū, lib. 1. mysteriorum miss. c. 62.

Exod. 30.

3 Puto glossam respexisse ad illud Euangelij; Et erit vnus pastor & vnum ouile.

Cum audissent (inquit) Apostoli qui erant Hierosolymis, qa recepisset Samaria verbū Dei, miserūt ad eos Petrū & Ioannem qui cum venissent, orauerunt p ipsis, vt acciperēt Spiritum sanctum, nondū n in quemquā illorum venerat, sed baptizati tantū erant in nomine Dñi Iesu; tunc imponebant manus super illos, & accipiebant Spiritum sanctum, cuius aduentus p vnctionis ministeriū designatur quia columba in qua[a] Spiritus sanctus super Christū in baptismo descendit ad vesperū in cataclysmo[b] reuertens[c] ramum retulit virentis oliuę, cuius vtique sacramentum Dauid propheta prænoscens, ex hilarandam faciem in oleo prædicauit.

¶ Tractat de consecratione altaris. Abbas.

¶ Vngitur præterea sm ecclesiasticum morē, cum consecratur altare, cū dedicatur templum, cū benedicitur calix: non solum ex mandato legis diuinæ, verum etiā exemplo beati Siluestri, qui cum consecrabat altare, illud chrismate perungebat, pręcēpit enim Dominus Moysi, vt faceret oleum vnctionis, de quo vngeret testimonij tabernaculum, & arcā testamenti, mensamque cum vasis.

¶ Verum vnctionis sacramētum aliud † q dem[d] efficit, & figurat, tam in nouo, quam in veteri testamento, vnde non iudaizat ecclesia, cum vnctionis celebrat sacramentū, sicut aliqui mentiuntur, qui neque scripturas neq; Dei nouere virtutem.

¶ Monemus igitur, vt illum in ordinandis presbyteris, & consecrandis episcopis morem serues, & scias obseruari, quē Apostolica sedes obseruat: & iusta.

¶ Licet † Romanus Pontifex non vtatur baculo pastorali,[e] etū pp historiā[f] tum pp mysticam[g] rationem, tu tamen ad similitudinem aliorum pontificum poteris eo vti.

DE SACRAMENTIS NON iterandis.

TITVLVS XVI.

De sacramentis † non iterandis.

¶ Innocentius tertius.

¶ In ordinato in subdiaconum siue manuum impositione & confirmatio non chrismatis, sed olei vnctione, non fiet iteratio, sed supplebitur prætermissum.

CAP. I.

Pastoralis. † & infra.

¶ Præterea nos consulere uoluisti, an permitti[h] debeat ministrare, qui sine im-

¶ Dicto de sacramento vnctionis, qa sunt quædam sacramenta q non iterant, ne per iterationem fiat iniuria sacramento prius collato iō, &c. Qualiter aūt dicat iniuria fieri sacramēto, vide gl. de apost. cap. 2. de cōse. dist. 4. ostendit. Vel qa in sacramentis, q̄ iterant si vnctio fiat in eis, iterat unctio, alias nō: iō, &c. De hac materia habet 68. dist. ecclesijs. §. q ergo cum seq. 1. q. 7. saluberrimum, in fi. de conse dist. 4. quib. &c. Io. And.

Adoralis.] Duę sunt partes. Secūda. ibi. Ad q. Et prima subdiuiditur. Secunda ibi, Et sit. Io. And.

CASVS. Quidam fuit promotus ad ordinē subdiaconatus sine manus impositione, q̄situ fuit an p mitti dēat ministrare in tali ordine. Itē qdā fuit per errorē vnctus oleo, cum deberet inungi Chrismate, quæritur verū sacramentum confirmationis debeat in eo iterari? Respōdet Papa quod in talibus non est aliquid iterādum, sed supplendū quod incaute fuerat ptermissum. Not. q non dī iterari quod prius factū non fuit. Itē quæ omittuntur in ordinibus conferendis suppleri debent.

[Gl. seq. recitetur per obiectionis, & solutiones.]

h ¶ Permitti.] ad hoc non vr rñdere: sed pia q antequam supplēat ista, ministrare nō dēt. 12. di. solicitudo, & satis vr rñdere ex eo qđ dicit litteras suppleri: quia non dicitur actum cum aliquid superest ad agendum. 7. q. 1. illud, & c. nihil, & C. ad Syllania. l. penul. in fin.

4 Et recuruatio designat eū qui nō bene rexerit ab eo q dedit baculū recuruandū, i. remouendum: q in Romano Pontifice locū non habet. Ioan. And.

† In codice Barbatiæ ita aliud qdem efficit, & aliud figurat, tam &c.

† Et licet.

† In quibusdem codicibus magis vetustis ita: de sacramentis iterandis vel nō vnus solus, ita: De sacramētis iterandis uel non iterandis.

† Ca. 1. eo. ti. in 3. cōpilat.

positione [a] manuum fuerit ad ordinem† subdiaconatus † assumptus. ¶Et† si confirmationis sacramentū in eo debeat iterari, q per errorem fuit nō chrismate sed oleo delinitus. ¶Ad ꝙ breuiter duximus respondendū, ꝙ in talib. nō est aliqd iterādū,[b] sed caute supplendum [c] ꝙ incaute fuerat ṗtermissum.

¶Hon. iij. archiepiscopo Londoñ. † & eius suffraganeis.

¶Prohibet sepultos à schismaticis exhumari, vestimenta cum quib. celebrarunt, iterū benedici, & altaria in quib. celebrarunt iterū consecrari.

CAP. II.

A Nobis humiliter quęsiuistis ꝙ fieri debeat de mortuorū corporib. q tempore schismatici, & reprobi Vualdemari a schismaticis sunt sepulti: † & de indumentis sacerdotalib. cum quib. necnon de altarib. in quib. degradati presbyteri celebrarunt.

¶Nos aūt inquisitioni vestrę breuiter respōdemus, ꝙ nō credimus ob hoc dūtaxat sepultos huiusmodi exhumandos. [d] aut debere indumenta talia iterū benedicis: [e] vel reconsecrari altaria [f] supradicta.

¶Gre. ix. archiepo Londoñ. †

¶Si in ordinatione presbyteri uel diaconi, manus impositio fuerit prætermissa statutis tēporibus supplebuntur.

CAP. III.

PResbyter & diaconus cum ordinantur, manus impositionem [h] tactu corporali ritu ab Apostolis [i] introducto recipiunt ꝙ si omissum fuerit, non est aliquatenus iterandū sed statuto tempore ad huiusmodi ordines conferendos caute supplendum, [k] quod per errorem extitit prætermissum. †

¶Suspensio [l] † autem manuum debet fieri, cum oratio super caput effunditur ordinandi.

[Glo. seq. signat contrarium, & soluit.]

a ¶Impositione.] quā solus episcopus facere potest diaconus 23. distin. diaconus. Sed contra. 23. dist. subdiaconus, vbi dicitur quod subdiaconus non recipit manus impositionem, sed illud c. loquitur de impositione manus consecratoria, quæ nō datur subdiacono, sed hæc impositio manus est quædā benedictio sic accipit 69. dist. quoniam, & 1. q. 1. manus.

† ordinationem.

† In duob. vetustiorib. legitur, diaconatus.

b ¶Iterandum.] & sacramentum nō debet iterari, ne sacramento fiat iniuria, de consec. dis. 4. ostenditur, & 1. q. 1. quod quidam.

† Hæc est alia quæstio.

c ¶Supplendum.] sic ȷ̃. proxim. circa prin. & 1. q. 1. cap. Spiritus sanctus. §. ecce. & ȷ̃. eo. presbyter.

† al. archiepiscopo. Lugduñ. &c.

A Nobis.] Sūt duæ partes quarum quælibet subdiuidi potest in tres. Secunda: ibi, Nos autem. CASVS. Quædam corpora defunctorū sepulta sunt à schismaticis tempore cuiusdam schismatici Vualdemari: quæritur vtrum debeant exhumari. Item quidam presbyteri degradati celebrauerunt cum indumentis sacerdotalib. sup altaribus: quæritur vtrum altaria debeant reconsecrari, & vestes benedici? Respon. Papa ꝙ corpora defunctorum ṗdictorum non sunt exhumanda, nec vestes benedicēdæ, nec altaria supradicta reconsecranda. Not. ꝙ vtile per inutile non vitiat. Item no. ꝙ propter defectum personæ ornamenta ecclesiastica non polluuntur.

† In codice Barbariæ, post verbum sepulti, habentur hæc verba: verū debeant exhumari.

d ¶Exhumandos.] propter hoc corpora exhumari nō debent: quia illius non nocet talis sepultura dummodo aliàs boni fuerint 1. ȷ̃. de sepul. sacris. & 13. q. 2. animæ defunctorum.

1 Vnde dicunt Inno. & Host. ꝙ si tales fuissent in culpa, ut quia elegissent à talibus sepeliri, grauiter peccassent, & exhumandi essent. arg. 88. dist. cap. fi. & 90. dist. c. fi. Io. And.

[Glo. seq. recitetur per. q. & solutionem.]

e ¶Benedici.] indumenta propterea iterū benedici non debent: ex quo semel cōsecrata sunt. Et hæc fuit dubitatio: quia vestimentis ecclesiæ, alij quam sacrati homines uti non debent, de conse. distinctione 1. ca. vestimentà. sed vestimenta propterea non polluuntur.

f ¶Altaria.] iterum ṗp hoc reconsecrari non debent de consec. dist. 2. si motum, & c. ecclesijs, quia ṗp hoc non sunt execrata, sicut nec ecclesia, licet polluat sanguine de conse. dist. 1. ecclesijs.

PResbyteri] CASVS.] Dicitur in hoc. c. ꝙ quando presbyter & diaconus ordinant, recipiunt per tactum corporalem manus impositionem, ritu introducto ab Apostoli. qđ si fuerit omissum, statuo tempore ad huiusmodi ordines conferendos [l] debet caute suppleri qđ per errorem extitit ṗtermissum: nec debet Propterea aliquid iterari, suspensio manuum tūc debet fieri, cū oratio super caput effundit ordinandi. Not. quod presbyter, & diaconus per manus impositionem debent ordinari. Item no. quod ordinatio sacerdotis & diaconi introducta est exēplo Apostolorum. Item nota quod licet in conferendo sacramento sit defectus, non tamen reiteratur quod legitimè factum est: sed suppletur defectus. Item not. quod suppletio ordinis non debet fieri, nisi in diebus constitutis ad ordines faciendos: & sic no. quod idem est in parte quod in toto. Item no. quod duo imperfacta faciunt vnum perfectum.

† al. Lugduñ.

g ¶Ordinant.] manus ṗsbyteri, & diaconi chrismatis liquore perungi non debent, ut 23. distin. præterea.

[Gl. seq. ponit differentiam in manus impositione presbyterali & diaconali.]

h ¶Impositionem.] sacerdotibus, & diaconis manus imponitur. 23. distin. quondam, & eorum consecratio similis, est 15. q. 1. a. generaliter. §. ecce euidenter, sed differentia est quia episcopus & omnes presbyteri, qui ibi sunt, super caput ipsius presbyteri ordinandi, manus imponunt. 23. dist. presbiter cum ordinatur. diacono vero solus episcopus manus super caput illius ponit, vt dist. eo. c. diaconus.

† Vide l. q testamento, ff. de excu. tuto.

† al. impositio sed in pluribus & vetustiorib. suspēsio, qđ videtur hic agnoscere, glossa.

i ¶Ab Apostolis.] Apostoli enim cū de ṗcepto Spiritus sancti Paulum & Barnabam mitterent ad Euangelium prędicādum gentibus, manus eis imposuerunt: & ideo ritu introducto ab Apostolis. presbyteris, & diaconis manus imponunt, vt dicitur 7. dis. quod dic dominico similiter ordinatio episcoporum siue consecratio, ab apostolis, scilicet Petro, Iacobo & Ioanne introducta est dantibus formam successoribus 65. dis. porro.

Presbyteris & diaconis qualiter manus imponantur.

k ¶Supplendum.] ȷ̃. eod. pastoralis.

l ¶Suspensio.] quando episcopus incipit orationem ad benedicendum sacerdotem, tunc presbyteri omnes qui primo tangebant caput, debent eleuare manus, ita ꝙ non tangant caput ordinandi, quod ex ipso facto melius patet qualiter debeat fieri quam aliquo iure exprimatur, sic ȷ̃. de dona. apostolicæ, quædam enim sunt, quæ melius possunt intellectu percipi, quam locutione exprimi. ṡ. de solu. ratum, ff. de rem ratam haberi, qui enim. §. Iulianus.

DE

DE FILIIS PRESBYTERORVM.
¶ Vidimus de ordinandis, qui ex varijs causis impendiuntur, inter quos est vitium originis ideo. &c.
De ista materia habetur. 56. dist. per totum. & repetitur in 7.

VT filij.] Duæ sũt ptes. Secũda ibi, Sed neq; non faciẽs ad titulũ. Prima pars duas phibitiones ponit, & à prima vnum casum excipit, ibi. Nisi. Io. And.

CASVS. Primo dr̃ ꝙ filij presbyterorũ non promoueantur ad sacros ordines nisi fuerint monachi, vel in canonica congregatione regulari laudabiliter cõuersari. Secũdo dr̃ ꝙ ꝑlaturas nullatenus hr̃e possunt. Tertio dr̃ ꝙ serui nõ sũt ordinãdi, nisi à dñis suis prius donentur plenaria libertate. Ex hac decretali no. ꝙ ingressus monasterij, tollit irregularitatẽ prouenietẽm ex alterius dilecto. Itẽ filij presbyterorũ ꝑlaturas hr̃e nõ pñt. Item serui ordinari non debent, nisi fuerint manumissi.

a ¶ Vt filij.] supple, statuimus.

b ¶ Ex fornicatione.] simi. s̃. de elect. cum in cuncti. ȷ̃. de ser. non ordin. consuluit. & 35. q. 3. de incestis.

c ¶ Prælationem.] sic. ȷ̃. eo. c. vlt. sine dispẽsatione sedis Apostolicæ, vt ibi.

d ¶ Neq; serui.] ȷ̃. de seruis non ordinan. consuluit.

AD præsentiã nostram.] Prima narrat subreptitiam impetrationẽ, circa quam secũda dat iudicem: ibi, Ideoque.

† In vno vetustissimo ita. De filijs presbyterorũ non ordinandis, nec in paternis ecclesijs tolerandis. In alio ita: De filijs ꝑsbyterorum & alijs illegitimè natis ordinãdis uel non.

† Cap. 1. eo. tit. in 1. cõpilat.

† Gradu.

† Viuant.

† Post concil. Lateran. sub Ale. iij. par. 19. ca. 3. & c. 2. e. tit. in 1. compilatione.

TITVLVS XVII.

De † filijs presbiterorum ordinandis, vel non.

¶ Ex concilio Picta.

¶ Illegitimus non ordinatur, nisi vt religiosus fiat: nec tũc præficitur, id est, ad prælaturam non habilitatur.

CAP. I.



VT † filij a ꝑsbyterorum, & cæteri ex fornicatione b nati, ad sacros ordines † non promoueantur: Nisi aut monachi fiant, uel in congregatione canonica regulariter viuentes, † ꝑlationẽ c vero nullatenus habeant. Sed neq; serui, d nisi a dñis suis libertate donentur.

¶ Alex. iij. Lincoñ. electo.

¶ Illegitimus filius sacerdotis, qui hoc tacito per rescriptum apostolicum paternam ecclesiam impetrauit, remouetur ab illa.

CAP. II.

AD † præsentiam nostrã accedens R. presbyter, tacito, e ꝙ esset filius sacerdotis, ĩpetrauit a nobis, vt i ecclesia, in qua pr̃ eius ministrauit, existeret capellanus. Ideoq; mãdamus, quatenus si tibi constiterit, ꝙ memoratus R. sit in sacerdotio genitus, & ꝙ pr̃ † in eadem ecclesia ministrauit: f nõ obstãtib. g ꝑdictis litteris nr̃is, ipsum amoueas ab eadẽ.

¶ Idem.

¶ Non potest filius sacerdotis ecclesia paterna præesse. hoc dicit cum seq.

CAP. III.

PRæsentium † auctoritate iubemus, ut filios sacerdotum in ecclesijs paternis h ministrare, uel eas qualibet occasione obtinere nullatenus patiaris: i sed ipsos ab ecclesijs, in quibus patres eorum ministrasse noscuntur, studeas penitus amouere.

¶ Idem Vigoreñ. episc.

¶ Idem dicit.

CAP. IIII.

COnquerente † nobis M. clerico: k & infra. ¶ Fraternitati tuæ mandamus, quatenus si publicũ est & notorium, l patrẽ R. clerici habuisse in prædicta † ecclesia personatũ,

CASVS. R. presbyter accessit ad Papã tacito ꝙ esset filius sacerdotis: impetrauit vt capellanus existeret ĩ ecclesia, in qua pater suus ministrauit. significatum fuit dño Papæ ꝙ cum esset in sacerdotio genitus, veritate tacita litteras impetrauit. Vnde mandat Lincoñ. epo, quatenus si constiterit ei quod dictus R. presbyter sit sacerdotio genitus, & ꝙ pater eius in eadem ecclesia ministrauit, remoueat filium ab illa ecclesia, non obstantibus litteris prædictis. No. ꝙ litteræ veritate tacita impetratæ non valent.

e ¶ Tacito.] & ideo non valuerunt litteræ sup. de rescri. super litteris 1. & 25. q. 2. & si legibus.

1 Maxime beneficiales de hoc eod. ti. ad audientiam. Ioan. And.

f Ministrauit.] nullo medio: qa si media persona interuenisset, secus esset. ȷ̃. eo. c. transmissa & c. ad extirpandas. ex tunc. n. si fuisset legitimus, licite posset ibi ministrare: aliàs non. inf. eo. c. si.

g ¶ Non obstantibus.] quia impetratæ sunt tacita veritate. simile supra de ætate & quali. eã re. secus si ex certa scientia illum recipi mandasset. Et sic est arg. ꝙ nõ est semper obediendum litteris sine mandato Papæ. arg. s̃. de rescr. si quãdo. ꝙ cap prædicto, eam te.

ADDITIO. Item est arg. hic ꝙ litteræ impetratæ tacita veritate non conferũt iurisdictionem.

PRæsentium.] CASVS. prohibet hic Papa ne filij sacerdotum debeãt ministrare in ecclesijs paternis, vel ea aliqua occasione detinere, sed inde penitus amoueantur. Not. filium in paterna ecclesia non posse ministrare.

h ¶ Paternis.] idem iuris est de alijs. ȷ̃. e. ca. ult. unde supplet maxime.

i ¶ Patiaris.] nisi habeant illas per dispensationẽ Apostolicæ sedis. ȷ̃. eo. c. ex tua. & c. pe. & vlt. Et idem est si fuit perpetuus vicarius. inf. eo. constitutus. aliàs expellantur, & alijs idoneis cõferãtur ȷ̃. eo. c. ult. De hac materia dicetur. ȷ̃. eo. c. vlti.

COnquerente.] CASVS. Mortuo presbytero ecclesiæ sanctæ Mariæ, M. clericus fuit præsentatus ad eam a patrono R. filius dicti presbyteri impediebat eius institutionem, vnde dictus M. conquestus fuit Papæ. mandat Papa si publicum est & notorium patrem dicti R. habuisse personatum in dicta ecclesia, filius eius nullo modo instituatur ibid. & si institutus est, remoueatur. Not. ꝙ filius portat iniquitatẽ patris; quod verum est temporaliter, non autem æternaliter.

K ¶ M. clerico.] qui præsentatus erat a patrono ecclesiæ. & iste R. molestabat eum super illa ecclesia ĩ qua pater eius nullo medio ministrauerit.

l ¶ Notorium.] Qualiter dicatur aliquid notorium esse, habes. inf. de coha. clerico. & mulie. c. vlt. quia si ibi ministrauit, non potest esse notorium. s̃. de trans. prælato. quanto.

† Concilii Trid. ses. 25. in decreto de reformatione, c. 15. idem sanciuit.

† Post conc. Lateran. sub Ale. iii. par. 19. c. 4. & c. 3. eo. ti. in j. compi. Concilium Trid. proxime citatũ. Cõciliũ Lateran. sub Innocen. ij. c. 31.

¶ Post concil. Lateran.

a ¶ Amouere.] cũ nõ ostendat dispensationẽ Apostolicæ sedis, vt dictum est. s̃. ca. proxi. & idem hic dicas.

VEniens.] Sunt duæ partes. Prima ponit querelam clericis. Secũda: ibi, Idoneoq; prouidet distinguẽdo. Secundum membrum: ibi, Verum. Io. And.

CASVS. Eps Londoñ. ordinauit N. clericum, in presbyterũ, ad capellã sancti Laurentii, quam cõcessit eidem, postmodum vero ipsum spoliauit eadem, pro eo ꝙ pater eius in ipsa ecclesia ministrauit. Sacerdos ille significauit hoc domino Papæ vnde mandat Papa eidẽ epõ, quatenus si constitit ei qñ ecclesiam ei concessit, ꝙ pater eius presbyter in ipsa ecclesia ministrasset, ipsã sibi restituat, & in pace dimittat, amoto alio si quem in ea instituit. Sed si hoc ignorauit. ex quo cum ad ipsam ordinauit, eam sibi restituat, donec in alia ecclesia sibi prouideat vnde honeste valeat sustentari. Nota. in omnibus decretalibus istis, ꝙ filius non debet succedere patri in ecclesiis paternis. Item qui scienter ordinat indignum, compellitur ei prouidere.

† Post concil. Laterã. sub Alexã. iij. par. 19. c. 5. & c. 6. eo. ti. in 1. compilatione.

† Prescripta legitur in omnib. antiquis.

b ¶ Ministrauit.] maxime. j̃. eo. c. vlt. ex quo non est legitimus.

[Gl. seq. quærit & dupliciter soluit, iterum quærit, & alleg. pro & contra.]

filium eius ibidem ministrare. aut eiusdẽ ecclesiæ personatum habere nullatenus patiaris, & si iam institutus est ibi, eũ inde non differas amouere.[a]

¶ Idem London. episc.

¶ Episcopus, qui scienter contulit filio sacerdotis paternam ecclesiam, exinde eum remouere non potest.

CAP. V.

VEniens † ad præsentiam nostram N. clericus nobis ꝓposuit, ꝙ cũ illum ad capellam sancti L. quam ei concessisti, in presbyterum ordinasses, ipsum ea postea spoliasti, eo ꝙ pr̃ eius in p̃dicta † ecclesia ministrauit.[b] ¶ Ideoque fraternitati tuæ mandamus quatenus si tibi innotuerit [c] qñ eã sibi dedisti, ꝙ pr̃ eius presbyter in dicta ecclesia ministrasset, ipsam ei restituas,[d] & in pace dimittas, amoto alio, si quẽ instituisti forsitan in eadẽ. ¶ Verũ si hoc ignorans fecisti, † ex quo ad ecclesiã ipsam eum in p̃sbyterũ ordinasti,[e] eam sibi restituas, donec in alia ecclesia sibi ꝓuideas, vñ honeste valeat sustẽtari.

¶ Idem Oxoñ. episcopo.

¶ Gratiam continet: & hoc dicit. Ex quo filius sacerdotis est ordinatus, non debet carere beneficio. Io. And.

CAP. VI.

PRoposuit † nobis R. lator p̃sentium ꝙ cũ ad ecclesiam de Saleb. † à domino fundi fuerit pręsentatus, tu curam animarũ noluisti sibi committere, pro eo quod esset filius sacerdotis. ¶ Cęterum quia indignum est, ut ipse postquã est in subdiaconum ordinatus, omnino dẽat ecclesiastici beneficij prouisione carere:[f] Mandamus, quatenus aliquem honestum presbyterum cum assensu eiusdem[g] clerici inuenire studeas, qui ecclesię seruiat supradi-

—rã. sed hoc præcipit in odium epĩ, qui talem scienter eligit. simile. j̃. de cler. coniug. diuersis fallaciis. & in hoc facit Papa gratiã huic sacerdoti. vt ille eps̃ de cetero tales non promoueat, & cum ignorauerit ipsum fuisse talem, toleratur in eadem ecclesia d̃ gratia. scilicet quousq; prouideatur ei in alia ecclesia. & sic in primo casu propter culpã epĩ dispensat cũ eo Papa, in alio casu tolerat ad tempus.

† Vide l. si. ff. de iur. & fa. igno & l. si res obliga ta. ff. d le. 1.

[Gl. seq. signat cõtrariũ, & soluit. Scd̃o quærit & soluit: contra soluit, & allegat & respondet.]

e ¶ Ordinasti.] arg. ꝯtra. 50. di. ex penitẽtibus, & 81. dist. si q̃ sine. Contra hoc fit ex dispensatione: vt dixi. Nunquid interim est p̃latus? Ita: & habebit omnia. ff. de bo. pos. l. 2. Sed ꝯtra vr̃ ꝙ nõ sit prælatus. prælatura enim ad tempus dari non pot. 55. dist. p̃cepta. sicut nec hæreditas tẽporalis, ff. de adop. si tibi. & ff. de hæred. insti. hæreditas, ff. de reg. iur. actus legitimi. sicut nec libertas, ff. de manumis. testa. libertas, ff. de pe. quęsitum. §. 2. sed hoc intelligitur fieri de mandato domini Papæ: aliàs non esset prælatus.

† Post cõc. Laterã. sub Alexan. iii. par. 19. c. 6. & c. 7. eo. ti. in 1. compi.

† Salab. Salebi. Sabel.

PRoposuit.] Primo ponitur clerici supplicatio. Secundo gratiosa ꝓuisio. ibi, Cęterum Abb.

CASVS. R. clericus à patrono præsentatus fuit ad ecclesiã de Salebera. 2 eps̃ dięc. noluit ei curam animarum committere, pro eo ꝙ esset filius sacerdotis. accessit ad Papã dicẽ, ꝙ esset in subdiaconum ordinatus, rescribit Papa epõ dicens ꝙ indignũ est vt careat beneficio ecclesiastico, qui in subdiaconũ est ordinatus. vnde mandat quatenus aliquem honestum presbyterum cum assensu illius clerici debeat inuenire, qui ecclesiæ ipsi deseruiat, ita ꝙ præfatus R. habeat medietatem omnium beneficiorũ ipsius ecclesiæ: quoniam solus presbyter missarum solẽnia vel alia officia sine clerico non põt celebrare. No. ꝙ in sacris ordinibus cõstitutus nõ debet carere beneficio. Itẽ sacerdos solus sine clerico non dẽt esse.

2 Al. Sabel.

c ¶ Innotuerit.] sed qualiter potuit ei innotescere? Rñ. si ipse fuit ei cõfessus qñ ipsũ examinauit. 22. q. 5. hoc vr̃. Vel dicas innotuit quoquo modo. ff. de admi. tut. quidã decedens. §. vlt. & si episcopus hæc sciebat, non tenebatur ei dicere: quia qui sciuit certiorari non debuit. ff. de actio. emp. & ven. l. 1. in fi. Sed quis ꝓbabit innotuisse epõ? Ille qui dicit & allegat scientiam, debet probare, ff. de proba. verius & 82. dist. proposuisti. sed p̃sumptio est ꝯtra epm̃ qd̃ ipse sciuerit, qui eũ examinauit vel fecit examinari 24. dist. qñ episcopus. & præsumitur ꝙ nihil omiserit de contingentib. 11. q. 3. absit. & s̃. de ætate & quali. accepimus. vnde vr̃ ꝙ ipse debeas ꝓbare se ignorasse simile innotuit, ponit s̃. de rescri. cum contingat. 1

1 Concor. l. verius. cum gl. ff. de probat. & ff. de admin. tu. l. nec autem.

[Gl. seq. obiicit, & soluit.]

d ¶ Restituas.] quia quod benigne contulit, fraudis consilio nõ debuit reuocare. ff. de ædil. edic. ad res donatas. Vin. & de pœ. dist. 1. quantũlibet. simile. 22. q. 2. non enim. & 16. q. 2. visis. Sed nonne põt eps̃ contra factum suũ venire si est illicitũ? Ita vr̃. 35. q. 9. quod qs commisit. & s̃. de elect. nosti. & j̃. de re. ecclesiæ non alie. si quis presbyterorum. & C. de euict. si tibi libe-

[Gl. seq. arguit, allegat 4. iura.]

f ¶ Carere.] & ita est hic arg. ꝙ qui habet ordinẽ debeat habere beneficium. 70. dist. c. 1. & 2. & j̃. de præben. episcopus. & 1. q. 3. si quis obiecerit.

[Gl. seq. obiicit, dat solutio P. secundã per suppletionem, tertiam Vin. & Lauren. demum vacillat quis istorum sit prælatus.]

g ¶ Cum assensu eiusdem] sed quare requiritur assensus illius, & nõ patroni ꝯtra illud 63. d. principali. & c. seq. P. dicit ꝙ patronus eligit solum prælatum, & iste

iste subdiaconus erit prælatus, & ideo [illegible] ex [illegible] j. de iure pat. post [illegible] vel [illegible] ni confer [illegible] principaliter. Vel dicas [illegible] sacerdos erit prælatus, vt dicebant Lan. & Vin. & subdiaconus [illegible] ex dispensatione, & ideo contentus pro nu debet req [illegible] principaliter, & patro[illegible] præsentabit presbyterū de a[illegible] ci: & isti [illegible] ecclesiæ. [illegible] hoc quod [illegible] dictum [illegible] quia ex eo quod dicit [illegible] ipse &c.) sacerdos debet habere de iure administrationem: & secundū hoc satis videtur, q clericus sit p̄latus ex dispensatione Papæ. vt dicit P. & sacerdos erit seruitor ecclesiæ, quod innuit illa littera (q eccl'æ seruiat, &c.) quod satis videtur. sed ex littera potius colligitur quod presbyter sit prælatus, quam clericus, ex eo q dicit, solus presbyter, & ex eo q dicit sine ministri suffragio. Et est arg. quod clerici possunt habere præbendas distinctas & diuersas.

1 Dicebat Phi. in Italia hoc seruari i multis capellis: quæ habent plures clericos nec tñ aliqs istorum habet super alios prælaturam, vnū autem prælatum habet ipsa ecclesia, & non plures. 5. q. 1. in [illegible]. 12. q. 1. [illegible] 12. q. 2. [illegible] Io an. And.

† Post concil. Laterā. sub Ale. iii. pa. 10. c. [illegible] & c. 5. e. tit. in 1. compil.

† Vide Antonium Augusti. in notis collectionis veteris, loco proxime citato.

cle, ita q p̄fatus R. medie tatem omniū beneficiorū p̄dictę ecclesię, eidem in suo ordine seruiendo, pacifice debeat obtinere, nō .n. solus presbyter missarum solemnia, vel alia diuina officia potuit sine ministri suffragio celebrare.

¶ Idem archiepiscopo Cantuarieñ.

¶ Filius præsbyteri potest ecclesiæ cui pater præfuit mediate.

CAP. VII.

EX† transmissa con questione G. clerici percepimus, q ad abbatis de Castris præsentationē, in quo iā bñficio ecclesię de † N. eū in p̄senti recipere distulisti, eo q pater eius in p̄fata ecclesia ministrauit, quo defuncto mediate intercessit p̄sona, cui p̄dictum beneficium est collatum. ¶ Ideoq; mandamus, quatenus si est ita, prænominatum G. ad p̄fatum beneficium admittere non post ponas nō iō minus obseruato Apostolici rescripti decreto, q successionē d in eccl'. Dei hæreditariam detestatur.

¶ Idē Vigoreñ. episcopo.

¶ Filius præsbyteri potest ecclesiæ in qua pater sine titulo ministrauit.

CAP. VIII.

COnstitutus † in præsēti nostra G. clericus supplici nobis insinuatione mōstrauit, q cū capella de Stortoñ. † canonice fuisset adeptus, & eā pluribus annis pacifice possedisset, R. miles ipsum ea sine iudicio spoliauit. e Cūque memoratus clericus exinde apud te deposuisset querela; obiectū fuit ei, q pater suus in capella ministrauit eadem, & infra. Fraternitati tuæ mandamus, quatenus † si tibi constiterit, quod ipsum clericum à capella fuerit prædicta per potentiam laicalem eiectus, f

[Glo. seq. arguit. allegat. 5. aura.]

a ¶ Solus.] arg. q ecclesia dedicari non debet, nisi tantum assignetur eidē, quod duob sufficiat, arg. 7. q. 1. illud & 91. dist. in omnibus, de cons. distin. 1. hoc quoque statutum. & c. nemo, & 1. q. 2. placuit.

EX transmissa.] Primo ponit querelam. Secundo prouidet & soluit obstaculum. Secūda pars: ibi, Ideoque. Ioan. And.

CASVS. Abbas de castris præsentauit Guli. clericū archiepiscopo Cantu. ad ecclesiam de N. sed archiepiscopus eum recipere noluit, eo q pater eius in ipsa ecclesia ministrauit, ipse ad Papam accedēs significauit ei qualiter fuerat repulsus: addēs quod pater eius in ipsa ecclesia ministrauerat, media interueniente p̄sona, mandat Papa eidem Cātuar. archiepiscopo, quatenus si ita est, prædictum G. ad ecclesiam prædictam admittat, nō ideo minus obseruato Apostolici rescripti decreto, quod in eccl'a Dei successionem hæreditariam detestatur. No. q in ecclesia non habet locum successio. Item no. q media persona tollit vitium successionis.

a Concor. l. hæredis. ff. de ver. sig. & l. si. C. de sepul. viol. & gl. in l. 1. in prin. ff. de pet. hæred.

[Gl. seq. notat q nomen hæredis, &c. alle. 2 iura: in contrarium alleg. 4. & soluit.]

b ¶ Media.] nota q nomen hæredis proximum significat, non vlteriorum, sub non semper 2, sed in quibusdam speciebus. ff. de verb. signifi. sciendum vero. C. de pœ. l. honor. arg. cōtra, C. de hære. insti. l. vlt. vbi [illegible] q hæres [illegible] est hæres. & C. [illegible] ff. de [illegible] hæredis. ff. de [illegible] & post. l. 1. [illegible] nomen hæredis, vt [illegible] & [illegible] specialia sunt, & [illegible] ex [illegible] est [illegible] quando [illegible]

c ¶ Obseruato.] [illegible] est, non propter hoc minus obseruat decretū illud quo p̄hibetur filios succedere in paternis ecclesijs, vt s. eod. præsentium. & in ecclesia successio esse non debet. 8. q. prima Apostolica.

d ¶ Successionem.] nota, q hæreditaria successio in filijs [illegible] & etiam in hominibus eiusdem loci consideratur j. de iure patro. consuluit. & j. de inst. ad decorem, & j. de decimis. ad hæc.

† Ca [illegible] in 1. cōpil. & post concil. Laterā. sub Alex. iij. par. 10. c. 9.

† al. de Corbana.

COnstitutus.] Prima ponit querelam. Secunda prouisionem. ibi, Fraternitati.

CASVS. Quidam clericus G. nomine, quandam capellam canonice fuerat adeptus, ut dicebat, & eam pluribus annis possedit quiete, tandem R. miles ipsum spoliauit eadem, & p quod clericus apud ordinarium deposuit querimoniam, obiectum fuit ei, quod pater eius in capella ministrauit eadem: propter quod capellam non potuit rehabere. ipse cōquestus est domino Papæ, dicens q pater eius nec persona nec uicarius perpetuus fuit in ipsa capella, aliquando tñ stetit ibi, sed nullum ius habebat in ea. Mandat Papa episcopo Vigorñ. quatenus si constiterit ei, q dictus clericus à prædicta capella fuerit per potentiam laicalem electus, & quod pater eius non fuerit p̄sona vel perpetuus vicario in ipsa: licet q̄ndoq. ministrassent ibidē, nomine p̄dicti Gul. faciat eum sibi restitui cum fructibus inde perceptis. No. q spoliatus restitui debet cum fructibus p̄ceptis à tempore spoliationis. Item perpetuus vicarius ius dicitur habere in ecclesia, vnde filius eius succedere non potest.

† In multis antiqs ita, quatenus si constiterit, q prædictus clericus, &c.

e ¶ Spoliauit.] quod de iure fieri non potuit 16 q. [illegible] laici &c. contra sanctorum. nec etiam in [illegible] clericorum laici habent potestatem. 23. q. 8. scire. & 12. q. 2. ecclesiarum.

[Glo. sed. obijcit, & soluit.]

f ¶ Electus.] sed cū iste fuerit spoliatus debuit restitui simpliciter antiqua [illegible] de iure suo. [illegible] de restituit. spo. in l. tieris. & cap. item cum quis. & c. ex conque-

conquestione. Sed hoc ideo fit quod mandat Papa inquiri, quia non agebat in se possessorio, sed petitorio & possessorio: quod patet ex ipsa litera in principio: quia dixit se canonice institutum, & iudicio postmodum spoliatum. & ideo de vtroque mādat inquiri: sic ꝭ. de resti. spolia. accepta. aliàs si simpliciter petijsset restitutionem, restitutus fuisset sine causæ principalis cognitione.

[Gloss. seq. ponit duo dicta, ad secundum signat contrarium, & remittit.]

a ¶ Perpetuus vicarius.] Nota quod licet pater temporalis vicarius fuit ibi, non videtur impedimentū pstare filio: quia cum pater nullū habuit titulum vel ius in re, cessat ius successionis. Itē si pater fuerit prælatus, potest ibi esse canonicus filius de legitimo matrimonio natus. ꝭ. e. ad hæc. contrariū videtur dicere. ꝭ. eo. ad abolendum. & ibi de hoc dicetur.

† Post concil. Lateran. sub Alexan. iij. par. 19. c. 10. & c. 11. eo. titu. in 1. compil.

b ¶ Nomine.] pater ministrauit ibi nomine filij, patet q filius erat prælatus: quia is etiā possidet cuius nomine possidetur. ff. de acquirē. pos. quod meo iussi. de interdi. §. possidere infra de resti. spo. cum veniſſet. infra de præscript. si diligenti.

† al. bonæ.

c ¶ Perceptis.] vel etiam qui percipi potuerunt inf. de restit. spol. grauis. vbi de hoc.

† al. habuisse.

Ex tua.] in prima ponitur consultatio. In secunda responsio: ibi, Super quo. Ioan. And.

& q pater eius pfatæ capellę psona seu perpetuꝰ [a] vicarius non fuerit (licet in eadem noīe [b] eiusdem G. qñq; ministrauerit) ipsam sibi cum reditib. pceptis, [c] restituere ñ omittas.

¶ Idem Eboraceñ. archiepiscopo.

¶ Si is cui concessum est a Papa, vt possit dispensare cum filijs sacerdotum circa ecclesias paternæ immediate tenendas, cum aliquo dispensat, ille per litteras iustitiæ postea contra eum impetrates remoueri non poterit.

CAP. IX.

Ex † tua nobis parte ē propositū, q cū olim ad tuam cōsultationem [d] super filijs sacerdotum [a] tales a nobis litteras recepisses, vt eos posses in ecclesijs, quas patres eorū nullo mediante possederant, sustinere, quos probatæ vitæ, & sanæ † conuersationis cognosceres, vel quos lōgo tpe illas tenuisse † cōstaret: quidā ad iudices litteras impetrauerunt, vt si constaret eos esse filios sacerdotū, vel clericorum, qui in proximo ante eos ecclesias tenuerunt, super his imponatur eis appellatione cessante silentiū, & ecclesias istas ipsis [f] assignent, q̄uis in eis se ostendere nequeant [g] per episcopos institutos. ¶ Super quo tibi taliter respondemus, q si per priores lilteras cum aliquibus clericis dispensasti, dispensationem tuam posteriorum litterarum intuitu, nolumus irritari. [h] Alios vero clericos laicæ donationis [i] intuitu in ecclesijs sine auctoritate pontificis sui institui, aut institutos remanere auctoritate Apostolica prohibemus.

CASVS. Archiepiscopus Eboraceñ. obtinuit indulgentiam à domino Papa, vt posset dispensare cum filijs sacerdotum, vt remanere possent in ecclesijs, quas patres eorum nullo medio habuerunt, dummodo essent bonæ vitæ & opinionis, vel longo tempore ecclesias tenuissent. Archieps dispensauit cū aliquibus talium. Post istam dispensationem, quidam ad iudices impetrauerant litteras à Papa, vt si constaret prædictos esse filios sacerdotum vel clericorum, qui proximo ante illos ecclesias tenuerunt, imponerēt illis silentium, & ecclesias illas ipsis impetrantibus assignent. tacita veritate de præmissa dispensatione. Archiepiscopus consuluit dñm Papam, vtrum per litteras illas dispensatio sua debeat reuocari. Respondet Papa, quod si per priores litteras non aliquibus dispensauit, dispensationem illā nō vult per posteriores litteras irritari. In fine prohibet Papa clericos laicæ donationis intuitu in ecclesijs sine auctoritate epi scopi sui institui, & institutos præcipit remoueri. Ab. Nota q dispensatio semel concessa reuocatur. Itē litteræ veritate tacita impetratæ nō valēt. Itē nullus debet institui in ecclesijs sine auctoritate episcopi.

d ¶ Consultationē.] improprie ponit. quia cū respondet cōsultationi, ius cōe ostenditur per responsionem. argu. ꝭ. de vo. & vo. redem. ex multa. & ideo expone consultationē, id est, supplicatione: quia indulgentiam continet hęc decr. & hoc patet ex eo q̄d dicit, ꝭ. dispensasti. [1] & dispēsationem. & probatur hoc ꝭ. eod. c. pen. & vlti. nam Papa tantum cum talibus dispensat, vt ibi dicitur.

1 Vide nota ꝭ. eo. tit. ca. 1. primo rñ-so in fi. li. 6.

e ¶ Eos.] s. cū quib. fuerat dispensatum.

f ¶ Ipsis.] impetrantibus.

g ¶ Nequeant.] hoc ideo dicit, quia de gratia ipsius obtinuerūt litteras, pro istis ecclesijs obtinēdis. Et ex hoc patet, q ecclesias licite retinere non poterant per solam concessionem episcoporum, ex quo Papa mandat eos remoueri: & est uerum. ꝭ. eo. c. vlt.

[Gl. seq. notat dispensationē semel factam, &c.

h ¶ Irritari.] ergo dispensatio semel facta nō est reuocanda amplius, sicut nec iniuriæ remissio. 13. q. 4. si illic. [2] immo benefic. ū decens est esse mansurū, in Auth. constitu. quæ de dign. fi. li. à pa. §. illud quoque. coll. 6. Deus eñ dona sua multiplicat. de pę. d. 1. quātumlibet. & inf. de schisma. fraternitati.

2 Concor. l. sed si vnꝰ §. filio. ff. de iniur. & in l. 1. eo. titu.

¶ Idem Cātua. archiepiscopo, & eius suffraganeis

¶ Si manifestum est, quod filius in ecclesia immediate successit patri, sine aliqua testium receptione, ab illa remouebitur.

CAP. X.

† Cap. 11. e. tit. in 1. compilatio.

Qvoniam † ex sacris canonibus prohi-

i ¶ Donationis.] 1. q. 7. si quis omnem. in fi. immo suspendi debent clerici & communione priuari, qui ecclesias recipiunt de manib. laicorum, & laici sunt excommunicandi. ꝭ. de iure patron. præterea. cū ipsi tale ius possidere non possunt. s̄. de elec. sacrosancta. & c. Masiana nisi in capella vbi patronus habet tantum ius præsentandi. ꝭ. de iure pat. c. à nobis. & c. quod autem. & c. cum autem, & c. pastoralis. & non ius conferendi. inf. eo. c. vlti.

Pœna clericorum recipientium ecclesias de manib. laicorum.

Qvoniam.] Prima recitat factum. secunda prouidet: ibi, Nolumus.

CASVS. Mandat Papa Cantua. archiepiscopo, & eius suffraganeis, quatenus si publicum fuerit patres personatum in ecclesijs habuisse, filios eorū ab ecclesijs illis excludant, nec ad eas vlterius assumantur: & si hoc publicum est, nec causa in iudicio deducatur, nec testes admittantur. Not. q in notorijs ordo iuris non requiritur.

a Exclu-

a ¶ Excludatis.] s.eo.præsentium & j.eo.c.vlt.
b ¶ Vlterius. & ita loquuntur de illegitimis, & sic nec in paternis nec in alijs institui debent.vt j.eod c.vlti.
[Gl.seq.notat q [illegible] &c.alle.p concor.in contrarium alleg.4. ura.]

bitum,& infra.¶Præcipimus, quatenus si manifestum,& publicũ fuerit patres [illegible] in ecclesijs psonatus gessisse, filios ab eisdẽ (si ẽt eas adepti sũt) penitus excludatis,[a] nec ad earum gubernationem vlterius[b] assumãtur. Nolumus.n.v[t] causa in iudiciũ deducatur, uel testes ẽt admittãtur, si hoc manifestum[c] existat.

¶ Idem Cantua. archiepiscopo.

¶ Filius etiam legitimus, remouetur ab ecclesia, in qua immediate successit patri vicario vel rectori.

C A P. XI.

AD † extirpandas successionis: & infra.

¶ Fraternitati tuæ mandamus, quatenus si q filij presbyterorũ[d] puĩciæ tuæ teneant ecclesias, in qbus partes eorũ tanq̃ psonæ vel vicarij[e] nulla persona media[f] ministrarũt, eos (siue geniti sint in sacerdotio, siue nõ) ab eisdem ecclesijs ñ differas amore.[g]

¶ Clemens iij. Cassel.† archiepiscopo.

¶ Filius e si legitime natus promoueri põt ad ordines & in paterna ecclesia beneficiari.

c ¶ Manifestum.] & ita habes q in manifestis & notorijs ordo iudiciarius non est obseruandus. 2. q. 1. de manifesta, & cap. q Lotharius. j. de appel. cum sit Romana. in fi. & C. de accus. ea qdem. Arg. 2. q. 1. Deus omnipotens, & s. de diuor. porro. & s. de electio. bonæ memoriæ.

AD extirpandas.] Primo ponitur decisa consultatio. secundo responsio. Secunda: ibi, Fraternitati.

C A S V S. Dicitur hic qd filij presbyterorum, qui ecclesias tenẽt, in quibus patres eorũ nulla psona media ministrarunt tanquam psonæ vel vicarij perpetui, remoueãtur ab illis. No. q filij presbiterorum non possunt succedere partib. in ecclesijs, in quib. partes eorum psonæ vel vicarij fuerunt ppetui. Item media persona purgat vitium successionis.

[Glo.seq. reci.per q. an prohibitio filiorum. &c.]

d ¶ Filij presbyterorum.] vel ẽt nepotes vel inferiorum q libet quorum est ius succedẽdi. arg. Inst. de hær. qual. & dif. §. sui. In collateralib. non prohibetur. arg. j. de of. dele. ex parte. & quilibet repellitur, qui quasi iure successionis ecclesiã sibi vẽdicare intẽdit: quia ibi nõ hẽt locum successio. s. e. ex transmissa in fi. & 8. q. 1. apostolica.

e ¶ Vicarij.] perpetui. simile. s. eo. constitutus.

f ¶ Nulla persona media.] j. eo. ex transmissa.

g ¶ Amouere.] etiam si sint de legitimo matrimonio nati: ne videatur locum habere successio. 8. q. 1. apostolica. secus si media persona intercessissent: quia de iure communi, ibi & alibi possent præfici, cum sint legitime nati.

AD hæc.] Communis diuisio. Secunda: ibi, Sciat. Abb. Siculus.

C A S V S. Quæsitum fuit a Papa, vtrũ filij episcoporum possint ad sacros ordines pmoueri. si alias digni sint? Respõ. Papa: si de legitimo matrimonio sunt geniti nec aliud impediat, possunt ad sacros ordines licite promoueri, & [illegible] patres eorum [illegible]. No. qd pater & filius legitimus [illegible] hanc decr[illegible] generaliter pro [illegible],

Al. ita patres eorum.

† Cap. 1. eo. ti. in 2. compilat.

Hæc glossa est singularis, & obseruatione digna.

† Casan.
Cassien episcopo.
Caselbeñ.

C A P. XII.

AD † hæc, ex parte tua nostris auribus est relatum. & inf. Quod a nobis fraternitatis tua requisiuit an à pontificibus generati valeat ad sacros ordines pmoueri, si scientia fuerint & morum honestate pbabiles. Sciat fraternitas tua, quod si ex legitimo[h] sint matrimonio procreati, nec aliud canonicũ obuiat, licite possunt ad sacros ordines ascendere: & in eisdem ecclesijs, in qbus præsunt, vel præfuerunt genitores eorum, beneficium obtinere.[i]

¶ Idem.

¶ Non potest filius esse vicarius illius ecclesiæ in qua pater proximus fuit rector.

CAP. XIII.

MIchael † presbyter de S. Germano trãsmissa nobis conquestione mõstrauit, quod cum ecclesiã sancti I. de Corona † tuę dioecesis canonice sit adeptus, M. filius Antonij, q proximo ante, ipsius ecclesiæ habuit personatũ, ad se vicariam ipsius asserit pertinere: & infra.

¶ Fraternitati tuę mãdamus, quatenus si constiterit[k] tibi ipsum M. fuisse filium Antonij, q proximo ante habuit psonatum illius ecclesię, sup vicaria ipsius ei silentium perpetuum imponatur. No. q filius sacerdotis patri succedere non põt tamq persona, vel tanquam vicarius in ecclesia permanere.

de legitimo matrimonio genitis. quod possunt ad sacros ordines promoueri. & ecclesiastica bñficia habere, non solum in ecclesijs alijs, sed etiã in paternis, partibus eorum viuis vel mortuis.

[Gl. seq. signat contrarium.]

h ¶ Legitimo.] inf. e. ad abolendam. arg. cõtra sm vnã lec. sed illud, maxime, quod est ibi, tenetur oppositiue: alias illegitimus filius simul cum patre in eadem ecclesia esse non debet. infra. eod. cum decorem.

i ¶ obtinere.] & ita pot filius legitimus in paterna ecclesia simul cum patre beneficium obtinere. ar. j. eod. cum decorem. à ctrio sensu in verbo, illegitimus. sed in paterno bñficio siue dignitate succedere nõ dẽt. 8. q. 1. apostolica. & s. eo. ostitutus. & s. eo proxi [illegible].

† Cap. 3. eo. ti. in 2. compilat.

MIchael.] Diuiditur. In prima facti narratio. in secunda causæ commissio: ibi Fraternitati. Ab. Siculus.

C A S V S. Michael psbyter proposuit coram Papa, q ecclesiã S. Io. canonice fuit adeptus. Sed M. filius Antonij psbyteri, qui pximio anno habuit psonatũ ipsi[9] eccl'æ. asserit ad se ptinere vicariã eiusdem eccl'ę: mandat Papa quatenus si ostiterit dictum M. filiũ fuisset ipsius Antonij, q proximo

† Cap. 4. eo. ti. in 3. compilat.

† Coronefi. Toron.

Probandæ filiationis, & illegitimitatis varij modi.

[Glo. seq. quærit, & soluit, ex solutione infert aliam quæstionem quã soluit. iterum ex solutione obijcit, & respondet.

K ¶ Constiterit.] Sed quõ poterit hoc constare si ipse negauerit se filiũ fuisse illius? Rñ. si natus fuit ex illa, quã tenebat secum publice in domo pro concubina, psumitur eni filius illius, sicut aliqs psumit filius, qa natus est in mattimonio: qa pater est is, quem nuptiæ demonstrant. ff. de in ius voc. ga mater. Et ita præsumptiue

1 Vide l. si mater. C. de statu. defunct. & l. si cum pater. C. si aduer. rem. iudica.

ptiue talem dicimus filiũ, quẽ talis cohabitatio filium demonstrat: quia fuit in possessione filiationis, C. de suis & leg. l. 3. Sed si nõ fuit natus de vxore legitima, qualiter probab.? Rñ. ex eo q ille vocabat illũ filiũ, & ille appellabat eũ patrẽ, & cõiter habebatur & nominabat filius. ẏ. de prob. per tuas. & ex dilectione sola discernit quis cuius filius approbatur infra. de præsum. afferte. Sed vi. quod nominatio nõ probet illũ filium, qa ɔtrariam admittit probationem. C. de probat. non nudis. C. de test. neq; ꝑ illos. ff. de inof. testa. si initi rata. §. 1. Bene statur noĩationi ꝑ illã decr. ꝑ tuas in vn. nisi expresse ɔtrarium ꝓbaretur: vt dicunt illa vltima iura.

† Ca. c. e. ti. in 2. cõpil.

a ¶ Proximo] s. eo. ad extirpandas.

Litteras.] In prima ponitur supplicatio. In secunda supplicationis admissio: ibi, Verum Abb.

CASVS. Quidam vir & eius vxor cõi cõsensu promiserunt castitatẽ se seruaturos: qua promissa in facie ecclesiæ, vir pro motus fuit postmodum vsque ad sacerdotiũ. Tandem ĩ sacerdotio constitutus habuit accessum ad vxorem, & ex ea filium genuit H. noie. iste H. desiderauit à pueritia ministrare Domino officio clericali: dicit Papa, licet à filijs paterna incontinentia sit ꝓpellẽda: si dignus est aĩs, permittit eũ in clericum ordinari, ad ecclesiasticum beneficium promoueri vnde valeat sustẽtari. No. q natus de vxore legitima habetur ꝓ nõ legitimo & hoc ideo: quia natus est post continentiam. cõi voluntate promissam. & ita de illicito coitu dici potest.

In manu scriptis, vetustiorib. abstas.

liũ Antonij, qui eiusdem ecclesię habuit ꝓximo[a] ꝑsonarum, ei super eadẽ vicaria ꝑpetuum silẽtium imponere nõ postponas.

¶ Idem.

¶ *Illegitime genitus, etiam de vxore sine dispẽsatione ad ordines vel beneficia promoueri non potest.*

CAP. XIIII.

Litteras, † & infra. ¶ Intelleximus quod H. in sacerdotio genitus, de vxore legitima[b] natus & conceptus, affectauit a pueritia ministrare Domino in officio clericali. ¶ Verum licet a filijs[c] paterna incõtinentia modis omnibus ꝓpellẽda noscatur, si tñ aliter † dignus inuentus fuerit, permittim⁹ ipsum ordinari[d] i clericũ, & ad ecclesiasticũ beneficium (vnde cõmode sustẽtari valeat) promoueri.

¶ Innocentius tertius

¶ *Illegitimus in ecclesia paterna præbendari non debet.*

b ¶ Legitima.] ducta ante sacros ordines susceptos, qua postea vti nõ licuit. 31. dist. ante triennium. 32. di. placuit. q a ꝓmissã ɔtinẽtia siue castitate, postea fuit ꝓmotus: vn postea vti vxore non licuit. 77. dist. eps bene dictionẽ. & 52. di. seriatim. ẏ. de cler. coniu. sane. & ẏ. de conuer. coniu. coniugatus. & ideo de iure nõ potuit promoueri.

c ¶ Licet à filijs.] hic vult dicere, licet à filijs. &c. i. licet filij sint repellendi propter paternam incontinentiam, i tamen si alias boni, &c.

1 Quasi per illam de hore tentur.

[Gl. seq. quærit arg. pro & contra, & soluit.

d ¶ Ordinari.] sed nunquid ꝑ hoc non dispensat tñ cũ eo in minorib. ordinib. Arg. q sic. quia promissio in pũr mediocritatem respicit. ff. de auro, & arg. leg. l. qui lancem. & ff. de leg. 1. legato. & C. com. de leg. l. vl. §. sed si quis & ff. de le. 1. ꝑ ad Iulianũ. §. scio, C. de don. si quis argentum. §. simili quoq; a simili dispẽsationis genere respicere dẽt tñ minoritatem. arg. ff. de leg. 3,

nimus. arg. s. de transla. c. vlt. & ff. de ɔst princi. l. beneficium. & ẏ. de ver. sig. olim. ẏ. de dona. cum dilectus. in fi. & e q. arg. ẏ. de iudic. vlt. Sed tutius est tñ intelligere de minoribus. ita tñ Papa tenet sic vl. & nos ita sentire debemus. arg. ẏ. de rele. super litteris. in fi. & infra de prob. c. vlt.

CAP. XV.

Vm decorem dom⁹ Dei, & infra. Filijs canonicorum prębendas in eisdem ecclesijs conferri non sinatis, quarum sunt canonici patres eorum. ¶ Cum indecorum sit, vt in altaris officio illegitimus e filius impudico patri ministret, ĩ quo vnigenitus Dei filius ęterno patri pro salute humani generis victimatur.[f] ¶ Idem in concilio generali. †

¶ *Si illegitimus maxime filius spurius instituitur in ecclesia, in qua institutus est pater, institutio non valet & instituens a suis beneficijs suspẽditur.*

CAP. XVI.

Ad abolendam pessimam, (quę in pluribus inoleuit ecclesijs) corruptelam, firmiter inhibemus, ne canonicorum filij,[g] maxime[h] spurij, canonici fiant [i] in sęcularibus i ecclesijs, in quibus

Cvm decorem.] Primo ponit vnũ dictũ. Scdo cãm redditibi. Cũ iudecorũ. Pars huius decr. ẏ. de vita & hone. cleric. cum decorem. Abb. Sicul.

CASVS. Filij canonicorũ de illegitimo matrimonio nati, non debẽt canonici fieri, vel præbendas hre in ecclesijs, in quibus partes eorum sunt instituti: quia indecorum est, vt non legitimus filius, impudico patri in altaris officio ministret. No. quod illegitimus non debet ministrare in patri in officio altatis.

† Cap. 31.

[Gl. seq. signat contrarium de decr. proxima.]

e ¶ Illegitimus.] sed legitimi bñ pñt esse in ecclesijs in quibus præ sunt partes eorũ. ẏ. eod. hæc. 2 Sed contra. inf. e. c. ꝓx. vbi legitimi prohiberi videntur, secundum vnã lecturam illius aduerbij maxime, & ei standum est.

2 Facit ad hoc l. aff a ytum §. .. l. .. §. patris. ad manu.. † Concor dat conc.. Tud. ses.. de reform.. tione c. .. & habetur c. .. eo. ti. .. 4. compila..

f ¶ Victimatur.] sup. de sum. Trin. ca. 1. §. vna vero.

Ad abolendam.] Primo ponit inhibitionis cãm impulsiuam: scdo inhibet: tertio: decernit: quarto contra facientes puniri mãdat. partes parent.

CASVS. In plurib. ecclesijs qdã inoleuit corruptela, q filij canonicorum fiebant canonici in ecclesijs sæcularib. in qb. partes eorũ erãt instituti canonici: ꝑcip c. on cilium q canonicorũ fili, & maxime spurij nõ fiãt canonici in ecclesijs sæcularib. in qb. patres eorũ sunt instituti: & si ɔtra factum fuerit, nõ valeat eorum institutio, q qui tales canonicare ꝑsumpserit, à bñficijs suis suspendantur. No. q qui canonicant indignos, suspendi debent à beneficijs suis: & instituti remouentur.

g ¶ Filij.] scilicet, illegitimi.

[Gl. seq. cum sequenti prosequitur duas lecturas illius aduerbij, maxime.]

h ¶ Maxime spurij.] sic illud aduerbiũ, maxime ponitꝑ tñ, tuc legitimi pñt ĩstitui, vt s. c. ad hæc. Si intelligas ꝓprie: tuc nec legitimi sunt instituẽdi in ecclesijs i qb sunt instituti patres eorũ, multominus & spurij. qđ satis vr: q ita corrigit. s. eo. ad hæc. de spurijs nulla dubitatio erat cũ illi essent ꝓhibiti per multa alia iura vt s. eo. c. 1. & ẏ. de ser. non ord. consuluit. & ff. de pœ. sanctio legum. sed dic vt in sequenti notula dr. Ber.

i ¶ In sæcularibus.] & hoc io dicit, quia in regularibus

tibus bñ pñt simul esse monachi, vel regulares canonici pater & filius: qa tales psonæ irregulares nõ phibetur intra religionẽ, ṡ. e.c.1. & 56. dist. vt filii, ita in sæcularib. prohibẽtur tm̃ ex hoc verbo. Sed ex eo qđ dicit inferius: q vero tales, vt dictũ ẽ, canonicare psũpserit, a suis bñficijs suspendantur. vr̃, ꝙ loquatur tm̃ de spuriis: qa cũ illis ẽ õi dispẽsare nõ pñt, vt ĩ. e.c. vlt. pro legitimis nõ ita punirentur: & ita loqtur tm̃ đ spuriis, & sedm hoc hęc dictio, maxime ponitur pro tm̃: i. id e t, illegitimi tm̃ phibẽtur, & nõ legitimi, licet glossula pcedens ꝯriũ videatur dicere, sed veri' credo ꝙ de oĩb. filijs intelligat, alias nihil adderet ista constitutio, nisi hoc solũ, ꝙ tm̃ pęnã imponit hic ordinatorib. sed contrariũ est verũ: qa ponit ꝓ tm̃, sed a propria ver bi significatione nõ est recedẽdum si res aliter salua esse põt, ff. de leg. 3. nõ aliter. & ĩ. de dec. audientiã. & ṡ. de trãsla. inter corporalia. & in re dubia melius est verbis electi seruire, ff. de exerc. l. 1. §. si is q. & ideo istud maxime tenetur proprie, & potest intelligi respectu eorum, qui ñ sunt spurij sed alias illegitimi: vt sunt naturales, & sicidem dicit, quod ṡ. eo. cum decorem. & addit: quia pœna hic statuitur cõtra ordinatores. & sic non tollitur. ṡ. eo. ad hæc.

Ꝟ & filius pñt simul esse monachi.

z. Idem Raymũ. in sum. Go. in sum. cir. prin. dicit, ꝙ canoniã non pñt hẽre vt hic, sed bñficiũ bene, vt ĩ. c. ad hæc. Ioã. And.

† Inno. 3. legitur in aliquot uetustis.

¶ In multis antiquis legitG. Remẽ.

instituti sunt partes eorũ: Et si fuerit cõtra præsumptum, decernimus nõ valere.[a]

¶ Qui vero tales (vt dictum est) canonicare præsumpserint, a suis beneficijs suspendantur.

¶ Honorius † tertius.

¶ Alius q̃ Papa non dispẽsat, vt filius in ecclesia pater nõ immediate succedat.

CAP. XVII

Dilectus filius G. præpositus Sãctæ Mariæ transmissa nobis petitione monstrauit, quod cum Virgilius presbyter quandam ecclesiam curam animarum habentem, quam nullo medio [b] habuit pater eius, obtineat, ipsum monuit vt resignaret eandem: sed idẽ asserẽs quod H. ¶ Remẽ. archiepiscop', tũc Apostolicę sedis legatus, dispẽsauit cum eo, id efficere contradicit.

¶ Quocirca mandamus, quatenus nõ obstante [c] dispẽsatione aliqua, q̃ a sede Apostolica nõ manauerit, quod canonicum [d] fuerit (appellatione postposita) statuatis.

¶ Greg. ix. Turonẽ. Archiepiscopo.

¶ Illegitimus absque dispensatione Papæ, ad dignitatem uel personatum uel beneficiũ curatũ promoueri nõ potest.

CAP. XVIII.

Nimis ĩ tua prouincia ecclesiæ deformatur honestas, ex eo quod filii sacerdotũ, & alii nõ legitime nati, ad dignitates & psonat', & alia bñficia curã aiarũ habentia, sine

sare, vt præsint in ecclesiis, in quib. patres eorũ habuerũt personatum, siue curam animarum nullo medio.

b ¶ Nullo medio. quare merito debet expelli: ṡ. eod. Michael. & c. ad extirpandas. & c. ex tua. & ca præsentium, & c. conquerente. etiam si legitimus fuisset.

[Glo. sequens notat legatum, & cõsignat cõtrariũ, & soluit. dat lecturã, a qua postmodũ recedit.]

c ¶ Nõ obstante.] sic patet expsse, ꝙ legatus dñi Papæ. nõ põt cũ talib. dispẽsare, licet habeat gñalẽ legationẽ. Sed vr̃ ꝯtra. ĩ. de off. leg. ꝙ trãslationẽ. vbi legatus exercet ea q̃ tm̃ sunt sedi Apostolicę reseruata, s. excõicatos pp uiolẽtas manus ĩ clericos absoluere; sed illud iam introductũ est ex consuetudine, ex certa scia Papæ, & ita perinde est ac si Papa spãl'r ꝯmitteret: & ita p gñalem legationem nõ trasferutur ea quæ spãl'r tribuũtur. ff. de off. eius cui man. est iur. l. 1. & ĩ. p of. leg. ꝙ translationẽ. & ff. đ pig. l. obligatione. vel forsitan ista legatus erat tm̃ legatus in prouincia sua: & isti legati q nõ mittuntur de latere dñi Papę, vt ĩ. de off. leg. cum non ignoratis. non habent tã largã legationẽ, sicut illi, qui mittũtur a latere dñi Papę. ut ĩ. eo. đ off. leg. c. excõicatis. vñ satis posset dici ꝙ Cardinales legati, q quasi pars corporis domini Papæ intelliguntur, ut 6. q. 1. si quis ex militibus. possunt cũ talib. dispensare, sed alii nõ possunt ultra id qđ spã l'r in eorum priuilegio continetur: & ꝙ illi habeant maiorẽ authoritatẽ & ptãtem, patet qa pręsentib. legatis missis de latere dñi papæ, isti non dent tunc suæ legationis offm̃ exercere ĩ. de off. le. c. volẽtes, & optime facit ad hoc 93. dist. c. vlt. & 94. dist. c. 1. immo nec illi possunt dispẽsare contra concilium Lateranẽse. ĩ. de præb. c. dilectus. & hic, & c. proxi. & c. ad extirpandas.

Cum illegitimis an possit per leg. tos dispensari.

Legatorum đ latere maior potestas q̃ aliorum legatorum.

[Glo. seq. arguit & respondet.]

a ¶ Non valere,] arg. ꝙ epi non possunt dispensare cũ illegitimis in simplici bñficio, & ex eo, quod hic dr̃; decernimus non valere: & ꝙ pęna imponitur ordinatoribus talium personarum, est arg. ĩ. eo. c. vlt. vbi remouẽtur illegitime promoti sine dispensatione papæ. hoc ius commune statuitur sed dispensatio nõ ꝓhibetur in alijs ecclesiis, in quibus partes nõ sunt instituti; & ita bene possunt episcopi dispensare cũ illegitimis in simplici beneficio in aliijs ecclesijs non paternis. sed in paternis nõ possunt eo. n. ipso quod prohibet concilium de paternis tm̃, datur intelligi; ꝙ de alijs cedat. arg. ĩ. eo. c. fi. & ṡ. eod. ad hæc. & c. cum decorem. De hoc dic vt ĩ. e. c. vlt. in notula, sic ergo Ber.

Episcopi an valeant dispensare cũ illegitimis in simplici beneficio.

Dilectus filius.] In prima facti narratio. In secũda ibi, Quocirca. causæ commissio. Io. And.

CASVS. Virgilius presbyter habebat quandam ecclesiam curam animarum habentem, quã nullo medio habuit pater eius præpositus sanctæ Mariæ ipsum monuit vt ecclesiam ipsã dimitteret: ipse vero dicebat, ꝙ Remensis archiepiscopus Apostolicæ sedis legatus cum eo dispensauerat: & ideo eam dimittere nolebat præpositus significauit hoc domino papę: mandauit Papa quatenus nõ obstãte aliqua dispensatione, quæ a sede Apost. non manauit, statuat quod canonicum fuerit, appellatione remota ipsum ab ecclesia remouẽdo. No. ꝙ solus Papa cum filijs sacerdotum põt dispẽ-

[Glo. seq. quærit, & soluit.]

d ¶ Canonicum.] sed quid erit canonicum? Rñdeo ut ab ecclã expellatur, vt ĩ. c. prox. filius n. patri in ecclesia succedere non debet. z. ṡ. eo. c. præsentium. & c. q̃rente, & c. ad extirpandas, & in pluribus c. seq. post illud c. præsentium, & c. 8. q. 1. apostolica.

z Nisi cum eo ex cã necessaria fuerit dispensatum.

Nimis.] Primo ponit abusum prouinciæ, quẽ secundo circa præterita corrigi iubet. & in futuru prohibet: ibi, Quo circa. Io. And.

CASVS. In prouincia Turonen. filii sacerdotum, & alii, nõ legitime nati, pmouebãtur ad dignitates & psonatus, & ad alia bñficia curã aiarum habentia, sine dispẽsatiõe Apostolicæ sedis: vñ mãdat Papa archiepo Turonen. quatenus pdictos oẽs remoueat a dignitatib. psonalib. & hmõi bñficijs curã aiarum habentib. & illa personis idoneis ꝯferri faciat p illos, id quod collatio ipsorum noscitur pertinere pcipiens ne id đ cætero attentare præsumant. No. ꝙ solus Papa põt dispensa-

spensare cum filijs sacerdotum vt ad dignitates & curam animarum possunt promoueri.

[Gl. seq. notat seruo q̃ritur. arg. q̃d sic all. 2. i p̃riũ, qb. rñdet. tertio iterũ querit arg. & ↄtra & soluit.]

a ¶ Sedis apostolicæ.] sic ergo patet aperte per decretalem istã, q̃d iuris sit de filijs p̃sbyterorũ, & alijs illegitime natus: q̃a non p̃nt ad dignitates vel beneficia curã animarũ habentia promoueri, nisi p̃ dispẽsationẽ sedis Apostolicæ: sic s̃. ec. ex tua. & c. proxi. arg. s̃. eo. ad abolẽdã. si p̃moti sint, debent expelli. Sed numquid epi p̃nt dispẽsare cũ talib. illegitime nati i simplici bñficio, & ut promoueantur ad sacros ordines sine aliqua dispẽsatione? Vr̃ q̃ sic. eo. n. ipso q̃ prohibet tm̃ illos a dignitatibus, & cura aiarũ, intelligitur p̃mittere de alijs inferiorib. bñficijs: q̃a q̃d de vno prohibet, de alio p̃mittitur. 25. d. qualis. & j̃. de ijs que fi. a p̃la. fi. cõsen. c. cũ apostolica. in fi. p̃terea nõ inuenitur eis p̃hibitũ, ergo intelligit p̃missũ eis. j̃. de te. p̃mu. c. ad q̃ones. & 30. q. 4. q̃ spiritualẽ. i sed vr̃ prohibitũ. s̃. eo. ca. 1. & c. ad abolendã. & j̃. de ser. nõ ord. cõsuluit. Sed p̃t dici q̃ ibi ius cõe statuitur, sed dispẽsatio ñ p̃hibetur. Sed ↄ hoc vr̃ exp̃ssum. s̃. eo. ca. lr̃as. vbi dispensat Papa cũ tali ad clericatũ. ibi, Papa dispensauit, p̃ hoc tñ alijs ñ prohibetur: q̃a hoc ab ipso fuit penitũ. & sic patet q̃ illegitime nati, de iure cõi p̃moueri nõ p̃nt ad aliquẽ ordinẽ. Sed si in monasterijs vl̃ regularib. ecclesijs ministrauerint, nunquid postea p̃nt promoueri ad ordines, vel ad dignitates de iure cõi vel per dispensationem? Videtur q̃ sic de iure cõi s̃. eo. c. 1. & 59. di. c. 1. quia ingressus religionis oẽm tollit irregularitatẽ. in auth. de mona. in prin. coll. 1. Sed cõtra vr̃ q̃ nõ tollatur irregularitas per ingressum religionis. j̃. de apo. ta. c. ex litterarũ & j̃. de pœni. i q̃busdam. Potest dici, q̃ postquã intrauerint religionẽ, possunt promoueri ad ordines sine aliqua dispẽsatione: ad honores vero promoueri nõ debent sine dispẽsatione: prout hic dicitur. & arg. s̃. eo. c. 1. versi. prælationem vero, &c. & ita habes hic casum, in quo episcopis aufertur dispensandi potestas.

dispensatione sedis Apostolice a promouentur.

¶ Quo circa mandamus, quatenus prædictis personis a personatibus, & dignitatibus, & huiusmodi beneficijs prorsus amotis ea personis idoneis conferri facias per illos, ad quos collationem ipsorũ de iure noueris pertinere. Et ne id de cætero præsumatur, districtius inhibemus.

TITVLVS XVIII.

De seruis non ordinandis, & eorum manumissione.

¶ Ex concilio Toletano. †

¶ Seruus ante plenam manumissionem ordinari non debet.

DE SERVIS NON ORDINANDIS. &c. ¶ Viso de impedimento originis, videndum est de impedimento conditionis personæ.

De hac materia habetur 60. dist. per totum. Ad hoc 12. q. 2. liberti. vsque ad ca. aurum. Io. And.

Nstituendi.] Primo ponit dictum. Secũdo eius approbationem. Tertio ex eo dat instructionem. Secunda ibi, Reuera. Tertia: ibi. Et ideo. Io. And.

CASVS. Dicitur q̃ nõ debet ordinari seruus, nisi primo fuerit absolute manumissus: q̃a quod vituperari poterit præcauendum est hoc habes. 54. di. per totum. Nota verbum illud: quod infirmari vel vituperari potest, præcaueri debet.

[Glossa sequens recitetur per obiectionem.]

CAP. I.



Nstituendi; † & infra. Forte dicet aliquis Clericus fieri nõ permittitur, nisi ante clericatum ingenuitatis b dignitate potiar. Reuera verũ dicit; Et ideo quod infirmari † vel vituperari potest, præcaueri c debet.

¶ Ex eodem. †

¶ Seruus sine licentia domini ordinatus, deponitur, & domino restituitur.

CAP. II.

DE seruorũ ordinatione; & inf. Statutum est, vt nullus episcoporũ deinceps ad sacros d ordines eos promouere præsumat, nisi prius a dominis libertatẽ fuerint cõsecuti. ¶ Et si qlibet seruus fugiẽs e dominum suum, quasi

b ¶ Ingenuitatis.] improprie tenetur illud verbum: quia ingenuus est q̃ statim cum nascitur liber est. institu. de inge. in prin. vnde dic, ingenuitatis, id est, libertatis plenæ: quia qui ad clericatum promouetur, pri⁹ plenã libertatem consequi debet, nullo a domino retẽto obsequio temporali, alioquin promoueri ad clericatum non debet 54. dist. quicunque.

[Gloss. seq. notat futura præcauenda. alleg. tria iura in cõtrarium.]

c ¶ Præcauerit.] no. q̃ futura sunt præcauẽda 23. di. in nomine Dñi. & 63. dist. cũ Hadrianus. & 1. q. 7. cõuenientib. circa princ. & exempla præsentia nos cauere p̃monet in futurum. 82. dist. plurimos. in fin. & maior tristitia est de talibus cum reuocãtur, q̃ nascatur gr̃a de accitis, id est vocatis. 51. dist. præterea. & c. designata. & ecclesia pro talibus infamatur, j̃. ti. prox. c. vnico, & sic ad cautelã futurorũ aliq̃d fit. 28. dis. de Syracusanæ. & prouidere quis debet, quod contingere potest. ff. loc. §. 1. arg. ↄtra q̃ non imputetur alicui si non diuinauit. ff. ad leg. Aqui. l. si putator, in fi. & ff. man. l. si fideiussor. §. si cũ debitor, & j̃. vt eccle. bene vt nostrum.

DE seruorũ] Duo facit cõcilium, primo ponit statutũ. Secũdo cõtra factũ irritat: ibi, Et si. Io. Andr.

CASVS. Statuit concilium Toletan. vt nullus p̃sbyterorum de cætero promoueat seruos ad sacros ordines, nec etiam ad minores, nisi prius à dominis libertatem fuerint consecuti; & si aliquis seruus fugiat dominum suum, & fraudulẽter ad gradus ecclesiasticos promotus fuerit, deponatur, & dominus eius eum recipiat. Not. quod serui promoueri non debent sine licentia dominorum suorum. Item qui ordinatur sine manumissione ignorante domino vel contradicente, deponendus est. Item licet aliquis fuerit in possessione libertatis, eam amittit.

d ¶ Ad sacros.] idem intelligas de inferiorib. 54. di. c. 1. & c. quicunq; & c. si quis obligatus. & s̃. c. proxi.

[Glo. sequen. recitetur per quæstionem coram quo iudice, &c.]

e ¶ Fugiens.] iste fugiens si de statu suo certare voluerit, ad priorẽ iudicem à quo fugit remitti debet, vt ibi cã status agatur. C. vbi causa status agi de l. 1. si vero est in possessione libertatis, sub illo indice vbi est, cõuenietur. C. eo. l. 3. Hoc autẽ debet intelligere, q̃ hæc q̃stio si dubitetur an sit fugitius vel non, tractabit & finietur

† Concor. I. sicut. §. 1. ff. ad leg. Aql. & ff. ad Maced. l. sed Iulianus. in fi.

† Cuius cõcilij Toletani sit, nondum constat, idẽ tñ Burchard⁹ li. 2. c. 28. & 29. & Iuo. par. 6. c. 129. & 130. & in 1. p̃p. eo. tit. c. 1. qb. locis ẽ itegrũ decretũ. cõcor. canon. Apostolorũ. 81. & Gelasius Papa in epistola quædã epis p̃ Lucaniam, &c. c. 16.

† Al. ĩstituẽdi.

† Infamari.

† Burchard⁹ li. 2. decr. ca. 31. Ino. par. 6. c. 131. Gratian⁹ di. 54. c. 6. Pannor. mia li. 3. tit. d seruis nõ or. cap. 1. & post ocil. Lateran. sub Ale. 3. part. 50. c. 56. & c. 1. e. ti. i. 1. cõpil. vbi integrũ decretũ, & variã inscriptionem iuenies. Sed vide emẽdationẽ huius ca. in Decreto Gratiani definuo ipso di. 54. c. 6.

Libertatis cã sub quo iudice cognosci deat.

finietur antiquam inchoet causa status. ff. de li. causa. l. liberis. §. sunt & aliæ. & l. igit. §. potest. si vero nō est fugitiuus, & vult proclamare ad libertatem, sequitur forum domini. C. vbi causa status agi del. 4.

[Glo. sed. distinguit, aut seruus ordinatur, aut monachatur. primo casu aut in fit sciente dño aut ignorante, & cū scit, aut contradicit, aut tacet; cū ignorat, aut ordinator vel presentator scit, aut nō: & cū nescit aut ordinatus est ad minores aut ad sacros citra presbyterarum, aut ad presbyteratum. Ioan. And.]

NVper† à nobis: & infra. ¶ Tertius d articulus videbatur habere non modicum quæstionis: quoniam cum matrimonijs contrahendus e non iuris effectus f, sed animi destinatio attendatur: vnde illum comitatur infamia, q duas simul hēt vxores g, quod partim ad factū h conuenit retorqueri, sicut in canone legitur, de presbytero, q nō legalibus nuptijs i detinetur. ea dē censura tales k videntur l inter bigamos reputādi; Licet obuiet ex aduerso, ꝙ opinioni sit veritas præferenda, & qđ iuxta præmissa, qui nullam vxorē habuit, forte bigamus reputandus, quod con-

No. ꝙ infamis dicitur, qui simul duas habet vxores. Item not. ꝙ opinioni veritas præfertur. Item reputatur bigamus qui bigamus non est quo ad promotionem. Item voluntas sine effectu punitur: quia processit ad effectum.

d ¶ Tertius.] alij duo soluuntur. j̄. de sen. excom. c. nuper.

e ¶ Matrimonijs ꝯtrahendis.] illicitis & prohibitis.

[Gl. seq. alleg. concor. quib. q̄nq; plus affectus cōsideratur, quandoque plus factum.]

f ¶ Iuris effectus.] vt C. de adult. l. eū qui. vbi sunt hæc verba: si .n. aliquis ꝯtrahat nuptias cum ea cum qua non potest de iure contrahere, infamis est: licet nuptiæ non habeant effectum. ff. de ijs qui not. infa. l. qd ergo. §. 1. q̄nq; magis consideratur effectus, quam affectus, vel quā factum ipsum. de pen. dist. 1. §. hæc aūt verba. 2 quia verba ipsa sunt cū effectu accipienda j̄. de cler. nō resi. c. relatū. ff. de cond. & demon. l. hæc conditio 1. & j̄. de spon. c. vlt. Q̄nq; magis cōsideratur factū quā ius, j̄. de conces. præbe. c. litteras. & c. cū nostris, quandoque consideratur plus iuris effectus. ff. de condi. insti. l. mulieri. §. 1. infra. de sponsa. cap. iuueni.

† Cap. 1. eo. ti. in 3. compil. Et de intellectu huius ca. vide Dominicū Sotū in 4. sen. ten. dist. 27. q. 3. art. 3.

2 Vide l. cū q. §. si mulier. cū vulg. ff. de iniur. & l. quāuis, ff. de in iu voc.

g ¶ Duas simul habet vxores.] C. de adult. l. eum qui.

h ¶ Ad factū.] quasi diceret, de facto ꝯtraxit cū scda: quia de iure non potuit Duas .n. vxores simul habere non licuit, nisi cui ex reuelatione diuina concessum fuit. s̄. de diuor. c. gaudeamus.

i ¶ Non legalibus nuptijs.] 28. dis. presbyterum.

K ¶ Tales.] clerici. s. de quibus primo quæsitum est.

[Glo. seq. alle. 7. concor. & sex contraria, & soluit.]

l ¶ Videntur inter bigamos.] hic collige ꝙ opinio præfertur veritati. simile j̄. de spon. c. iuuenis. & 3. q. 7. infamis. §. tria. ver. verum tamen si seruus. & C. de testa. l. 1. & 22. q. 2. homines. ff. ad Maced. l. 3. j̄. de offic. dele. c. coram. & j̄. de iure pat. c. consultationib. & s̄. de elec. c. querelam. Sed contra. 8. dist. veritate. 11. dist. quicunque. & j̄. qui fil. sint legi. c. per tuas. C. plus va. quod agi. l. 1. 2. & 3 Sol. verū est, quod veritas præfertur opinioni. 3. alia casualia sunt: vt scilicet op nioni potius stetur quàm veritati, vel in fauorem contrahētium, & odium decipientium. ff. ad Maced. l. 3. vel in fauorem prolis. j̄. qui fil. sint legit. c. cum inter l. vel fauorem testamentorum. C. de testa. l. 1. vel sententiarum. 3. quæst. 7. c. infamis. §. tria. ver. veruntamen si seruus.

3 Vide l. do. li. §. 1. ff. de ser. cor. & l. idē si. in gl. Sēpronius. & l. si pupilli. §. Titij. in gl. Sēpronij. ff. de nego. gest.

ADDITIO. Vnde versus.

Testamenta, fauor, odium, scientia proles
Exstis causis præfertur opinio veris.

a ¶ Quan-

ringeret, si quis de facto cũtraheret cum diuersis, quib. de iure non posset matrimonialiter copulari. ¶ Nos aũt in hac qõne taliter rñdemus, ꝙ cum huiuscemodi clericis, qui q̃tum in ipsis a fuit, secundas mulieres sibi matrimonialiter coniunxerunt, tanquam † cum bigamis, b non liceat dispensari, c licet in veritate bigami nõ existant: non propter sacramenti defectum, d sed ꝓp affectum † intentionis cum opere subsecuto.

¶ Idem Meteñ. episcopo.

¶ *Qui contraxit cum virgine, licet prius ab alio fuerit desponsata, bigamus non censetur.*

CAP. V.

DEbitũ † pastoralis officij: & inf. ¶ Fraternitati tuæ duximus respondendum, ꝙ cum duo sint in coniugio,e videlicet cõsensus animorum, & commixtio † corporum, quorum alterũ f significat charitatem g quæ consistit in spiritu inter Deum & iustam animam, ad quod ꝑtinet illud quod dicit Apostolus. Qui adhæret Deo, vnus spiritus est cũ eo: reliquum h vero designat conformitatem, i quę consistit in carne inter Christum & ecclesiam, ad quod pertinet illud quod Euangelista testatur, Verbum caro factũ est, & habitauit in nobis, profecto coniugium † illud, quod non est commixtione corporum consummatũ, non pertinet ad illud coniugium designandum, quod inter Christum & ecclesiam per ĩcarnationis mysterium est contractum, iuxta quod Paulus exponens illud quod dixerat protoplastus, k Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro l de carne mea, & propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erũt duo i carne vna, m statim subiungit, hoc autem dico magnũ sacramentum n in Christo & ecclesia.

1. Cor. 6.

Ioan. 1.

Gen. 2.

Epist. 5.

¶ Cum ergo propter sacramenti defectum, in-

a ¶ Quantum in ipsis fuit.] in maleficiis enim voluntas, non exitus spectatur. arg. 49 dist. c. vlti. & ff. ad le. Cornel. de sicar. l. Diuus, C. de ser. cor. l. si quis seruo.
b ¶ Tanquam cum bigamis.] not. arg. ꝓp similitudinem facti aliquem numerari inter eos, de quorum numero q̃ se nõ est. 27. q. 1. quotquot. & 50. di. si ille. ff. man. l. vlti. in fi.

Gl. seq. signat contrarium. & soluit.

c ¶ Dispensari.] arg. ꝯtra. ꝟ. de cle. coni. c. sane. Illa loquitur d̃ eo qui nunquam habuit vxorem, sed in sacro ordine ꝯtraxit, & ideo cũ tali dispensari potest. hic loquitur de eo, qui primo in laicali habitu contraxit, & postea factꝰ sacerdos iterum contraxit: vnde bigamus reputatur quantum ad effectum, licet in veritate nõ sit: & sic punitur propter affectum tantum, cũ opere subsecuto, & non ꝓp defectum sacramẽti. Defectus enim sacramenti vnitatis non est in isto, qa in veritate carnem suã nõ diuisit in plures.

† Hoc, tanq̃ nõ est expressiuum veritatis, sed similitudinariũ, iuxta illud: Ex istis tanq̃ ad latronẽ, &c.

† Vide l. si in emptionem ff. de mi. & l. si equo. ff. de leg. 1.

d ¶ Sacramenti defectum.] de quo ꝟ. eo. debitum.

DEbitum] Primo ponit rones, vltimo rñdet, ibi: Vndeis, Pars huius habet ꝟ. de bap. c. debitum. CASVS. Mulier aliqua ꝯxit matrimonium cum aliquo, & ab eo fuit traducta. tandem ea incognita mortuus est, quidã alius contraxit cum illa, quę postmodum mortua est, quęsitũ fuit, an uir iste possit ad sacerdotium promoueri? & uidebatꝑ ꝙ nõ; quia fuit maritus uiduæ, & tales ꝓmoueri nõ põt. Rñdet Papa, ꝙ duo sunt in cõiungio carnali copula consummato, f. cõsensus animorũ, & cõmixtio corporũ, coniunctio animorũ significat charitatem, q̃ cõsistit in spiritu inter Deum & iustã animã. Vnde dicit Apostolus: Qui adheret Deo, unus spiritus est cũ illo. commixtio corporum, significat conformitatem diuinæ & humanæ naturæ quæ consistit in carne inter Christum & ecclesiam. Vnde dicit Euangelium: Verbum caro factum est. sed illud coniugium, quòd non est carnali copula consummatum, non pertinet ad illud coniugium designandum. quod inter Christum & ecclesiam est contractum per incarnationis mysteriũ: secũdum quod Apostolus exponens uerba illa primi parentis: hoc nũc os ex ossibus meis & caro de carne mea: & statim subiunxit: hoc autem dico magnum sacramentum in Christo & ecclesia: His præmissis dicit Papa, quod propter sacramenti defectum inhibitum est ne bigamus, aut viduæ maritus possit ad sacros ordines promoueri, quia nec illa est vna vnius, nec iste est vnus vnius. sic ergo patet, quòd vbi inter coniuges deficit commixtio corporum, ibi non deest signaculum huius sacramenti: vnde soluo tibi quæstionem propositam, ille q mulierem ab alio viro ductã, sed non cognitam, duxit vxorem, propter hoc impediri non debet, quin possit ad sacerdotium promoueri: quia nec ille, nec illa diuisit carnem suam in plures. No. quod defectus sacramenti est causa, quare bigamus vel maritus viduæ corruptę ad sacros ordines non possit promoueri: & ita non crimen, sed irregularitas hoc facit.

† Ca. 2. tit. in 3. compil. reliqua huius. c. habes. ꝟ. c. 4. de bapt. & eius effectu, ait Contius.
† coniũctio.

e ¶ In coniugio,] scilicet, carnali copula consummato.

f ¶ Alterum.] scilicet, cõsensus animorum.

g ¶ Charitatem.] i. dilectionem & coniunctionem.

† Vide magistrũ sñiaru, & ibi Doctores lib. 4. dist. 27.

h ¶ Reliquum.] id est, commixtio corporum.

i ¶ Conformitatẽ.] id est, coniunctionẽ & vnitatem.

k ¶ Protoplastus.] id est, Adam primo plasmatus.

l ¶ Caro.] 35. quæst. 10 [illegible] nitatis. & infra de diuor. c. gaudemus.

m ¶ In carne vna.] id est, in carnali operatione ad unam carnem procreandam.

¶ Gl. seq. tractat de triplici significatio. matrimonij. Secundo quærit de tertio, in quo consistat, ponit opi. quam reprobat, & soluit.]

n ¶ Sacramentum.] triplex sacramentum 1 designatur in matrimonio carnali copula consummato. Primum est vnio fidelis animæ ad Deum per dilectionẽ & charitatem, & hæc designatur per coniunctionem animarum in ipsa prima desponsatione, dum alter per mutuum consensum consensit in alterum; & de hoc sacramento fit mentio ibi? alterum signat charitatem, quæ consistit in spiritu inter Deum & iustam animam. Secũdum est vnio humanę naturę ad Deum, quæ facta est in vtero virginali per incarnationem verbi Dei, & hoc designatur per carnalem commixtionem viri & vxoris. & de hoc ibi fit mentio; reliquum vero designat conformitatem, quæ consistit in carne inter Christum & sanctam ecclesiam. Primum est unio voluntatis. Secundum est naturæ conformiaas, ut 26. distinctio acutius. de consecr. distinct. 2. in Christo pater. vbi habes de conformitate naturæ di-

1 Glos. hæc fortassis ꝓprietatis uocum ignara accipit sacramentum ꝓ mysterio, more Grecorũ, ut docet cõciliũ. Colonien. de sacramen. nouæ legis, in princ. & ita accepta nil falsi continet.

turæ diuinæ & humanæ:& nõ intelligas ꝙ ipse actus corporalis designet hoc sacramentũ sed propter actũ consummatum sacramentum designatur. Tertium sacramentum est vnitas ecclesiæ ex omnibus gentibus collecta, & vni viro Christo subiecta. hoc sacramentum designatur ꝑ illum coniugatum, q̃ vnicum tantum matrimonium seruauit: sed vbi secundũ matrimonium contrahitur, hoc tertium sacramentum non habet locum: quia recedit ab illa vnitate, q̃ primo signabatur ꝑ vnicum matrimonium, 1 quia in secundo matrimonio diuidit carnem suã in plures, vnde vnitatem non potest signare non potest: Christus enim signat vnitatẽ ex omnibus gẽtibus Christo subiectam, vt d.c. acutius. sed ex quo ecclesia Christo se coniunxit, ab eo nunquam discessit, nec ipse ab ea. ergo bigamus talem vnitatẽ signare non potest, & ideo promoueri non põt

1 Mysteriũ tñ incarnationis bene potest in secũdo matrimonio signi ficari.

hibitum sit, ne bigamus, aut maritus viduæ,[a] præsumat ad sacros ordines ꝓmoueri: quoniam nec illa ẽ vnica vnici, nec iste vnus vnius. profecto vbi dficit inter huiusmodi cõiuges cõmixtio corporũ, nõ deest huiusmodi signaculũ sacrimẽti. ¶ Vnde is q̃ mulierem ab alio viro ductã, sed minime cognitã [b] duxit vxorẽ, q̃a nec illa nec ipse carnem suam diuisit[c] in plures, propter hoc impediri ñ debet, quin possit ad sacerdotiũ ꝓmoueri.

¶ Idem Lugd. archiepõ Apostolicæ sedis legato.

propter defectum istius tertij sacramenti. duo prima sacramenta hic exprimũtur, vt dictum est, sed hoc tertium non expressit in littera, nisi loquẽdo de ipso, nõ imponendo aliqua verba, per quæ illud significet: nisi forsitã per illa verba; nec illa est vnica vnici, nec ille vnus vnius. per hoc tantum notatur recessus ab vnitate; & melius ĩ. vbi dicitur nec illa nec ipse diuisit carnem suam in plures: & sic in unitate remansit vterq; & ibi: ubi deficit inter huiusmodi cõiuges cõmixtio carnalis, nõ deest signaculum huiusmodi sacramenti. scilicet vnitatis. Vel per illa verba, hoc autem dico magnum sacramentum inter Christum & ecclesiam. sed de isto tertio sacramento legitur. 26. dist. acutius. Sed in quo consistit signatio illius tertij. sacramenti? Quidam dicũt ꝙ in ipso cõiugio: sed hoc est falsum: quia mortua, vxore coniugium desinit, & sic nulla esset signatio. Item matrimonium non consummatum non signat hoc sacramentum, vt hic in fi. Est ergo dicendum, ꝙ in eo, q̃ matrimonium vnicum seruauit, clerico facto, & ordine suscepto, est signatio istius tertij sacramenti; nec est necesse ꝙ talis clericus sit vel fuerit coniugatus: quia auctoritas Apostoli, oportet ordinãdum esse vnius vxoris virum. intelligitur per negationem, si; vnius vxoris virum, id est, nõ plurium immo qui nunquam habuit vxorem, liberius promouetur: q̃a ab vnitate nõ recessit, sed in unitate ꝑmãsit.

a ¶ Viduę.] id est, corruptæ: quia licet fuisset uidua dummodo non corrupta, nõ prohibetur, ut hic dicit.

[Gl. seq. quærit, ponit duas opi. & secundum approbat.]

b ¶ Cognitam.] sic patet ꝙ vxor ordinandi, ad hoc vt ille possit promoueri, virgo debuit esse ĩ. e.c. vlt. Sed quare exigitur maior castitas in vxore, quam ĩ uiro: Respon. quia maritus corruptæ, si cum ea una caro efficiatur, promoueri non potest 34. dist. precipimus. curãdum. ñ cuius. ñ si quis. & c. si laici, sed ille. qui habuit concubinam post vxorem vel ante, promoueri potest 24. dist. fraternitatis. H. dixit q̃ uir signat ecclesiã, quę in parte recessit à Christo adulterando, recedẽdo à fide, & si in parte virgo fuit, & ideo non deest signatiõ sacramenti in viro, quamuis non sit virgo: vxor vero signat Christum, qui nunquam ecclesiam diuisit: quoniam ipse est fons viuus, cui nõ communicat alienus. ĩ. de reg. c. licet. in fi. & de pæ. di. 1. §. item ut Christus. alij dicunt (& videtur melius) ꝙ vir signat Christum, qui primo copulauit sibi synagogã. & postea copulauit sibi ecclesiam de gentibus, scilicet militantem, in qua sunt boni & mali, & ideo non nocet si vir si nõ fuerit virgo. Vxor vero signat ecclesiã triumphantem, in qua non est macula neque ruga, quæ semper virgo ꝑmansit, saltẽ mente. Vnde Apostolus: Respondi enim vos vni viro, & c. 27. q. 1. nuptiarum: & ideo exigitur ꝙ vxor carnem suam non deuiserit in plures: quod si fecerit, deest in coniuge signatio tertij sacramenti vnitatis. & ita illud tertium sacramentum exigitur tam ex parte viri, q̃ ex parte vxoris. Vnde episcopus vnius vxoris, signat vnitatem ex omnib. gentibus vni uiro, id est Christo subiectam. 26. dist. acutius.

De materia huius glossæ consule Theologos. li. 4. sent. di. 26. & seq.

¶ Qui plures habuit concubinas, ex eo bigamus non est.

CAP. VI.

Quia † circa minima † & infra.

¶ Sane postulasti per sedem Apostolicam edoceri, si presbyteri plures † concubinas habentes, bigami[d] censeantur.

¶ Ad quod duximus respondendum, quod cũ irregularitatem non incurrerint bigamiæ, cum eis, tanquam simplici fornicatione notatis, quo ad executionem sacerdotalis officij poteris dispensare.

† Cã. vnicã eo. tit. in 4. compil.

† Al. matrimonia.

† In vno vetustissimo, exemplari ita, plures successiuũ.

[Glo seq. reci. per q. alle. pro, ponit opi. contrariã, quam reprobat.]

c ¶ Diuisit. sic. 34. dist. Valentino. per quod soluebatur hæc quæstio. sic ergo consideramus potius rõnem & causam quare hæc fiãt. quam factum ipsum & ita is qui duxit vxorẽ à se primo corruptam. potest ꝓmoueri: quia ratio & causa nõ inuenitur in eo, quare non diuisit carnẽ suã in plures. Dicunt quidã ꝙ talis promoueri non debet: quia uerũ est ꝙ est maritus corruptæ. arg. op. pro eis 30. q. 5. qualis. & H. in hac opinione fuit. sufficit ꝙ ita scriptum est. ff. qui & à quib. manu. l. si non fi. l. prospexit. & 6. q. 3. scriptum est in lege. quod non credo: eadem ratione & ille de quo q̃ situm fuit, non posset promoueri: quia uerũ est ꝙ fuit maritus uiduę & corruptę, quare intelligo q̃d dicit c. qualis quando ab alio corrupta est, & capitula plura quę ad idem possent induci. 77. dist. quicunque. & 34. dist. c. curandum. & c. præcipimus.

Quia circa.] Diuiditur. quia primo ponitur cõsultatio. secũdo responsio. Secũda. ibi, Ad quod. Et pars huius habetur. ĩ. de priui. c. quia circa. Io. And. CASVS. Presbyteri habentes plures concubinas, quæritur vtrũ bigami sint cẽsendi? Rñdet ꝙ propter hoc non incurrunt irregularitatem bigamiæ unde cũ talibus, tanquam cum fornicarijs, poterit episcopus dispensare. vt suum officium exequãtur. Not. ꝙ plures habens concubina, irregularitatem non incurrit. No. mirabile, ꝙ cum eo qui peccat dispensatur, & cum illo qui non peccat, non dispẽsatur.

[Gl. seq. signat contrarium, & soluit. secundo no. ꝙ luxuria. & c. signat contrarium & remittit.]

d ¶ Bigami.] ĩ. eod. nuper. arg. contra. sed ibi loquitur quando vtraque fuit solemniter ducta tanquam vxor, hic vero nõ. & ibi prima fuit vxor. secũda uero esse nõ potuit. No. mirabile, ꝙ plus habet hic luxuria quam castitas. arg. 34. dist. fraternitatis. Sed conrradicit in

est in auth. de test. & ea quæ parit. in fi. coll. 4. & stulti non debent esse melioris coditionis q̃ meriti. 16. q. 1. legi epistolam. & ff. quod vi aut clam. l. seruus. & ff. de fur. l. itaque fullo. §. 1. ratio huius redditur. ĩ. c. prox.

A Nobis fuit.] CASVS. Quidam subdiaconus quãdam viduã de facto duxit ĩ vxorẽ: quia de iure non potuit: quærit vtrum bigam⁹ reputet quo ad legem promotionis? Rñdet Papa, ꝙ in veritate nõ est bigamus, nec maritus viduæ: cũ inter ipsos non fuerit matrimoniũ: verum tñ cũ eo, tamq̃ cũ marito viduæ, non poterit dispensare, non ꝑꝑ sacramenti defectum, sed ꝑꝑ affectum intentionis cum opere subsecuto. Ex hac decre. not. ꝙ bigamus reputat quo ad promotionem, qui bigamus non est.

a ¶ Viduam.] q̃a cũ esset in sacro ordine ꝯstitutus, cum ea matrimoniũ contrahere nõ potuit. 28. dist. c. presbyterum, & ĩ. eo. ca. nuper. tñ licet non fuerit matrimoniũ: quia tñ quantũ in ipso fuit, cum ipsa vidua ꝯtraxit, cũ eo dispẽsari nõ põt ꝯtra doctrinam Apost. ŝ. eo. c. super eo. nõ ꝑꝑ sacramenti defectũ, sed ꝑꝑ voluntatẽ q̃ habuit contrahendi cum vidua, non contentus suis terminis cũ processit ad actũ, licet nõ habuisset effectum. sic ŝ. eo. c. nuper. & est hic, & ibi argũ expressum, ꝙ voluntas non contẽta suis terminis punit: & ea q̃ ibi ẽt dicta sunt, hic possent repeti. cum similis cã sit: quare hoc fiat causa dicta est ŝ. eo. c. debitum.

b ¶ Cum opere.] s. carnali. arg. ŝ. eo. debitum. & 4. dist. Valentino.

¶ Idem.

¶ Subdiaconus, qui cum vidua contraxit, & eam cognouit, bigamiæ pœnam incurrit, licet bigamus non sit.

CAP. VII.

A Nobis fuit: & infra. ¶ Ille autem, quia in subdiaconatus ordine cõstitutus, de facto tantum, (quia de iure non potuit) duxit viduam[a] in vxorẽ, profecto bigamus non existit; sed nec viduæ potest in veritate dici maritus: cum inter ipsum & illam non fuerit vinculum maritale cõtractum; cum eo tamen contra doctrinam Apostoli, † tamquam cum marito viduæ dispensare non licet, non propter sacramenti defectum, sed propter affectum intentionis cum opere[b] secuto.

1. Tim. 3.

† In multis Alexan. iiij. sed falsa est inscriptio, nam cum hæc cõpilatio facta est, non dũ erat Alexãder quartus creatus Papa.

† Cap. vnico. eo. tit. in compil. & habet integrum post conciliũ Lateranẽ. sub Alexan. iij. part. 26. cap. 20.

TITVLVS XXII.

De clericis peregrinis.

¶ Alex. † iij. Cœnomañ. episcopo.

¶ Vltra marini & valde remoti ordinationem suam probare debent per quinque episcoporum sigilla.

CAP. I.

TVa † nos duxit fraternitas consulendos, quid sit agendũ de clericis, qui in remotis regionibus ordinati, litteras eorũ ostendunt, à quib. sibi proponũt manus impositas, & vtrũ episcoporum sigilla sint, quæ repræsentant, incertum existit. †

¶ Tuæ igitur consultationi rñdemus, tutius esse,[i] vt in his statuta patrũ veterum obseruentur, q̃ nouum aliquid statuatur: Statutum[c] aũt est de transmarinis, vt ad min⁹ quinque[d] episcoporum super ordinatione sua testimonio muniantur, qđ in alijs (si † similiter sunt incogniti[e]) credimus obseruãdum, ita tñ vt in suspensione[f] aliquanto tẽpore habeantur, in quo plenius de actib.[g] instruãtur ipsorũ. ¶ Sed & de inferioribus ordinib. inquiri oportet, quia posset contingere, vt aliquib. prætermissis saltũ fecissent. His autem peractis, si digni inuenti fuerint, circa eos poterit dispensari[h].

¶ Innocen. iij. Constantinopolitano patriarchæ.

¶ Clericus peregrinus, qui iurat se ordinatum: nisi aliter probet, in illo ordine non suscipietur, nec ad superiores promouebitur.

DE CLERICIS PEREGRINIS.

¶ Quia inter eos, qui ab ordinib. prohibent, arcent & peregrini: ideo, &c. De ha materia hr̃ 98. & 71. & 72. di per totum, & 7. q. 1. in multis capitulis.

TVa nos.] Sũt duæ partes, ꝯsultatio & rñsio. Secunda. ibi, Tuæ igitur. Io. Andr.

CASVS. Clerici quandoque se transferunt ad remotas partes, & dicunt se ordinatos, nec ostendunt litteras eorum à quibus se ordinatos dicunt: quæritur quid de talibus sit agendum? Respondit Papa, quod tutius est in his statuta patrum sequi, quàm nouum aliud statuatur. De transmarinis statutum est, vt ad minus quinq; episcoporum testimonio super ordinatione sua muniantur: quod de alijs incognitis similiter est seruandum, ita vt aliquanto tempore habeãtur in suspenso, in quo de ipsorum actib. instruãtur illi, cũ quib. morantur; & inquirendum est etiam de inferioribus ordinibus q̃a posset esse ꝙ aliquid ꝑtermisissent. His cõsideratis poterunt admitti ad diuina, si aliàs digni inuenti fuerint. Not. ꝙ non statim credendum est alicui super ordinatione sua. No. ꝙ inquirendum est de conuersatione alicuius, ab illis cum quibus moratur.

c ¶ Statutum.] 98. dist. per totum.

d ¶ Quinque.] ideo .n. quinq; exiguntur, quia dubitari ꝯsueuit de sigillo vnius epi. si enim de illo constaret, id solum sufficeret. ĩ. de ꝓb. c. post cessionem. vel per testes. ĩ. eod. cap. tuæ. 1

e ¶ Incogniti.] ex quo enim incogniti sunt, explorandũ est cuius fidei & innocentię sint. 42. distin. quiescamus. ff. nau. cau. sta. l. vlt. §. seruorum.

f ¶ In suspensione.] quod hic dr̃, intellige de ijs q in ecclesijs recipi postulant tamq̃ clerici, cæterũ si tanquam viatores vellent celebrare secreto, permittendi sunt. ĩ. eo. cap. tuæ. & ar. de conse. di. 2. non prohibeat. & 7. qu. 1. episcopi.

g ¶ Actibus.] nam per actus sequentes præsumitur de ꝑteritis, & ecõuerso. 34. q. 2 cum per bellicã. & 6. q. 1. qui crimen. ff de re militia. l. non omnes. §. à barbaris. & 2. q. 1. in primis. 50. distinct. si quis diaconus. & 77. distinct. quicumque.

h ¶ Poterit dispensari. & id est, ex benignitate recipi poterunt.

ADDITIO. Vel ẜm Inno. hoc dicit quia si clericus sit ignotus, & litteræ ignotæ. non est sine dispensatione epi admittendus. ĩ. c. fi. vel ẜm Host. dispensari ad litterã est si in aliquo egent dispensatio. de ordi. epis. c. 1. & 2. Ioan. Andr.

† Adde qualiter & qñ credendũ sit sigillo. in l. Lucius. & ibi Barto. ff. de fid. instr. & in l. ad testium. ff. de testamen.

† Al. ita: qui similiter, &c. al. ita: si similiter sunt in eo incogniti.

1 Concord. l. si procuratore. ff. de procura. & l. ne satisdatio. ff. rem ra. hab.

INter quatuor.] Cōis diuisio. Secūda: ibi, Inquisitioni. Io. And. Pars huius ſm Io. An. habetur. ĵ. de maio. & obe. c. inter quatuor. de cleri. no resi. in ver. quatuor, & de reli. do. inter quatuor.

CASVS. Clerici aliquando transferunt se ad partes Constantinopolitanas. accedunt ad patriarchā sine litteris ſuoru ordinariorū, tū offerunt iuramentū ꝙ sunt in certis ordinibus constituti & petūt ad superiores ordines ꝓmoueri: q̃rit quid iuris sit? Respond. ꝙ nisi primo cōstiterit patriarchæ per idonea argumenta, de ipsorū ordinatione canonica, non debet illos suscipere in illis ordinib. nec ad suderiores ꝓmouere antequā eorum cōuersatio fuerit approbata. Not. ꝙ iuramentum ignoti non committit super sua ordinatione: sed hoc ideo, ne illi quibus celebrat, decipiantur.

† Cap. 1 eo. tit. in 3. cōpila.

† In pluribus antiqs post illud. ĵ. statim sequitur: vtrum clericos. &c.

a ¶ Litteris] quas habere debet semp. 73. dist. c. primarus. s. c. c. proximo.

[Gl. seq. recitetur per quæstiones, quæ vocat hic argumenta.]

b ¶ Argumenta.] nō dicit per testes vel instrumenta, sed per argumenta esse probandum: quia per argumenta sine per indicia probatur æque sicut per testes, 2 q. 6. c. ei qui. §. diffiniti ua. ver. nullus homicidarū. & 23. q. 1. dixit dominus. 27. q. 1. nec aliqua. & C. de rei ven. l. indicia. & ĵ. de presump. c. litteris. Vel idonea argumenta voca sigilla episcoporum. 93. di. trāsmarinos, vt s. c. proxi. vel sigillū epi sufficit si notum sit. 72. dist. extraneo. & C. de epi. & cler. l. si qua per calumniam. in fi. Sed si perdiderit instrumentum. probet amissionem & tenorem ipsius, & ꝙ sine vitio fuerit ĵ. de priuil. c. cū olim. in fi. vel per testes. ĵ. c. proximo.

Nomine argumēti quid in hoc c. intelligatur.

† Cap. 2. eo. tit. in 3. cōpil.

† In vno manuscripto hæc verba præmittuntur: consuluit nos ī super tua fraternitas, vtrum, &c.

c ¶ Suscipere.] nisi vt hospites. 7. q. 1. episcopi vel presbyteri. & de consecr. di. t. 2. non prohibeat. & 42. dis. quiescamus.

CAP. II.

INter † quattuor, & infra.

¶ Consuluit nos iterū tua fraternitas, vtrum † clericos ad te sine suorum ordinatorum litteris[a] venientes, & offerētes iuramētum, ꝙ sint in quouis ecclesiasticorum ordinū cōstituti, debeas ad superiores ordines promouere.

¶ Inquisitioni tuæ taliter respondemus, ꝙ nisi de ipsorum ordinatione canonice, per idonea tibi cōstiterit argumenta[b], eos nec in illis suscipere[c], nec ad maiores debes ordines promouere: præsertim antequam conuersatio corū fuerit approbata.

¶ Idem patriarchę Hierosolymitano.

¶ Peregrinus de cuius ordinatione non constat non permittitur celebrare in publico, sed in occulto sic.

CAP. III.

TVæ † fraternitatis, & infra. ¶ Vtrum clericos, qui ad partes Hierosolymitanas sine commēdatitijs[d] litteris veniunt, permittere debeas celebrare diuina: & infra. Respondemus quod nisi legitime tibi constiterit, siue per litteras, siue per testes[e], de illorum ordinatione canonica[f], q penitus sunt ignoti, nō debes ipsos ꝑmittere ī tuis plebibus celebrare.

¶ Sed si forsitan eorum aliqui secreto[g] ex deuotione celebrare voluerint, poteris sustinere.

TVę fraternitatis.] Communis diuisio. Secūda, ibi, Respondemus. Io. And.

CASVS. Clerici aliquando accedunt ad partes Hiero. sine commendatitijs litteris suorum eporum: quæsiuit patriarcha an permittere debeat illos celebrare diuina: Rñdet Papa, ꝙ nisi cōstiterit ei siue p lrās siue p testes, de canonica ordinatione ipsorūq ignot. sūt. nō permittat illos suis plebib. celebrare, sed si secreto voluerit celebrare, permittātur. Nota ꝙ alicui licet in secreto, quod non licet in publico, & hoc est ne accipiatur populus.

d ¶ Commendatitijs.] vel etiam dimissorijs. 71. dist. ca. pen. & 19. quæ. 1. due sunt.

e ¶ Per testes.] vel p alia legitima argu. s. c. ꝓxi. arg. de ꝑsum. c. litteras. & de conuersatione ipsius primo debet costare s. c. proxi.

† In antiqs deest dictio in.

f ¶ Canonica. 1] id est, secundum ordinem ecclesię facta. s. de sum. Trinit. c. firmiter. in fi.

1 Hæc glossula non habetur in antiqs libris.

g ¶ Secreto.] quia tunc nullū periculū sit alicui, nisi sibi: sed si publice celebraret populo. tunc periculum esset vt si non esset sacerdos, populum deciperet. 42. distin. quiescamus, & ĵ. de cele. mis. de homine.

¶ Honorius tertius Regiñ. episcopo.

¶ Inferiores ꝑlati sine diœcesanorū cōsensu, ī ecclesijs suis peregrinos nō possūt istituere.

CAP. IIII.

TE nobis ꝓponente didicimus, ꝙ qdam ꝑlati ecclesiarum tuæ iurisdictionis, in ecclesijs sibi commissis, sine cōsciētia † tua, clericos de alienis episcopatibus instituere non verentur. Attendentes igitur id eis nulla ratione licere, cum sit honestati cōtrarium †, & a sanctorum patrum institutionibus[h] alienum, & infra.

¶ Inquisitioni tuæ taliter respondemus, quod tibi licet eos exinde remouere, nisi aliquos ex dispensatione[i] in eisdem ecclesijs duxeris dimittendos.

TE nobis.] Communis diuisio & secūda pars est ibi Attendentes. Ioan. And.

CASVS. Quidam ꝑlati ecclesiarū de iurisdictiōe epi Regiñ. sine cōscientia ipsius epi clericos de alienis epatib. instituebant in ecclesijs sibi commissis: q̄siuit eps à Papa qd iuris esset de illis clericis? Rñdit Papa, ꝙ illud eis nō liceat, cū sit ꝯtrariū honestati, & ꝯtra institutiones sanctorum patrū: & ideo potest inde eos remouere, nisi ex dispensatione eos duxerit dimittendos. No. clericos instituēdos in ecclesijs de eodem loco, vel eadem diæcesi. & non extranos.

† al. scientia, hoc est, sine licētia, aut facultate.

† Vide l. qd vulgo. ff. de sta. hom. & l. si cū dies. §. cōpromissio. ff. de arbitr.

h ¶ Institutionibus. & 71. dist. c. 1. & 2. per totam dist. & 52. dist. per totum. & C. de episc. & cle. in ecclesijs. sic de aliena ecclesia non est assumendus prēlatus, dū repellitur idoneus in eadem. 60. dist. nullus.

[Glo. seq. arguit duo, & de secundo remittit.]

i ¶ Ex dispensatione.] no. argu. ꝙ nullus potest eligi de aliena diœce. sed tñ debet postulari: quia instituti absque sciētia epi, remouentur, nisi cum eis voluerit dispensare: & sic per solam dispēsationē de alijs episcopatibus instituuntur: & est hic bonum argum. pro opinio-

opinione illorum qui dicunt ꝙ semper præualet electio de gremio ecclesiæ, alij electioni factæ de alia, et si sit facta à minori parte. de hoc dixi ꝟ. de electione. cum inter canonicos.

DE OFFICIO ARCHIDIACONI.

¶ Explicito tractatu ordinandorũ, de dignitatũ officiis est videdũ: & qa archidiacon⁹ post epm maior est: ideo, &c. Io. And. De hac materia hr 25. distin. perlectis. 74. dist. honoratus. 94. d. c. si. Ant. de But.

V T archidiaconus.] Dicit hoc c. & seq. q̃ ac officium archidiaconi pertinere noscantur. & quia tota hæc decr. cadit sub vno astructu: nõ commode diuidi nõ põt. Ant. de But.

† Cap. 2. eo. titu. in 1. compilatio. Facit concilium Aurelianense. 4. cap. 26.

CASVS. Dr hic ꝙ archi. est vicarius episcopi in omnibus, quæ ad eũ pertinent, similiter & causę clericorũ & in vrbe & extra vrbẽ ab ipsum ptinent: & conuersatio eorum, & onus, restauratio ecclesiarũ, & doctrina ecclesiasticorũ, & correctio excessuũ. Itẽ de triennio in trienniũ cũ eps fuerit imperitus, dẽt totã visitare diœcesim, & ad vicẽ sui epi corrigere corrigẽtia. No. ꝙ archi. est vicarius epi, & potest corrigere. Vñ infertur ꝙ habet coerctionem, quod verũ est de consuetudine præscripta.

† Onere.

† Qualiter hodie visitent archidiaconi, tradit conciliũ Trid. sessio. 24. in decreto de refor ma. ca. 3.

a ¶ Vicarium.] & ita habet cognitionem & iurisdictionem, & ex quo vicarius est. C. de offi. vica. l. 2. & ꝟ. de offi. vica. c. pen. & 25. di. plectis. arg. in auth. de defen. ciui. circa princip. collat. 3.

† cuius concilii Toletani sit, nõdũ constat.

TITVLVS XXIII.

De officio archidiaconi.

¶ Ex libro Romani ordinis

¶ *Ponit quæ spectant ad officium archidiaconi.*

CAP. I.

V T † archidiacon⁹ post episcopum sciat se vicarium[a] esse eius in omnibus, & omnem corã in clero (tam in vrbe posítorum, quã eorum, qui p parochias habitare noscũtur) ad se pertinere, siue đ eorum conuersatione, siue honore † & restauratione ecclesiarum, siue doctrina ecclesiasticorum, uel cęterarum rerum studio, & delinquentium rationem corã Deo redditurus est. ¶ Et † ut de tertio c in tertium annum, si episcopus non potest, parochiã vniuersã circumeat, & cũcta, quæ emẽdatione indigẽt, ad vicem sui episcopi corrigat[d] & emendat.

¶ Ex concilio Toletano. †

¶ *Non summatur, sed ponit quadam, quæ spectant ad officium archidiaconi.*

[Gl. seq. signat contrarium, & soluit.]

b ¶ In vrbe.] arg. ꝟ 25. di. perlectis. Sol. licet quædam pertineãt ad officiũ archidi. primicerii, & thesaurarii, vt ibi dr, tñ præordinator est in cunctis, & loco epi, & tanquam vicarius eius.

[Gl. seq. signat contrarium. & soluit.]

1 ¶ Facit ad hoc ff. de ad mi. tut. l. ita aũt §. gessisse. cũ seq. & aliis vulg.

c ¶ De tertio.] eps vero singulis annis dẽt visitare parochiã suã 10. q. 1. epm decernim⁹. placuit. nisi dimittat hoc ne p p eius accessum grauentur ecclesiæ. tunc mittat archidiaconũ. vel qa eps ire nõ põt, 1 vt hic dr. Item ꝟ. eod. mandamus. vbi dr ꝙ archidiaconus debet visitare singulis annis, aut etiã pluries, si expedit,

ibi loquit de visitatione suæ propriæ parochiæ, hic qñ visitat vniuersam parochiam ad mandatum episcopi d ¶ Corrigat.] si ergo archidiaconus habet coerctionẽ ex quo hẽt iurisdictionem, qa iurisdictio sine coerctione nulla esset, vt ꝟ. de off. dele. ex litteris. & ff. de off. eius cui mãd. est iur l. vlt. Quid de iure cõi ptineat ad archidiaconñ, hẽs ꝟ. e. ad hęc. & c. ad nrum. &c. proxi. secus de cõsuetudine. ꝟ. c. vlt. vbi de hoc.

† Cap. 5. eo. ti. in 1. compila.

CAP. II.

O Fficium † vero archidiaconi in Euãgeliũ quãdo voluerit legere, vel alicui de diaconis pręcipere; quando episcopus illius induant se Leuitæ vestimentis sacris; qualiter cum pontifice ad missam procedant: † & infra.

¶ Omne ecclesiasticum officium prouidendo, lectiones aut responsoria in matrice ecclesia dare debet, & auscultare, intantũ, vt nullus Euangelium aut Epistolã, Respõsoria, vel quãlibet in ecclesia lectionem legat vel cantet, donec auscultetur e ab ipso.

¶ Acolythos † quoq; ipse ordinet, qs eorũ cãdelabra, qs thuribulũ deferre, quisve minorũ ĩ ecclĩa aliena officia agere debeat.

O Fficium.] CASVS. Dr hic ꝙ ad officium archidiaconi ptinet legere Euangelium qñ voluerit, vel pcipere alicui diacono ꝙ legat, & qñ eps debet missam celebrare, pcipere debet sacerdotibus, vt induant se vestib. sacris vt epo ministrẽt. Itẽ in matrice ecclesia nullus dẽt legere rñsorium aut epistolã, aut lectionẽ cãtare, donec primo ab ipso auscultetur: dẽt ẽt ordinare acolythos quis eorum debeat deferre cãdelabrũ, & qs thuribulũ No. ꝙ ad officiũ archi. pertinet Euangeliũ legere, & ad officia ecclesiæ ordinare, & illos q legere vel cantare debent, in matrice ecclesia auscultare.

† Vt verbi gratia, bini, honeste, & demisso vultu.

† Quis ordo sit à olytorum in ecclesia, Magister senten. li. 4. d. is. 24. §. quarto loco.

e ¶ Auscultet.] vr hoc potius spectare ad officium magistri scholarũ, sed potius ex consuetudine fit hoc, sicut & multa alia, q considerantur & attẽdunt in huiusmodi officiis potius q̃ i⁹ cõe. ꝟ. de exces. prælat. ad hęc. & ꝟ. eo. c. vlt. Bern.

ADDITIO. Vel loquit cum eps est pſens, & mandat hoc per archidiaconum expediri, secundum Vinc. Io. And.

† Gregorius epistola 10. li. 1. regist. ii &c. 1. e. ti. in 1. compe.

¶ Greg. iij. † archid. Salonitano. †

¶ *Custodia vasorum ecclesiæ spectat ad archidiaconum.*

CAP. III.

E A f quæ contra, & infra. ¶ Scire vero te volumus, quod a te districte quæsituri sumus, quia vel propriæ eccle-

† Salernitano. in nonnullus manuscriptis.

E A quæ contra. CASVS. Archidiaconus Salonitanus habuit custodiam vasorum & aliorum ornamentorum ecclesiæ: archieps Salonitanus significauit dño Papæ, ꝙ archid. negligens erat circa prędicta custodienda. Super hoc scribit Papa archid. dicens ꝙ districte inquirat ab ipso de vasis ecclesiæ, quæ illic collecta sunt, qualiter custodiuntur. si aliquid ex negligẽtia vel fraude ipsius petierit, ipse in hoc punietur, & tenebitur ad restitutionem ipsorum, cum ipse ad hoc ex officio teneatur. Not. in prælato negligentiam & fraudem comparari.

f ¶ Ea quæ.] de isto archidiacono habetur. 71. dist. gesta. &c. honoratus. &c. vbi ista dicuntur.

a ¶ Cime-

siæ, vel ea, quæ de diuersis ecclesijs cimelia a sunt collecta, non sub omni solicitudine & fide seruantur. Quod si quid ex eis, vel negligentia b vel cuiusq̃ fraude deperijt: tu hoc c reatu adstringeris, qui per archidiaconatus ordinem custodiæ d eiusdem ecclesiæ arctius deputatis.

¶ Ale.iij. Elieñ. archid.

¶ *Archidiaconus sine mandato episcopi non committit curam animarum, id est, no hẽt institutionem auctorizabilẽ.*

C A P. IIII.

CVm † satis sit absurdum: & inf. † Qm̃ igitur obtentu alicuius consuetudinis, e non debes cõtra sanctorum patrum cõstitutiones † f venire, & qđ ad tuum non spectat officium, vendicare.

¶ Mandamus, vt nemini sine licentia & mãdato episcopi curam presumas committere animarum.

¶ Idem Vigoreñ. episcop.

¶ *Archidiaconus de iure communi non potest excommunicare. Ant. de But.*

C A P. V.

ARchidiaconis † non videtur de ecclesiastica istitutione licere (nisi auctoritas episcoporũ accesserit) in aliquos sententiam promulgare. g

¶ Idem episcopo Conuentreñ. & Abbati Cestreñ.

¶ *Archidiaconus semel in anno (nisi necessitas exigat plus) visitat suam prouinciam id est, parochiam, h d.*

C A P. VI.

MAndamus, † quatenus prohibeatis Cestren. ~~Archidiacono, ne~~

1 Hinc cimeli archa dr̃ custos vasorum, & alia rũ rerum ecclesiæ, qualis est sacrista & thesaurarius. & cimeliarchiũ locus vbi reponitur thesaurus, l. vlt. §. sin autẽ. C. de bo. aucto. iu. pos.

a ¶ Cimelia.] per hoc intellige omnia vasa ecclesiæ, arg. 12. q. 2. apostolicos. 1 & custodia horũ potius pertinet ad custodẽ siue thesaurariũ, sed vt dixi in proxi. c. consuetudo attẽditur, vbi non est thesaurarius. hoc forte pertinet ad archidiaconum. vt hic videtur.

[Glo. seq. obijcit, & soluit.]

b ¶ Negligentia.] p̃latus enim non solũ tenetur de dolo, sed de culpa lata, & leui ad instar tutoris. C. de peric. tu. vel cu. si res pupilli & C. arb. tu. quicquid: sed etiã de negligẽtia, vt hic patet. cum etiam propter negligentiam remoueatur. ȷ̃. de offi. cust. ca. 1. q. 1. si qui episcopi. §. ecce cum honoris. & 81. distin. dictũ & arg. 18. q. 1. si quis abbas. sic etiã iudex propter negligẽtiam remouetur. C. de offi. p̃fect. ori. si quos. & ff. de cust. & exhi. re. carceri. & l. non est. quod potest intelligi cum negligẽtia crassa est, argu. 1. q. 1. quicquid. & ff. de verbo. sig. magnã. & argu. s̃. de ordi. ab epi. qui re. episco. c. j. in fi.

† Ca. 4. e. tit. in 1. compi. & post concilium Lateran. sub Alexan. iij. par. 26. c. 2.

c ¶ Reatu.] argum. ꝙ negligentia vi plati mortale peccatũ est. 81. dist. dictum. ȷ̃. de reg. iu. c. penul.

† Conciliũ & manuscr. istitutiones.

d ¶ Custodiæ.] ad ipsum etiam pertinet cura & sollicitudo totius ecclesiæ. 25. d. perlectis. & inf. eod. ad hæc.

CVm satis.] Prima ponit causam decisiuam & expressam. Secũda mandatũ ibi, Mãdamus. Io. And. C A S V S. Archidiaconus Elieñ. sine licentia episcopi sui committebat curã animarum, dicẽs hoc ex cõsuetudine sibi licere, eps cõquestus fuit Papæ de hoc. dicit Papa ꝙ obtentu alicuius consuetudinis non dẽt facere contra institutiones sanctorum patrum. Vnde p̃cipit ei ꝙ nulli committat curam animarum sine licentia & mandato sui episcopi. Not. ꝙ ad episcopum pertinet committere curam animarum, non obstante consuetudine, quæ præscripta non sit.

[Gl. seq. rec. ꝙ archidiaconus habeat curam animarum. alleg. duo iura ꝙ non, & duo ꝙ sic, ponit opin. Hug. & opi. contrariam, & soluit.]

Archidiaconus an habeat curam animarum.

e ¶ Consuetudinis.] Vtrum archidiaconus habeat curam animarum vel non, iura videntur diuerso modo loqui. de iure communi nõ habet curam animarum. 16. qõ. 7. nullus omnino. & hic non põt ẽt de iure cõi excommunicare. ȷ̃. c. proxi. Arg. contra. ȷ̃. de eo q fur. or. rece. c. 1. cum suis concor. & s̃. eo. c. 1. Hug. dixit ꝙ archidia. de iure communi non habet curam animarum, nisi sibi specialiter ab episcopo demandetur: nec alij potest committere. per c. prædictum, nullus & per hoc cap. & omnia illa iura, quæ videntur contrarium innuere, intelligit ex delegatione episcopi. sic & illud cap. 63. dis. si in plebibus. Alij dicunt contrarium scilicet ꝙ habet curã animarum & iurisdictionem: & ex eo ꝙ episcopus cũ instituit, siue quia per collegiũ eligitur, & per episcopum confirmatur, generalem administrationem cum iurisdictione adipiscitur. & facit ad hoc. ȷ̃. de præb. referẽte. & ȷ̃. de eo qui fur. or. rece. c. 1. cum suis concor. & ȷ̃. eod. mandamus. Quæ autẽ sunt illa, quæ de iure cõmuni pertinẽt ad archidiaconum, collige per c. ȷ̃. eo. ad hęc. & c. ut nostrum. Alia vero potius habent archidiaconi de consuetudine quàm de iure communi, quia visitant & corrigũt de consuetudine. ȷ̃. cap. vlt. & s̃ de ele. dudũ. & sic de consuetudine oĩa alia iura consimilia intelliguntur. ȷ̃. de exces. prælat. ad hæc. & quod dicit hic; obtentu consuetudinis, intellige nõ præscriptæ. ȷ̃. c. prox. ꝙ archidiaconus nõ põt excõmunicare, intellige ꝙ nõ excõicabat de consuetudine: & sic retulit se ad ius commune. sic ergo iura, quæ loquuntur diuersimode de iurisdictione archidiaconi, intelligenda sunt secundũ diuersas cõsuetudines diuersorum locorũ. sic. sup. de consue. cũ olim.

† Ca. 5. e. tit. in 1. compi. & hr̃ post cõcilium. Lateranẽ. sub Alexã. iij. par. 36. c. 4.

f ¶ Constitutiones.] 16. q. 7. nullus omnino. & q. 2. cunctis fidelibus. & sic de iure cõi ad officium archidiaconi non pertinet committere curã animarũ. hoc iã patet p notulã p̃cedentem.

† Hr̃ post cõcil. Lateran. sub Ale. iij. par. 2. ca. 11. & vide cõcil. Trid. citatũ sup. eo. c. 1.

ARchidiaconus.] C A S V S. Archidiaconi de iure communi non possunt in aliquos sententiam promulgare, nisi auctoritate episcoporum, secus tamen est de consuetudine. No. ꝙ archidiaconi de iure communi non possunt excommunicare: nisi auctoritate episcoporum.

Archidiaconus an possit excommunicare.

[Glo. seq. recitetur per contrarium de decre. dudũ. soluit, & opinionem ponit.]

g ¶ Promulgare.] hoc verum est de ecclesiastica institutione, id est de iure cõmuni, vt hic dicit. 16. q. 2. visis. & q. 7. nullus. & 24. q. 3. corripiantur. secus de consuetudine, vt s̃. de elect. dudum 2. prout dictum est in c. proxi. Dicunt tamen quidam, ꝙ eo ipso quod eligitẽ ab vniuersitate, habet iurisdictionem in subditos, & potest excommunicare. arg. 93. dist. legimus. & de offi. iud. ord. cum ab ecclesiarum. & quod hic dicitur in fi. [non videtur licere.] verum est quo ad verba canonis ex antiqua institutione ecclesiastica. ar. 16. q. 1. cunctis fidelibus, sed quo ad iura decretalium secus. sed credo verius quod dicitur. sup. eo. c. proxi.

MAndamus.] in prima dictum, à quo excipit ibi, Nisi. Ant. de But.

C A S V S. Dr̃ hic ꝙ semel tantum in anno debet archidiaconus visitare, nisi necessitas exigat, quod pluries visitet. No. ꝙ archidiaconus nõ dẽt pluries in anno

no visitare, nisi ex causa rationabili.

[Gl. seq. arguit, & remittit.

a ¶ Visitandas.] hoc. n. pertinet ad curam animarum.] ȷ̃. de elec. dudum. 2. & sic est arg. ꝙ archidiaconus habet curam animarũ, & ꝙ possit alij cõmittere, sed intellige hoc loqui de consuetudine, vt dixi. ȷ̃. eo. cum satis.

[Gl. seq. signat cõtrarium, & soluit remittit.]

b ¶ Sæpius visitare.] & ita sufficit semel tantum in anno visitare. ex eo qđ prohibet pluries visitare nisi noua cã remerserit. Sed contra. ȷ̃. de censi. cum venerabilis. vbi vr̃ ꝙ possunt preter aliquã necessitatem bis in anno visitare, & procurationem habere: intellige illud cum determinatione istius, prout ibi dr̃, si est opus, quia non solũ bis in anno, sed etiã pluries in anno, si causa subsit potest ꝑlatus visitar̃. 18. q. 2. visitãdi. & c. non semel. Si vero alia de cã pro suis necessitatib. accedat ad ecclesias, proprijs sumptibus ꝓcuretur. C. de stat. & imag. l. vlt. de hoc dic, vt ȷ̃. de censi. cũ venerabilis.

AD hæc. Diuiditur in duas partes principales. Secũda: ibi. Subsequẽter. Et q̃libet subdiuidit̃ i cõsultationẽ & rñsionem. Ant. de But. CASVS. Quęsitum fuit a Papa quid pertineat ad officium archidiaconi, & in quibus per ipsum cura episcopalis solicitudinis releuetur. Respon. Papa secũdum statuta Isidori, impe rat subdiaconis, & leuitis, & solicitudo parochiarum, & ordinatio earundẽ ꝑtinet ad ipsum: audire debet iurgia singulorum: archipresbyteri rurales, qui decani vocantur subiacere debent eidẽ. Itẽ scđm constitutionẽ Romani ordinis maior post ep̃m & eius vicariũ reperitur. Itẽ in epistola beati Clementis Papæ, oculus episcopi nominatur, & loco ipsius per episcopatum corrigit corrigenda & emendanda emendat, nisi adeo ardua fuerint negotia quod absque maioris sui præsentia nequeant terminari. Item in quadam constitutione Inn. cõtinetur. ꝙ ad ipsum pertinet institutio corporalis tam in beneficijs quam in dignitatibus: & examinatio clericorum, qui ad ordines promouẽtur, ad ipsum pertinet, & ipse debet eos episcopo pręsentare. Quæsitum fuit insuper vtrum decani rurales, qui pro tempore instituuntur, debeant ad mãdatum episcopi vel archidiaconi, vel etiam vtriusque institui, vel destitui si fuerint amouẽdi. Ad hoc respõdat Papa, qđ omnes tangit, ab omnibus debet approbari. & ipsi đcani cõmune officiũ vtriusque exercent, & iõ cõiter eligendi sunt, vel ẽ. amouendi. Nota in quib. de iure cõmuni consistit officiũ archidiaconi. Itẽ nota ꝙ spectat subdiaconis & leuitis. Itẽ solicitudo & ordinatio parochiarũ pertinet ad ipsum. Itẽ audire debet cãs singulorũ. Item decani rurales subsũt ei. Item maior est post episcopũ & eius vicariũ. Item dr̃ oculus ep̃i, & loco ipsius corrigit excessus subditorum. Item institutio corporalis in beneficijs & dignitatibus ad ipsum pertinet. Item examinatio clericorum, q̃ ad ordines promouent̃, ad ipsum pertinet, & eos debet ep̃o presẽtate. Itẽ no. qđ omnes tãgit ab omnib. approbari debet.

ſtrō Archidiacono ne ad ecclesias sui archidiaconatus visitãdas, [a] nisi semel in anno, accedat; Nisi forte talis causa emeserit, ꝓpter quã ipsum oporteat præfatas ecclesias sæpius [b] visitare.

¶ Innocentius tertius.

¶ *Dicit primo quod sit officialis archidiaconi. & in quo per illud releuetur, episcopus: Et secundo dicit, diaconos rurales per episcopum, & archidiaconum eligendos: & amouendos, si illorum vices communiter gerant.*

CAP. VII.

AD † hęc nos dicimus; † & infra;

¶ Sane consulit nos tuę fraternitatis deuotio, quid ad officiũ archidiaconi đbeat ꝑtinere; & in q̃bus ꝑ ipsum cura episcopalis solicitudinis debeat releuari; & nos prout possumus respondemus, quod archidiaconus (secundum statuta beati [c] Isidori) imperat subdiaconis & leuitis; parochiarum solicitudo & earum ordinatio ad ipsum pertinet; & audire debet iurgia † [d] singulorum.

¶ Archiprespyteri autẽ, q a pluribus decani nũcupant̃, eius iurisdictioni se nouerint subiacere. Secundum vero Romani [e] ordinis constitutionẽ maior post ep̃m, & ipsius ep̃i vicarius reperitur: omnẽ solicitudinẽ & curam, tã in clericis quam in ecclesijs eorum (prout melius secũdum Deum poterit) impendendo: cum super his sit redditurus rationem in districti examinis iudicio.

Item in epistola beati Clementis [f] Papæ prędecess. nostri. oculus † episcopi archidiaconus appellatur, vt loco episcopi per episcopatum ꝓspiciens, q̃ corrigenda viderit, corrigat & emẽdet: nisi adeo fuerint ardua negotia, ꝙ absq; maioris sui ꝓsentia nequeant terminari.

¶ In quadam uero nostra constitutione [g] iã aliã vicer nos meminimus expressisse, ꝙ institutio corporalis, tam super beneficijs, q̃ etiam dignitatibus ad ipsum debeat ꝑtinere; examinatio ẽt clericorũ, si fuerint ad sacros ordines promouendi; & hoc idem in collationibus beneficiorum credimus obseruandum; vt qui beneficijs ecclesiasticis præfi

c ¶ Beati Isidori.] ut 25. dist. perlectis.

[Glo. seq. argu. ponit opin. Ioan. quam determinat.]

d ¶ Iurgia: & sic est argu. quod archidiaconus habeat iurisdictionẽ, ꝓ e plectis. & argu. 93. di. si i plebibus. & inf. de p[illegible] li[illegible] [illegible] Io. ꝙ habet [illegible] nẽ de iure cõi, & verũ est in oibus, quę continentur in hoc c. inf. e[illegible]. vt nostrũ & ita per cõsequẽs correctionum, licet nõ possit cognoscere, nisi de modicis causis, per hoc ꝙ dicit iurgia, quia talis iurisdictio sine correctione nulla esset, vt dixi supra e. c. 1. in alijs autem, quę hic non enumerantur, stabimus consuetudini [illegible] ptę. vt dictum est supra eo. cum satis.

e ¶ Romani ordinis.] sup. eo. c. 1.

f ¶ Beati Clementis.] 94. dist. diaconi, j. & in epistola Euaristi, ea. dist. diaconi 2.

g ¶ Nostra constitutione.] Credo ꝙ sit illa, infra. e. vt nostrum, quæ debuit præcedere istam in ordine, secũdum ordinationem illarum đcretaliũ. Vnde ꝑ hoc vr̃ ꝙ loquatur de alia constitutione. sed forsitan nõ seruatur ille ordo: nisi in ordinatione đcretalium aduersorum auctorum, secundum ꝙ patet etiã in alijs locis.

† Vel illud intellige ex cõuẽtione. vel ex ꝯsuetudine speciali. inf. de censib. quãto. Io. And.

† Cap. 1. eo. ti. in 4. compil.

† In omnibus antiqs legitur, Ad hæc nos Dominus.

† Non tamẽ iudicant archidiaconi causas matrimonij, & criminũ. Cõcil. Trid. ses. 24. decreto de reforma. ca. 20. §. ad hæc nec causas concubinatus: idem Concil. sess. 25. decre. de reformatio. cap. 12.

† Concordat Concil. Triden. sess. 24. in decre. de reforma. ca. 12. vbi hẽs quales creari debeãt archidiaconi.

Archidiaconus quã habeat iurisdictionem.

[Glo.seq.obijcit & soluit.secundo arg.& illud determinat.]

a ¶ Examinentur archidiacono.] ꝟ. eod.ut nostrū.sed alibi dr̄ ꝙ illud est officiū sacerdotum. 24.dist.quando.hoc verū est de iure,sed illud. vbi eps̄ eligit specialiter sacerdotes ad hoc:vel si non est ibi archidiaconus, vt in multis ecclesijs. vr̄ ergo ꝙ eps̄ nō sit puniendus sit,ꝗ mouet indignū, sed potius archidiaconus, qui examinat & repræsentat episcopo. arg. 54.dist.si seruus. sed non est ita, quia eps̄ tenetur đ facto illi⁹ qui examinat, cū de mandato illius illud fiat: sicut exercitor nauis de facto magistri tenet̄,ff.de exerci.l.1.§.magistrū. nisi forte examinator talis fuisset, vt nō sit verisimile ipsum mētiri arg.ꝟ.đ pig.significante. sed in hoc si talis ordinatur sine titulo,epo ignorante,examinator q. p̄sentauit eū, tenebit ei prouidere 1 sed si ille non sit soluēdo, habebit regressum ꝟ epm:& hoc ideo qa adhuc reseruatū est episcopo ius examinandi 2 illum. argu. ꝟ.de ӕta.& qual.accepimus,& in subsidium ne ille ordinatus in opprobrium clericorum mendicet,ꝟ. de renunc. ad supplicationem. 93. dist.diaconi.

b [Tangit.C.de aucto.p.stan.l.vlti.& ff.de aqua plu.arcen. in concedendo & ff. de adop.nam ita dicimus.& ꝟ.de temp.ordi.& archiepiscopus vbi de hoc.

c ¶ Communiter.]secundum consuetudinem loci.

1 Facit qđ no.Bar.in l. medi terraneæ C.đ anno.& titi.

2 Examinatus.n.examinatur in his præcipue in quib. vertitur periculum animæ. de probat. causam.Ioã. And.

† Ca.2.eod. tit.in 4.compilatione.

ciendi fuerint,a suo prius examinentur archidiacono, a & p ipsum postmodum epo præsententur.

a ¶ Compellunt.] vñ iactura cāæ ashiei debent, qui patrociniū potentiorum aduocant, C. ne liceat poten. l. 1. & ꝟ. de alie. iu dic. mu ca. 2. & iudex p̄p̄ prohibitionem illorum non dimittat suam iustitiam exercere. ꝟ. de iudi. decernimus. insi. arg. 11. q. 3. quattuor. ca. ini. atum & C. q̄ metus causa. l. vlt.

[Glo. seq. alleg. duas concordantias, & duo contraria, & soluit distinguendo quadruplicem consensum:

b ¶ Pari pœna.] sic patet q̄ facientes, & consentientes pari pœna constringūtur. sic 2. quæstio. 1. notum. 86. dist. facientes. arg. contra. q̄ magis puniuntur consentientes q̄ agentes. 23. questio. 3. qui aliorum. & 11. q. 7. qui consentit. Ad hoc not. q̄ quadruplex est consensus, s. negligentiæ, consilij, cooperationis, & auctoritatis seu defensionis. In primo casu, s. negligentiæ, minus peccat consentiēs q̄ faciens, nisi forte negligētia nimis crassa fuerit, vt in præto. vt 1. q. 1. quicquid inuisibilis. & 83. dist. consentire. & c. nihil. In secundo casu, s. consilij, minus punitur, plus tñ q̄ negligens, arg. 86. dist. tanta. In tertio casu cooperationis æqualiter peccant facientes & consentientes, & secundum hoc intelliguntur omnes auctoritate, quæ dicunt, q̄ æqualiter puniuntur. In quarto casu authoritatis siue defensionis, magis peccat consentiens defendendo, & auctoritatem præstando. quàm faciens, & magis puniendus est. 24. quæst. 3. qui aliorum, & 11. q. 3. qui consentit.

ADDITIO. Vnde versus.

Consensus spernit suadet iuuat, atque tuetur.

Hic minus, hicque minus luit, hic æqualiter, hic plus.

Consentiens, operans defendens, non reprehendens.

† Concord. §. oportet cū gl. iurisdictione, & ibi Bald. in auth. de def. ciui. colla. 2 & Bar. in l. 1. §. cū igit ff. de vi & vi arma.

c ¶ Impedire.] uide qualiter iurisdictio extendit ad illo de quibus in rescripto mentio non hr, & sic excōicatio extenditur ad illos in quo lata non fuit, ꝟ. de sen. excom. nuper. & c. si concubinæ, & hoc contingit quia impedit ipsam iurisdictione, & iudex oīa potest, quæ ad ipsam iurisdictionē, pertinent, & sine quib. cā expediri non potest. ꝟ. eo. p̄terea, & c. significasti, & c. prudentiā, in fi. & ca. suspicionis. 1. respon. & ꝟ. de testi. tam litteris.

Sane si à nobis.] Diuiditur: quia primo ponitur statutū. Secundo: ibi, Ne pro veritate, eius ratio, Bened. Capra.

CASVS. Aliquis impetrauit lr̃as sup aliqua cā ꝟ aduersariū suum ad aliquos iudices, ille aduersarius alias lr̃as impetrauit ad eosdē iudices in alia forma: dubitabant iudices qd facere deberent: Rñdet Papa, q̄ iudices supsedere debēt executioni vtrarumq; litterarū, donec Romanum Pontificē consulāt, ne p p̄ uarietates litterarum causa valeat retardari. No. q̄ ignorantia iudicū circa formā diuersarum litterarū, facit executionem iurisdictionis susp̄edi, quousque consulatur superior sup ho c. No. q̄ pro uarietate litterarū, fine causarū non debēt impediri.

† Ca. 3. e. ti. in 1. compl. & post concil. Lateraneñ. par. 7. c. 3.

[Gl. seq. sigt at contrarium, & soluit dupliciter, & secundum reprobat.]

d ¶ Priorum litterarum.] contra ꝟ. de rescr. ceterum. vbi valent primæ litteræ, si secundæ non faciāt mentionem de primis; sed illud intellige qñ ad diuersos iudices primæ & secundæ litteræ impetrantur: hic qñ ad eosdem iudices primæ & secundæ litteræ impetrātur, & forma diuersa est. vnde uidetur dicere, q̄ supersedere debent, donec consulant superiorem qualiter debeant se habere in causa ipsa, s̄m quas litteras procedant, ne pro tali varietate negotium ex toto impediat, si vellent sequi vtramq. formam: sed s̄m hoc vř negotium impediri, non impeditur 2 finaliter, sed ad tempus, vel quousq; Papa rescribat super illo. Sed hodie non uidetur habere locum quod hic dicit: quia procedere debent per formam primo sibi datam, ex quo secundæ litteræ non faciunt mentionem de primis. ꝟ. de appel. vt debitus, & de rescr. c. capitulum sanctę crucis, & quia tacita ueritate impetratę sunt, cum non fecerint mentionem de prima forma. Alij volūt intelligere hoc cap ut concordet cum illo, cæterum, & dicunt quod procedendum est per primas, & supersedere debent executioni secundarum donec consulant Papam super pœna imponenda illi impetranti tacita veritate, sed hęc littera, vtrumque, contradicit eis, & est prius primum dictum verius per decre. vt debitus, sed super expensis potest puniri. supra de rescri. cæterum, in fi. De hac materia dixi ꝟ. de rescrip. c. 1.

2 Secūdum Laurentiū, & Vincētiū. Io. And.

e ¶ Innotuerit.] s. quod non reuocent primas. B.

Si pro

SI pro debilitate.] Diuiditur in tres partes, primo ponit dictum. Secundo: ibi. ita tamen ipsius determinationem. Tertio generalem exceptionem: ibi, Nisi forte. Abb. Siculus.

C A S V S. Aliquis est delegatus à Papa super aliqua causa, iudex impeditus non poterat in causa procedere, q̄rebatur vtrum possit alij committere vices suas? Respondet Papa, ꝙ si pro debilitate, vel alia iusta cā impeditus fuerit, bene potest vices suas cōmittere personis idoneis & discretis, ita ꝙ si cā esset dubia, iudicē ipsum cōsulat, & si forte cā esset ita grauis, ꝙ sine ipsius præsentia terminari non posset: tunc no committat. No. ꝙ delegatus Papæ pot committere aliam causam sibi cōmissam, iusta de causa impeditus. item nota quod delegatus graues causas committere non debet.

†Ca.4.e.tit. in 1. compi. & post concil.Lateran. par.7.c.5.
†Vox,cā,de est in antiquis.

C A P. III.

SI † pro debilitate, uel pro qualibet alia graui causa † vel necessitate, tractandis causis, quæ tibi a sede Apostolica cōmittuntur, interesse non poteris; liberum a tibi sit psonis discretis b & idoneis vices tuas committere. Ita tñ ꝙ si res tanti est, te cōsulere c debeant. Nisi forte causæ d ita graues e sint, ꝙ sine p̄sentia tua non possint commode terminari.

¶ Idem V. † Carnoteñ. electo.

¶ *Si causa committitur infra certum diem decidendæ, nisi partes prorogent, per lapsū diei expirat iurisdictio.*

C A P. IIII.

DE † causis, quæ infra certum f terminū decidendæ cōmittuntur hoc tuam volumus cognitionem tenere, ꝙ nisi dies p̄fixus, de cōi cōsensu partium g prorogetur, h eo trāsacto i mandatum expirat.

†Ca.5.e tit. in 1.cōpi. & post concil. Lateran.p.7 c.6.

¶ *Vbi certa pœna per ius statuta non est, delegatus imponit arbitrariam. h.d.*

¶ Illis etiam qui pro can-

a ¶ Liberum.] etiam partibus inuitis, cum potestas sit taliter a lege cōcessa C.de iud.l.iudices.& ꝫ.e.qm̄ apostolica.nisi in casu eiusdem decr.§.is autem. & ꝫ. eod.pastoralis in princ.& compellere etiam potest renuētē, nisi malitiose exonerare se vellet, vt ibi dicit; & sic semper iusta causa debet subesse, quādo causam committit, vt hic habes.

b ¶ Personis discretis.] inf.de consan.& affi. ex litteris.& inf.de præben.super inordinata.

c ¶ Te consulere.] tanquam virum discretum, & non tanquam iudicem si vices suas in totum commisit, ut inf.eod.super quæstionum.§.porro. 1 aliās si cum eo postea uellet iudicare, non valeret. inf.eo.cum super.

1 Concor.l. nō ualet. cū no.per Bart. C.ad l.Fla. de pla. & de off.deleg.super quæstio nū cum glo. simpliciter. lib.6.

d ¶ Causæ.] puta inquisitio excessuum, prouisio ecclesiæ.arg ꝫ.eo quoniam apostolica.§.2. secundum formam illius §.alioquin bene posset committere magis perito.

e ¶ Graues.] sic etiam grauia negotia debet quis per se tractare, & non per procuratorem, C.de procura.l. vlt. nec tamen potest cogi constituere procuratorem. inf.de procu.querelam. Bernar.

DE causis.] diuiditur in duas partes principales, sicut sunt duo dicta, primum vt in rubro. secundum vero hoc intendit: Vbi certa pęna per ius statuta non est, delegatus imponit arbitrariam. Secunda: ibi, Illis etiam.

C A S V S. Aliqua causa commissa fuit decidenda infra certum tempus, puta infra duos menses. quærebatur utrum iudex termino sibi præfixo elapso, posset vlterius de causa illa se intromittere, si ꝫ.tempus præfixum non fuerit terminata? Respondet Papa, ꝙ nisi dies ab Apostolico præfixus, de communi consensu partium infra tempus statutum in litteris fuerit prorogatus, eo trāsacto mandatum apostolicum expirauit. Secūdo quærebatur: Ecce iudex delegatus citat partes vt veniant ad præsentiam suam, noluut venire uel stare iudicio suo: quæritur qualiter puniri dēant? Respondet Papa, si tale negotium fuerit, ꝙ certa pœna in canonibus exprimatur, illā imponat; alioquin puniat eos secundum arbitrium suū, considerata qualitate delicti, & etiam causæ. No. ꝙ iurisdictio delegati potest ad maius tempus de consensu partium prorogari. Item delegatus pœnam statutam in iure imponere pote , non aliam. Item si nulla pœna statuta est super negotio, de quo iudex cognoscit, pęnam contumacibus imponat secundum arbitrium suum.

[Glost.seq. primo dicit, quādo currat. secundo quærit. arg. pro & contra & soluit.]

f ¶ Certum terminum.] tempus id currit postquam litteræ iudicibus præsentantur inf.de appel.super eo.2. Quid si infra xx.dies causa committatur terminanda: nunquid inducię xx. dierum dādæ sunt. 3. quæst.3. offeratur? Videtur ꝙ sic. quia beneficium iuris nemini est auferendum. 29. dis.de his. in fi.ff.de iudi.l. 4.§.si quis ex testamento, & restitutio, quæ infra quadrienniū determinari debet, reo dilationem petente prorogatur vltra quadriennium, & tunc prodest tam reo quam actori. C.de tep. in integ.resti.petendæ. sed contradicit in fin. quia tēpus prorogari non potest, nisi de consensu partium. Solu. propter temporis angustiam puto arctandas inducias & non ampliandas: interdum enim licet iudici arctare tempus a lege statutum. ff.de re iud.l.2.& ꝫ.de reg.iur. quod ad consultationem. nam & causa criminalis ꝫ.biennium terminanda est. C.de iud. properandum. in princip. & C. vt ꝫ. certum temp.crimi. quæstio ter. l.ultima. quandoque tamen intra quinquaginta dies. C.ut omnes tam ciui. quàm crim. iud. l.2.

[Gl.seq.arg.alleg.2.iura. & 6.alleg.in contrarium. soluit distinguendo.]

g ¶ Consensu partium.] argu. ꝙ de consensu partiū solennitates iuris possunt remitti. arg.inf.de rest.spo. licet.& ff.de fer.l.1.argum contra.ꝫ.de fer.ca.ulti. & 3 q.5.accusatoribus.21.dist.quorundam. C.de li.causa.nec si nolens, C.de arbi.authen.decernimus. C.de iura.ca.l.ulti.§.sed quia. Solu. illę solemnitates iuris quæ sint introductæ in fauorem partiū. possunt omitti de consensu partium, ut ff.de fer.l.1. & ꝫ. de testi. tuis.& ꝫ.de resti.spol.licet. sed illis solemnitab. quæ sunt introductæ propter reuerētiam dierum, 2 partes renunciare non possunt. ꝫ.de fer.c.ul & illis quæ pro communi utilitate siue publica, ut in præalleg. §.sed quia.& cæteris, quæ sunt de substantia iudiciorum, ut est libelli oblatio; & litis contestatio, & ꝙ sententia feratur in scriptis.

Iuris solemnitates an possint remitti p partes.

2 Al. Dei

h ¶ Prorogetur. &] ita patet ꝙ iurisdictio quæ certo tempore finitur, potest prorogari ad maius tempus. De prorogatione iurisdictionis dicetur ꝫ.eo. P.& G. Et si compromissum fiat ad certum tempus, finitur compromissum, nisi de consensu partium prorogetur. ff.de arbit.diem proferre.

i ¶ Eo transacto.] posset 3 quæri in capi.isto. Pone ꝙ iudex vltima dte iurisdictionis suæ tulit sententiam, quis mandabit ipsam executioni, nunquid idem ipse iudex? Dico quod sic: quoniam potestas cognoscendi expirauit, non potestas exequendi. argu.inf.eod.ex litteris.

3 Hæc glossula non est in antiquis libris.

2 ¶ Venire.]

sis tibi commissis, ad citationem tuam venire,[a] aut tuo super his parere iudicio neglexerint; si tale fuerit† negotium, quod certa [b] exinde pœna in canonib. exprimatur, eandem infligas, [c] alioquin ipsos ꝓ delicti qualitate & causæ, secundum tuum arbitrium [d] punire procures.

† Sit.

¶ Idem archiepo Senon.

¶ *Per simplicem commissionem causæ, potest delegatus citare, contumacem punire, & reliqua facere, quæ spectant ad causam.*

CAP. V.

PRæterea† sup hoc qđ nos cõsulere voluisti, vtrum liceat iudici delegato non ordinario cogere contumacẽ, ut veniat, aut damnare si nõ veniat.

† Ca.6.e.tit. in 1.compil. & post concil.Lateran. par.7.c.7.

¶ Hoc tibi auctoritate p̃sentiũ innotescat, ꝙ postquã ei cã licet simpliciter [e] delegatur, satis p̃t nr̃a auctoritate partes cõpellere: & ẽt contumaces seueritate ecclesiastica coercere; [f] ẽt si lr̃æ cõmissionis id nõ cõtineant, aut† partes mandatũ[g] nostrũ non hẽant, vt accedant; Quia ex eo quod cã[h] sibi committitur, super oĩb. quę ad causum ipsã spectare noscuntur, plenariam recipit potestatem.

† In codice Barbatię.ita vt mandatũ partes non habeãt Apostolicum, vt accedant.

¶ Idem Vintonicñ ep̃o.

¶ *Si causa plurib. etiã simpliciter est commissa, quilibet subdelegare h. d. & quotidie allegatur.*

CAP. VI.

QVamuis † simus, & infra. ¶ Si vero

† Cap.7.eo. ti.in 1.cõpi. & post Concil. Literañ. par.7.c.8.

a ¶ Venire.] dum tamen citatio teneat, aliàs non tenet. s̃. de elect. bonæ memoriæ. & ĩ. de fer. ca. vlt. Ber.

[Gl. seq. quærit, & tripliciter soluit.]

b ¶ Certa.] sic est in vsurarijs. ĩ. de vsur. quia in omnibus. & si illi perseuerauerint, excõicentur. ĩ. de vsu. p̃terea. sed certa pœna statuta est: quia si est contumax, si talis est r..s, dẽt mitti in possessionẽ causa rei seruandæ: si non est talis, excommunicetur. ĩ. vt lit. non contest. tuæ, & capi. quoniam. Quid diuersæ sunt pœnæ? minor imponatur. de pœn. dist. 1. pœnę. 50 distin. si quis voluntate. & cap. si qua femina. vel loc⁹ erit gratificationi. ĩ. de iur. patro. cum autẽ aduocatus. vel illã, q̃ magis timetur, vt in c. quoniam frequenter. in si.

[Gl. seq distinguit inter delegatum & ordinarium.]

c ¶ Eandem infliges.] cum sis delegatus: quo casu dispensare non potes, sed iure communi procedere: cum fines mandati exacta diligentia sint seruandi. s̃. de rescriptio. cum dilecta. secus in ordinario, qui dispensare potest. ĩ. de re iu. at si clerici.

d ¶ Arbitrium.] argu. ff. de iure deli. l. 1. §. 1. qualitate delicti & causæ & personæ inspecta. inf. de hom. sicut dignum.

PRæterea.] Ponit casum, ipsius responsionem, & responsionis rationem. Secunda ibi, Hoc tibi. Tertia: ibi, Quia. Abb.

CASVS. Alicui delegato causa commissa fuit simpliciter sub hac forma: Causam, quæ vertitur inter tales, tibi committimus terminãdam, quod iustũ fuerit exequaris: iudex iste quia in rescripto nõ continebatur ꝙ posset punire contumacem, vel ꝙ posset citare partes. quæsiuit vtrum posset contumacem cogere vt veniat, aut vt possit eum punire si non veniat? Respõdet. Papa, ꝙ postquam causa iudici est commissa: licet tamen simpliciter, potest partes cõpellere vt veniãt, & punire contumaces ecclesiastica seueritate, quamuis in litteris non contineantur: aut partes mandatũ non habeant vt adinuicem accedant: quia ex quo causa sibi committitur, super omnibus, quæ ad causam pertinẽt, plenariam recipit potestatem. No. ꝙ delegatus potest punire contumaces. Item ex quo causa cõmittitur alicui, omnia commissa intelligunt sine qb. causa competere non potest. & sic extenditur iurisdictio ad omnia accessoria.

e ¶ Simpliciter.] sine aliqua forma expressa: quia si certa forma esset data. illa esset seruanda. ĩ. de rescri. cum dilecta. sed cum simpliciter mãdat, quod iustum fuerit exequaris. s̃. de fil. presbyt. c. penult. tunc habet locum quod hic dicit, ꝙ omnia potest sine quib. causa expediri non potest. ĩ. eod. prudentiam. in fi. & c. suspicionis. Et sic est arg. ꝙ verbum simpliciter positũ, generaliter intelligitur. 19. dist. si Romanorum. & ĩ. de priui. qui circa.

Verbũ simpliciter positum, est generaliter intelligendũ.

f ¶ Coercere.] secundum tenorem illius decre. inf. vt lit. non contest. tuæ, si lis est contestata, secundum tenorem illius decre. inf. de dol. & contu. prout.

g ¶ Mandatum.] secundum ꝙ habetur ĩ. de restit. spol. conquerente.

[Glo. seq. arg. alleg. 6. iura. ꝙ principali concesso, &c. In contrarium alleg. 8. & soluit. Secundo argu. quòd aliquo prohibito, & alleg. 2. iura. & in contrarium vnam l. quã soluit. Tertio argu. in connexis, &c. alleg. 5. iura. & 4. in contrariũ. & soluit. Io. And. in nouel.

h ¶ Ex eo quod causa.] argum. ꝙ concesso principali conceditur accessorium. 8. distin. quo iure. & 16. q. 1. si monachus. & ff. de iur. om. iudi. l. 2. & ff. de re. iudic. quidam. C. vbi, & apud quos. l. vlt. & ĩ. de in integ. rest. causa. argumen. contra. 20. q. 3. constitui. ff. depo. l. 1. §. quæ depositis. & ĩ. de testa. ad hoc. ff. de vsuf. itẽ si fundi. §. sed si insula. 2. q. 6. quisquis. & C. de episco. audi. auth. si liberi. & C. de lib. præ. vel exhæ. auth. ex causa. & C. de leg. seruus. solu. prima pars vera est & c. constituit. non est s̃. qa ibi intentio principalis fuit circa res, alia non tangunt contrarium. Item est arg. ꝙ aliquo prohibito, prohibetur omne id per quod peruenitur ad illud. ff. de spon. oratio. ĩ. de procur. tuæ. veruntamen licet aliqua sint annexa, & alicui concessa, licet vnum admittatur, nõ tamen aliud, immo nec illud. ff. de lib. & posth. si ita. §. regula. sed illud est speciale fauore libertatis. Item ar. ꝙ idem iuris est in vtroque connexorum. ĩ. de constit. translato. & 1. q. 3. si quis obiecerit. & 8. di. quo iure & inf. de appel. vna. ff. de app. si quis. & §. si quis. & §. seq. arg. contra inf. de eo qui dux. in ma. quam pos. per adul. propositum. C. de si. inst. l. 2. & inf. de despõ. impu. de illis. & 2. q. 5. interrogatum. Solu. idem iuris est in vtroque connexorum, vbi alterum sine altero esse non contingit; vt hic. & vbi eadẽ ratio est in vtroque casu. ut de constit. translato. secus vbi diuersa est ratio, vt patet per contraria.

QVamuis.] CASVS. Causa commissa fuit sub hac forma: causam, quæ inter tales vertitur, vobis committimus terminandam, faciatis ꝙ decre. &c. nulla alia clausula adiecta, quæ aliqñ adijcitur, hæc scilicet, ꝙ si ambo nõ poteritis, &c. quærebat siue dubitabatur, si alter non posset interesse. vtrũ posset cõmittere vices suas? Rñdet Papa, si duobus cã committitur, licet in litteris nõ apponatur: [si ambo interesse non poteritis, alter nihilominus exequatur:] bene põt alter cõmittere vices suas. siue cõiudici suo, siue alij. No. ꝙ iudex delegatus semper committere vices suas põt, qualiscunque forma sit: nisi ei prohibeatur

[Glo.

[Gl. seq. soluit quæstionem, quæ fuerit dubitatio.]
a ¶ Duobus.] hæc fuit dubitatio, quia causa commissa fuit duobus sub hac forma: mandamus, vt procedatis in causa, quod [illegible] fuerit facientes, nulla clausula adiecta, q si ambo non poteritis, &c. credebatur q si vnus non posset interesse, q non posset committere: ideo quærit episcopus Vinton. an posset cōmittere vices suas, & dī q bene potest, qa clā illa nihil facit quantum ad potestatem committendi, cum habeat illam à lege. ȷ. eo. pastoralis, I. responso, & c. quoniam &C. de iudi. à iudice.

† Nō tñ potest aliū sibi associare iurisdōnem non habentem. ȷ. e. cū super.

duob.[a] cā committitur, ēt si non apponatur, vt vnus sine altero procedat in ea: nihilominus vnus ex ipsis, siue suo coniudici siue alij vices suas potest† committere in hac parte.

¶ Idē Noruiceñ. episcopo.

¶ Delegatus Papæ exequitur sententiam suam, quam exequi non pōt, aut nō vult is cui eā commiserat exequendam.

CAP. VII.

SIgnificasti† nobis, & infra. Consultationi tuæ taliter respondemus, q si iudex ordinarius[b] ad mādatum iudices delegati à nobis, aut non vult,[c] aut nō potest (alijs resistētib.[d]) sententiam ab eo latam effectui mancipare: delegatus iudex eam† auctoritate nostra sibi commissam, potest executioni mādare & si qui sibi restiterint,[e] eos sententia ecclesiastica coercere.

¶ Idem.

¶ Si ordinarius fecit eum non canonice institutum, quem delegatus Papæ mandat in possessionem induci non resistat violenter, sed precibus instabit ut differat donec Papa consulatur.

SIgnificasti.] Primo ponitur decisa consultatio. Secundo rñsio: ibi, Consultationi. Abb. Sicul.

CASVS. Dubitabat iudex iste an delegatus posset sententiā suam mandare executioni, si ordinarius ad mandatum suum ea exequi nollet, aut non posset. Rñ. Papa consultus, si iudex ordinarius ad mādatū delegati à Papa, aut nō vult, aut nō pōt alijs resistentibus sniam a delegato latā executioni mādare, delegatus nihilominus sniā ab eo latā pōt executioni mādare, & punire resistētes. Nota q ex ista decr. vr̄ innui q executio sniæ spectet, primo loco ad ordinariū. Itē nota q delegatus Papæ pt punire oēs impedientes officiū suū, tā in cognoscendo, q in exequēdo, & suā sniam pōt exeq, & mādare alij vt eam exequat.

† Cap. 9. eo. tit. in I. cōpila. & post concil. Lateran. par. 7. c. II.

† Al. ita: eā auctoritate, sibi commissa, alias ita. causam auctoritate Apostolica sibi commissā, sed plura, & vetustiora exemplaria ita: causam auctoritate sibi cōmissa.

[Gl. seq. recitetur per q. Ioan. And.]

b ¶ Ordinarius.] dubitatio fuit quia iste credebat, q delegatus iudex non posset suam sententiam mandare executioni arg. 2. q. 6. quisquis. 2. & ff. de re. iu. a diuo. Pio. sed potest, vt hic patet.

c ¶ Non vult] si non vult, potest compelli à delegato, qui maior est illo etiā epo quantū ad causam illā. ȷ. e. sane. & ȷ. c. pastoralis. I. rñ. etiā si sciat eā iniustā. ȷ. e. pastoralis. §. qa vero, dū tñ faciat ei fide de iurisdictione sua. ȷ. eo. cū in iure &C. de mand. prin. l. vnica.

d ¶ Resistentibus.] quos potest excommunicare, cū habeat coercitionē, alias talis executio delusoria videretur, ȷ. e. ex litteris. & arg. ff. de offi. eius cui mād. est iuris. l. vlt. in fi. & ȷ. eo. c. I.

e ¶ Restiterint.] & sic videntur fieri de sua iurisdictione præstando impedimentum, vnde illos pōt excōicare. ȷ. eo. quia quesitum. & ȷ. de testi. litteris.

SI quando.] Primo ponitur quæstio. Secundo solutio: ibi, Ordinarius. Abb. Sicul.

CAP. VIII.

SI† quando clerici corā iudice delegato, prælatos ecclesiarum super ecclesijs quas tenent, in causam traxerint, & corā eodem iudice trāsactione[f]† vel alio modo ecclesias obtinuerint, in quib. certum sit eos institutionem[g] canonicā nullatenus habuisse, nec possessionem etiam corporalē Ordinarius iudex non debet iudicis delegati mandato[h] resistere[i] violenter, †sed apud ipsum instare, ut differat eos in possessionem mittere, donec nobis rei veritas innotescat.

¶ Idem Brixieñ. episcopo.

¶ Post diffinitiuam executioni mandatam, expirat delegati iurisdictio.

CAP. IX.

IN litteris:† & infra. ¶ Consultationi tuæ taliter respondemus, quod ex quo iudex delegatus per se, vel per alium senten-

CASVS. Aliquis clericus impetrauit litteras ad aliquē delegatū contra prælatum ecclesiæ, super ipsa ecclesia prælatus coram iudice tractus est in causam: tandem per compositionem vel alio modo, clericus ille ecclesiam obtinuit coram illo iudice: & certum est q clericus nec canonicā institutionem nec possessionem in ipsa ecclesia habuit corporalē, delegatus mandat alicui vt illū clericū mittat in possessionem ipsius ecclesiæ, quærit vnum eps debeat resistere mandato huiusmodi delegati: Respōdet Papa q ordinarius non debet violenter resistere delegato sed apud ipsum debet instare, vt differat illū mittere in possessionē, donec Papæ super hoc negotio veritas innotescat. Nota, q ordinarius non debet violenter resistere delegato, nec impedire officium eius.

† Ca. 10. e. ti. in I. cōpila. & post concil. Latera. par. 7. ca. 12.

[Glo. sequens recitetur per obiectionem.]

f ¶ Transactione.] transactio in spiritualibus interuenire non potest proprie sumpto vocabulo, ȷ. de transa. super eod. amicabilis autem cō positio posset. ȷ. de transa. attamen, ar. ad hoc ȷ. de pb. nisi, & ȷ. de re permu. ex. fi. Vnde exponunt transactione, i. amicabili compositione.

† per transactionem.

† Facit ad hoc tex. in l. nec magistratibus. ff. de iniur.

Trāsactio in spiritualib. non habet locum.

g ¶ Institutionem.] vnde titulum non habent vel causam possidendi, titulus. n. non acqrit p transactionem in spiritualibus sed canonica institutione ȷ. de insti. ex frequentibus. & ff. de decu. Herennius Modestinus I.

† Post concil. Laterā. sub Ale. iij. cap. 16.

h ¶ Mandato.] de mittendo in possessionem illum transigentem.

[Glo. seq. recitetur quæstionem.]

i ¶ Resistere.] sed precibus instet, aliàs appellet, si nō admittat preces & tenebit appellatio. ȷ. e. super e. arg. ȷ. de re iu. cum super controuersia.

I vbi dī q sola perceptio salarij nō facit decationem.

IN litteris.] Diuiditur: quia primo ponitur decisa consultatio, secundo responsio: ibi, Cōsultationi, tertio redditur ratio: ibi, Q ua. Bened. Capra.

CASVS. Iudex delegatus tulit sententiam sup aliqua cā sibi commissa: quærebat usq; ad qd tēpus iudex iste delegatus interponere posset vt itet fnie sue: Rñdet Papa, q ex quo per se vel per aliū sniam mandauit executioni, expirat iurisdictio illa, qa semel est officio suo functus. Nō q delegatus Papæ, & per se, & per alium pōt exequi sniam suam. Item nota q qui semel officio functus est, deinceps non habet iurisdictio-

ctio-

tiam executioni mãdauit vel mãdari præcepit,[a] eius auctoritas, & iuriſdictio ceſſat: Quia ſemel eſt officio ſuo functus.[b]

¶Idẽ abbati sãcti Albani.

¶*Reo abſente non per contumaciam, delegatus datus ẽt ad diem, non reſtituet actorẽ, licet poſſeſſionem & deiectionem probare uolentem.*

CAP. X.

Conſultationibus:† & infra. Quæſitum eſt, vtrũ ſi aliquis eccleſia, vel poſſeſſione qualibet ſe aſſeuerans abſq; iudicio, & cauſa rationabili ſpoliatũ, & à nobis ad iudices litteras obtinuerit, vt infra certũ tẽpus reſtituatꝛ ſibi poſſeſio, ſi cõſtiterit iudici eũ eſſe taliter ſpoliatum, poſſeſſio debeat ei reſtitui: cũ is q tenet eccleſiã, vel poſſeſſionem q̃ ipſe reqrit, ante q̃[c] de litteris ipſis aliqua mẽtio fieret, ſtudiorũ vel pegrinationis, vel alia huiuſmodi cauſa abſentauerit, ne infra tempus præfixum, † iudici poſſit ſuam præſentiam exhibere. Super quo reſpondemus, quod nec poteſt nec debet reſtitutionem[d] habere, quamuis paratus ſit coram iudice delegato, teſtibus idoneis poſſeſſionem,[e] & deiectionem ſuam probare: niſi is[f] qui poſſidet, ſe per

ctionẽ, qđ verum eſt cum ſententiam mãdauerit executioni, vel mandari præcepit cum effectu.

a ¶ Præcepit.] cum effectu, ſ. nam ſi mandauit, & non eſt partium ipſemet poſtea exequatur, vt ſ. e. ſignificaſti. verba enim cũ effectu ſunt accipienda. ĩ. de cle. nõ reſi. relatum, & de pen. diſt. 1. hæc autẽ verba & ff. quod quiſque iur. l. 1. §. hæc autẽ verba. & ĩ. de ſpõ. ca. vlt. hęc pot facere vſq; ad annum à die latæ ſniæ, ĩ eod. titu. quærenti.

[Gl. ſeq. alleg. duas cocor. & ponit 10. alios caſus, quibus expirat iuriſdictio delegati.]

b ¶ Officio ſuo functus.] ſic. ff. de re iudi. iudex. & ĩ. eod. c. venerabilis. Et ita expirat delegati iuriſdictio. ſnia lata, & executioni mandata: vt hic. Item finitur mortuo iudice, cui proprio nomine ſcribitur 1 ĩ. eo. q̃m abbas, à ɔtrario ſenſu. Itẽ p mortẽ illius cõtra quẽ litteræ impetrantur re integra. ſ. de reſcrip. ſignificauit. Item reuocato mandato. ff. de iudi. iudicium ſoluitur. & per ſecundas l̃ras, quæ expreſſam faciunt mẽtionẽ de primis. ſ. de reſcri. cęterũ. Itẽ ſi iudex remittit cãm ſuperiori. ĩ. de l. leg. licet Traneñ. Itẽ elapſo termino commiſſioni. ſ. do. de cauſis. Itẽ ſi re integra moriꝛ delegãs. ĩ. e. gratũ, & c. licet. Itẽ p legitimã recuſationẽ. ĩ. de to. cõp. licet, & ĩ. de app. pro requiris. Itẽ p appellationẽ legitimã ĩ. de app. vt debitus. Itẽ p delationẽ appellationis. arg. ĩ. de app. ſæpe. & c. interpoſita.

Conſultationibus.] comunis diuiſio. Secunda: ibi, Super quo. Abbas Siculus.

CASVS. Aliquis fuit ſpoliatus eccleſia ſua, ſeu alia poſſeſſione ſine iudicio eccl'ię, & abſq; rõnabili cã: acceſſit ad Papam, & conqueſtus fuit ei, ꝙ tal'r fuerat ſpoliatus, & obtinuit l̃ras ad iudices ſub hac forma, vt ĩ. certũ tẽpus reſtituatur ſibi poſſeſſio, ſi conſtiterit iudicib. eũ taliter fuiſſe ſpoliatum: ille qui ipſum ſpoliauit, abſens erat atque aliqua mẽtio fieret de litteris illis, cauſa peregrinationis, vel cã ſtudiorum, vel alia conſimili, nec ĩ. tempus comprehenſum in litteris poterat ſe iudici præſentare: quærebatur vtrũ poſſeſſio debeat illi reſtitui, cum paratus ſit ſuã poſſeſſionẽ & ſpoliationẽ probare? Reſpondet Papa, ꝙ nec poteſt, nec debet habere reſtitutionẽ, q̃uis paratus ſit pbare corã delegati poſſeſſionẽ & deiectionẽ: verum tñ ſi ille, qui poſſidet lite conteſtata ſe cõtumaciter ablẽtaſſet, tũc debet ei poſſeſſio ablata reſtitui ſi probauerit ſe poſſediſſe, & ſpoliatũ fuiſſe. Not. ꝙ ſpoliatus ad hoc vt reſtituat, duo dẽt probare. ſ. poſſeſſionẽ & deiectionẽ. Itẽ ɔtra abſentem cã peregrinationis, vel ſtudij vel alia conſimili, non eſt procedendum diffinitiue: nec contumax reputatur.

c ¶ Ante quam] aliàs ſi fraudulenter receſſiſſet, ſecus eſſet. ĩ. de appel. ſuggeſtum, vel poſt citationem. ĩ. de eo. qui mit. in poſ. cauſa rei ſer. c. vl. ſed ibi ſuppletur. maxime. & hic eodem modo.

[Glo. ſeq. recitetur per q. alleg. 3. ll. quòd non. & 3.

ad ɔ riũ, & ſoluit diſtinguẽdo tres ſpẽs poſſeſſionũ. ĩ.

d ¶ Reſtitutionẽ.] ſic vĩ, ꝙ ſi quis ſit abſens iuſta de cã, & non animo fraudandi, non debet fieri miſſio in poſſeſſionẽ bonorũ ipſius. ff. qui. ex cau. in poſ. ea. Fulcinius. §. qd ſit latitare. arg. ff. de iudi. l. no videtur. ff. de pecu. eo. tpe. rñ. 1. arg. contra, C. de teſt. mi. ignorare. & ff. de priui. cred. l. vl. & ff. qb. ex cau. in poſ. ea. Fulcinius. §. ſi fundũ qa in iſtis ɔtradicit, ꝙ etiã iuſta de cã. abſens ſi non defendit, fit miſſio in poſſeſſionem. Solu. aliud eſt bona alicuius poſſideri, & aliud in poſſeſſionem mitti, & aliud reſtituere poſſeſſionem: qa ſi aliqs vocatus latitat cauſa fraudandi creditores, ſi nõ defendat boni viri arbitratu, 2 bona eius poſſidere iubẽtur, & etiã vẽduntur. ff. ex quibus cau. in poſ. ea. Fulcinius. circa princi. & §. quid ſit latitare, & C. de bon. auct. iu. poſ. cum proponas. & ſm ꝙ dĩ in authẽ. ibi poſita, & quia iurat. ſi autem vocatus no latitat, vt fraudet creditores, ſed abñs eſt ex quacunq; cã pbabili, vel nõ pbabili, neceſſaria vel no neceſſaria, ſi nõ defendaꝛ, mittunꝛ creditores in bonorũ poſſeſſionẽ cã cuſtodię, nec ea vẽdere poſſunt nec poſſident. ff. quib. ex cau. ma. in integ. re. itẽ ait. §. hic aut. & ff. de acq. poſ poſſideri. §. ult. & ĩ. vt lit. non ɔteſt q̃m. in fi. & hoc in perſonali actione: ſed ſi quis abſens ſit contra quem agatur actione reali. citari debet ad dominu. & interogandi ſunt amici an ipſum defendere uelint. ff. ex quib. cau. ma. l. ergo. & ſi nõ ſit q eum defendat, fit miſſio in poſſeſſionem petitam cã rei ſeruandæ. ĩ. ut lit. nõ conteſt. q m. §. in alijs. & ſic intelligit ɔtrarium illud §. ſi fundu. Aliud eſt poſſeſſionem reſtituere, vt hic dicit: quia tunc eſt poſſeſſor quouſq; euincatur proprietas, & habet cõmodũ poſſeſſionis, & hoc denegatur in caſu pſenti, ſi daret reſtitutio, quaſi diffinit. ne procederetur ɔtra abſentem lite nõ coteſtata, qđ eſſe non debet. ĩ. ut lite nõ cont. p totũ, & idẽ eſt ſeruandum in hac cã, ſicut eſſet ſi tractaretur cã proprietatis. ĩ. ut lite nõ conte. ca. 2. Quid ergo faciet q ſe ſpoliatus? fiet denunciatio ad domũ legitima: & ſi non ſit qui eum defendat, mittatur in poſſeſſionem cã rei ſeruandæ, reo poſtea veniente iuſta probata cauſa abſentiæ reſtituitur in integrũ, uel ad appellandum: & hæc miſſio non prohibetur hic. ſed reſtitutio tantum de reſtitutione abſentis dicitur 2. q. 6. biduum. §. ſi aduerſus abſentem, & etiam ſine iuſta cauſa reſtituitur ei poſſeſſio quandocunque infra annũ: prout dicitur in decret. quoniã. §. in alijs.

e ¶ Poſſeſſionem & deiectionem.] nota ꝙ hæc duo tenetur probare qui petit reſtitui, ſ. ſe poſſediſſe, & ſpoliatum fuiſſe. ĩ. de reſti. ſpolia. olim cauſa. & ĩ. q filij ſint legi. cauſam quæ. & idem eſt ſi aliquis ſpoliauit uel mandauit, uel ratam habuit ſpoliationem, ĩ. de reſt. ſpo. cum ad ſedem, ad fin. ff. de ui. & ui. ar. l. 1. §. deieciſſe.

f ¶ Niſi is.] per hanc litterã uidetur quod ſi ille ɔtumaciter

† Ca. 15. eo. ti. in 1. ɔpil. & poſt Concil. Lateranẽ. par. 7. ca. 17.

1 Vel q ſimpliciter cũ alio vł aliis datus eſt. ĩ. e o. uno delegatorum. Ioan. And.

Poſſideri bona in poſſeſſionẽ mitti. & reſtituere poſſeſſionẽ differũt.

† præmiſſũ in vno non multũ uetuſto.

2 Glo. eſt ſimilis in le. dum proponas. C. de bon. aucto. iud. poſſid. text' in l. ſi finita. §. nõ autem ff. de damn. infecto.

maciter fuisse absens, ꝙ esset restitutio facienda qđ non est verum, nisi post litem contestatam: quia tunc si esset contumax, reciperentur testes, & restitueretur, si probasset suam possessionem & spoliationem: & sic intellige versiculum vltimum: alias testes ante litem cōtestatam propter contumaciam non sunt recipiēdi nō cā restitutionis. ĵ. vt li. non contesta. c. 1. & sic mutat causam. 1 similis mutatio est de causa possess. c. pe. quia š. dixit de eo, q erat absens probabili causa, & antequā sciret litteras contra se impetratas: & hic loquitur cum lite contestata, contumax inuenitur: & in eo casu (si liquet de causa) restituit possessio. ĵ. de dolo & contuma. prout. vel mittitur tantum in possessionē causa rei saruandæ p p contumaciam lite non cōtestata. ĵ. vt lite non contestata, quoniam §. in alijs: vel potest intelligi ẜm opinionem illorum, qui dicebant, ꝙ lite non contestata possunt recipi testes contra cōtumacē, & sententia ferri. hæc fuit opinio Hugo. & sic propriæ tenetur illud, nisi. Ber.

1 Intēdit ꝙ fit mutatio in qualitate plenæ ipsi⁹ rei, & in ista tu causę. Io. And.

† Cap. 16. eo. tit. in 1. compila. & post Cōcil. Lateranen. par. 7. c. 20.

† Facit tex. in l genera-liter. cu no. ff. de sol. l. si duo.

cōtumaciam absentasset.

¶Idem Carnoteñ. episc.

¶ Delegatus Papæ in causa sibi commissa, iurisdictionem habet super ordinarium & quemcunque maiorem.

CAP. XI.

ij SAne† quia nos, & infra. ¶ Tuæ quæstioni duximus respondendum, quod iudex à nobis delegatus vices^a nostras gerit, vnde ī causa illa superior est, & maior illis quorum causam suscepit terminādam.^b † Ideoque si episcopus^c vł alia persona,^d quę non sit de iurisdictione^e illius, ī causa quā ei delegam⁹, rebellis aut cōtumax fuerit, secundum qualitatē facti poterit, vel īterdicti, vel suspēsionis sētētia a iudice delegato cōpelli^f ¶Ita ꝙ iudex secundum negotij qualitatē temperare ꝓcedet, episcopo vel ingressum ecclesiæ, vel sacerdotale officium^g interdicat: aut etiam terram illius, quæ ad iurisdictionē suā pertinet specialiter,^h interdicto supponat.

¶Idem Eboraceñ. archiepiscopo, & episcopo Cōuentreñ.

¶ Si primus impetrauit primam dignitatem in ecclesia vacaturam: secundus impetrauit certam dignitatem ipsius ecclesiæ cum vacaret, & illa postmodum vacat, debetur primo, & non secundo. h. d. & est notabilis decisio.

CAP. XII.

EX † parte N. nobis innotuit, qđ cum ad te frater Cōuētreñ. nostras litteras impetrauerit, vt ei

SAnc.] Primo ponitur decisa consultatio. Secundo respōsio: ibi, Tuæ. In qua tria facit. Primo præmittit responsionis causam: Secundo, ibi, Ideoque. respondet. Tertio: ibi, Ita quod. responsum declarat. Bened. Capra.

C A S V S. Aliquis clericus vel laicus causam habet cum epo: cā ipsa commissa fuit alicui iudici delegato contra epm, qui delegato non subest: aliàs quæritur qualiter delegatus episcopum punire debeat ad aliquid faciendum vel dandum, cum rebellis fuerit ipsi delegato? Respondet Papa ꝙ iudex delegatus ab ipso, vices ipsius gerit, & ideo maior & superior est illis quorum causam suscipit terminandam. Vnde si episcopus vel alia persona, quæ non sit de iurisdictione ordinaria iudicis delegati in causa q̄ sibi à sede Apostolica delegat rebellis & contumax fuerit, iudex delegatus pōt ipsum episcopum intercedere vel suspendere, ita ꝙ secundum qualitatem negotij temperare procedens episcopo interdicat ingressum ecclesiæ, vel sacerdotale officiū, vel terram ipsius episcopi interdicto supponat. No. ꝙ delegatus vices gerit delegantis. Item maior est illis quorum cām suscipit terminādā. Item contra maiores partes ab initio temperare delegatus procedere debet. Item terra potest interdici ꝓ delicto domino.

a ¶ Vices nostras.] no. ꝙ delegatus vicem gerit delegantis. 93. di. c. vlt. & 94. dist. c. 1. & ff. de off. eius cui. mand. est iurisd. & si prætor.

[Gl. seq. arg. quod Papa, &c.]

b ¶ Terminandam.] arg. 21. dist. c. inferior, & ca. denique. Item maior est ordinario quantum ad causam illam. ĵ. de offic. ordi. pastoralis. Item argum. ꝙ Papa potest ligari ab illo, cui peccata sua confitetur. 2. q. 5. mandastis.

c ¶ Si episcopus.] cuius causa commissa est delegato: & ita est de iurisdictione delegati quantum ad illam causam.

d ¶ Persona.] cuius causa non est delegato commissa: tamen si iurisdictionem delegati impediat, delegatus potest illum punire, vt hic dicit: & š. eo. c. 1.

e ¶ De iurisdictione.] quia ex tali delegatione fit de sua iurisdictione, cuius causa est delegato cōmissa.

[Gl. seq. no. in pœnis, &c. & signat contrarium.

f ¶ Compelli.] cum habeat iurisdictione in illum: aliàs nulla esset delegatio talis. ĵ eo. ex litteris. & ff. de officio. eius cui man. est iurisdic. l. vlt. in fi. & est notabile: qa defertur maioribus in pœnis inferendis propter dignitatem. contra hæc. ĵ. de ita. reg. ea. quę. primo responso.

ADDITIO. Sed ꝙ verum est, ab initio est deferendum.

[Gl. seq. recitetur per questionem.]

† Cap. 17. eo. tit. in 1. compila. & post concil. Laterā. par. 7. c. 21.

g ¶ Officium.] qñ sic specialia interdicuntur, alia non interdicta potest exercere. š. de cor. vitt. c. significauit. secus si esset simpliciter ab officio suspensus. Ber.

h ¶ Specialiter.] hoc fit cum episcopus suo nomine conuenitur. & est arg. ꝙ alius pro delicto alterius punitur. Item arg. ꝓ delicto vnius totam terram supponi interdicto. š. de postu. ad hæc. & ĵ. de spon. non est vobis.

EX parte.] Diuiditur, quia primo ponitur patris conquestio. Secundo promissio: ibi, Quoniam igitur. Abb.

C A S V S. Quidam clericus N. nomine impetrauit litteras ad episcopum Conuentreñ. vt archidiaconatum, quem in ecclesia ipsius primo vacare contingeret, assignare eidem: litteras istis præsentatis, quidam alius R. nomine litteras alias ad Ebora. archiepiscopum impetrauit sub hac forma: vt si auunculus eius archidiaconatum, quem habebat in ecclesia Conuentreñ. omnino dimittere vellet, ipsum assignaret eidē, nulla de prioribus litteris habita mentione. eps conuentreñ. hoc intellecto significauit negotium dño Papæ ꝑ eūdē N. super negotio isto scribit Papæ archiepiscopo & epo prædictus dicens. ꝙ si memor fuisset ꝓdicto N. scripsisse, pro aduersario suo nullas trās direxisset. Vnde mandat eisdem, quatenus ꝑfato. N. archidiaconorū ipsius ecclesiæ, si vacet, assignent, nō obstātibus litteris posterius impetratis. Nota ꝙ si litteræ super beneficio impetrētur & ꝑsentētur, litteræ posterius impetratæ super consimilij beneficio eadem ecclesia non facientes de prioribus mentionē, nō valēt.

¶ Omni-

archidiaconatum, quem ĩ ecclesia tua primo vacare contingeret, assignares: R. (aduersarius† eius) alias ad te frater Eboraceñ. litteras† impetrauit, nulla de prioribus habita mentione: vt si auũculus suus archidiaconatum, quẽ habebat in eadẽ ecclesia vellet omnino a dimittere, b ipsum ei faceres assignari.

¶ Quoniam igitur, si memores fuissemus, nos ꝓ p̃dicto N. litteras direxisse, pro aduersario nullatenus scripsissemus: Mandamus, quaten⁹ p̃fato N. archidiaconatum ipsius ecclesię (si uacat) nõ obstãtib⁹ c posterioribus litteris, assignetis.

¶ Idem Eboraceñ. archiepiscopo.

¶ Vbi contraria voluntas Papæ non apparet, delegatus iuris formam seruare debet, & rationabiles exceptiones admittere. Io. And.

CAP. XIII.

EX† parte tua, & infra ¶ Quæstioni tuæ taliter respondemus, quod si quando iudici delegato expediat formam sibi statutam seruare, debet tamẽ rationabiles d exceptiones admittere, & in causa iuxta iuris æquitatẽ procedere: Nisi exprimatũ i litteris nostris, quod nullæ e debeant exceptiones admitti. Quod nec nos, nec ãtecessores nostros credimus f vnquam † expressisse.

¶ Idem abbati & conuentui maioris monasterij.

¶ Delegatio facta dignitati non expresso nomine proprio transit ad successorem.

CAP. XIIII.

QVoniam† abbas Leicestriæ, qui suscepto mandato nostro,

---

a ¶ Oĩno.] i. sine aliqua pactione, conditione, vel mon.

[Gl. seq. obiicit, obiectioni signat contrarium, & solu. obie. se. undo quærit arg. pro, & sol.]

b ¶ Dimittere.] videtur ꝙ talis renunciatio, simoniaca fuerit. quia qui remittit, dat. 8. q. 2. talia & ¯. de testib. veniens. & ff. de calum. quinetiam. & ff. q̃ in frau. cred. in fraudẽ. 1 arg. ꝯtra. ff. quæ in frau. cre. si pignus. Respondeo, hæc dictio, oĩno, soluit ꝫ. i. sine aliqua conditione. Item pone ꝙ simpliciter renunciet: sed in aĩo habet vt ei det alias nũciaturus, videtur ꝙ simonia cõmittitur: sola enim voluntate committitur, sicut vsura, quæ sola volũtate committitur. ¯. de vsur. consuluit. & 1. q. 1. qui studet. sed secus in simoniacis, quia prohibita: secus in prohibitis, q̃a simoniaca. Prohibita, quia simoniaca, sunt illa, quæ in veteri testamento nouoque simoniaca erant in sui natura. vt vẽdere sacramenta, vt prædicto ca. qui studet. & c. sicut eunuchus. Simoniaca, quia prohibita sunt illa quæ ꝑ constitutionem ecclesiæ facta sunt simoniaca: quale est hoc. & etiam pastum dare post receptionem in canonicum. & istis non sufficit sola voluntas, nec in alijs, dum tamen sit contenta suis terminis. Quod de vsuris dicitur non promouet; quia vsuræ in vtroque testamento prohibitæ sũt. Vin.

[Gl. seq contrarium soluit, & remittit.]

c ¶ Non obstantibus.] arg. contra ¯. de rescrip. c. 1. ibi, speciale derogat generali. sed hic primæ videntur 2 generales, & secundæ speciales. quæ de vno speciali beneficio faciunt mentionem, & tamen non valent hic secundæ. Sed hic veritate inspecta speciales sunt tam primæ quàm secundę, 2 id est, quia primæ tantum ad vnum beneficium restringuntur, sed hodie in litteris pro beneficijs obtinẽdis illæ solæ præualent, quę primo præsentantur ¯. de rescri. c. capitulum sanctæ crucis. & secundum hoc concordat cum illa, quia primæ primo fuerunt præsentatæ, & epo loci hoc mandabat. ¯. de app. vt debitus. De hac materia dictum fuit. ¯. de rescr. c. 1. dic, vt ibi.

ij. EX parte tua.] Simpliciter scribit delegato certa forma expressa, debet nihilominus exceptiones rationabiles admittere. quamquam de eis nihil dicat in rescripto. h. d. Et diuiditur nam primo ponitur decisa quæstio. Secundo solutio: ibi, Quæstio. Tertio exceptio: ibi, Nisi. Quarto quædam protestatio: ibi, Quod nec. Abbas.

CASVS. Dominus Papa committit causam aliquam sub certa forma: quærebatur vtrum ille sequi ita debeat formam sibi datam. ꝙ exceptiones legitimas nõ admittat: Respondet Papa ꝙ licet delegatus sequi debeat formam sibi datam, tamen exceptiones rationabiles admittere debet, & ſm æquitatem in causa procedere: nisi exprimatur in litteris, ꝙ nullæ debeãt exceptiones admitti, q̃d non credit nec ipsum nec antecessores ipsius expressisse. Nota qualiscunque forma detur delegato, exceptiones legitimas recipere debet q̃a illud non est ꝯtra formam. Item in iudicijs seruanda est æquitas.

[Gl. seq. arg. alleg. vnam concord. & vnum cõtrarium. & soluit. in fin. iterum arguit.]

d ¶ Rationabiles.] arg. ꝙ magis est procedendum ſm iuris ordinem, quàm secũdum formam rescripti: sic ¯. de rescript. causam quæ inter. sed contra. ¯. de rescrip. cũ dilecta. Sol. semper seruanda est forma rescripti, si non contradicat iuri: si uero contradicat, secus est. supra de æta. & quali. cum te. & hoc verum est, nisi Papa ex certa sciẽtia contrariũ mãdet. tunc est ei obediẽdum, etsi durum sit mandatum. 100. dist. contra morem. & 19. dist. in memoriam. & ille qui recipit legitimas exceptiones, secundũ ius facere intelligitur: ad quod ẽt tenetur. ¯. de æta. & qual. accipimus. in fi. 3 Item ar. ꝙ si compromisisti in aliquem ut stares mandato suo, intelligendum est de honesto. ¯. de iureiu. veniens, & c. Quintaualis.

[Gl. seq. r citetur per contrarium.

e ¶ Nullæ.] supple, & constet intentionem Papæ talẽ fuisse & voluntatem. aliàs. n. non obstante tali generalitate rationabiles exceptiones recipi debent. ar. ¯. de resti. spol. audita. arg. ff. de pig. obligatione. C. quæ res pig. bo. pos. l. 2. & ff. de pecu. l. q peculij. Sed cum specialiter ntimerãt, & dicit, nõ obstãte tali generaliter; vel tali exceptione, illas nõ recipiet iudex arg. ff. si q s cau. sed & si. §. quæsitum.

[Gl. seq. alleg. canones in cõtrarium, & sol. iterum alleg. in contrarium vnam l.]

f ¶ Credimus unq arg. ꝯtra. 2. q. 7. lator. & 21. q. 2. placuit contra. 27. q. 1. si homo esses. Sol. in cõtrarijs notum erat Papæ factum ipsum. & quia illa talia sunt, vbi locum non habet exceptio vel excusatio. Item ar. contra C. de decur. exemplo. lib. 10.

ADDITIO. Sed ibi similiter causa fuit notoria.

QVoniam abbas] Diuiditur: quia prima pars narrat factum, secunda illud approbat. ibi, Nos, & pone casum litteralem, ut in gl. Abb.

CASVS. Causa 4 fuit commissa duobus abbatibus, s. abbati Leicestriæ, & abbati Vincestriæ, non expressis proprijs

---

1 Facere vĩ in fraudem q̃ non facit quod facere debet. vel non vtit̃ seruitutib. Io. And.

† Hæc duo verba, aduersarius eius, desunt i antiquis.

† Vox, litteras, ẽt deest in antiquis.

2 Idẽ Inn. & Host. vel põt dici, ꝙ vtrunq; fuit priuilegium ſm Iaco. de Are. & sic reprobatur opi. M. vt dixi infra de exce. c. 1. Io. And.

† Cap. 18. eo. tit. in 1. compila. & post concil. Lateranen. par. 42. cap. 1.

† Vox, vnquam, non est in antiquis.

† Ca. 11. eo. ti. in 1. cõpi. & post concil. Lateran. par. 45. c. 4.

3 Per. dicit distinguendũ an sit ꝯtra formam & tũc nõ valet formã: & tũc valet alle. q̃d no. de re iudic. causam. in gl. & intelligitur ut ibi dicã. Io. And.

4 Hic casus in vetustis codicib. habetur.

proprijs hominibus,& ambo citauerunt partes, abbate Vincestriæ tandē mortuo,& altero substituto, abbas Leicestriæ processit postea cum abbate Vincestriæ substituto, & tulerunt s̄niam, & dn̄s Papa confirmauit illam. Vel pōt poni casus, q̄ abbas Leicestriæ solus citauit mortuo coniudice suo: quia sub illa forma, q̄ si ambo non poteritis, &c. & postea altero substituto cū eo processit, quod bene potuit & hoc potius cō cordat litteræ, ut patet in prin. Ber. Not. per hanc decre. q̄ qn̄ causa cōmittitur dignitati non expresso nomine prælati, eo mortuo successor in eadem causa procedere debet. Abb.

a ¶ Præfixit.] & etiā solus potuit præfigere altero mortuo, si continebatur in litteris, q̄ si ambo non poteritis, &c. quia tunc extitit conditio, nec propterea expirauit mandatum quantum ad illum defunctum, sed statim altero substituto,& confirmato ambo procedere debent, quia temporale fuit impedimentum. C. de cur. fur. l. penul.

[Glo. seq. primo inducit rationem,& unam l. secundo obijcit dupliciter, scilicet q̄ sine nominis exp̄ssione iurisdictio expiret per mortem. Secundo q̄ expressione non obstante transeat ad successorem,& soluit. Tertio quærit arg. negatiue,& affirmatiue, & soluit, distinguendo.]

Mortuo delegato, qn̄ succedat ei alius.

b ¶ Substitutum.] ecce q̄ successor potest cognoscere vnde potuit cognoscere prædecessor ēt delegatus, & hoc verum est qn̄ proprium nomen in litteris non sit expressum: quia pro una persona intelliguntur: quia dignitas nō moritur. sed si propriū nomen in litteris fuerit expressum, quia tunc commissio facta fuit personæ, successor non cognoscet: & hæc est ratio, quia (vt dixi) dignitas nūquam perit indiuidua uero quotidie pereūt. ff. de lega. 1. l. 4. si quis in fundi. Sed uidetur q̄ idem sit,& si non exprimatur proprium nomē, quia hoc nomen abbas talis loci, loco proprij nominis est. ff. de lib. & posth. nominatim. argu. sed non est proprium nomen, sed singulare, ut phœnix,& appellatiuum similiter,& si electus sit loco præmortui, idē est, quia idem debet cognoscere ut prædecessor. ff. de iudi. mortuo iudice. In Auth. ut nulli iudic. §. & hoc iubemus. colla. 9. Sed vr̄ q̄ etiam si expressum non sit nomen dignitatis, q̄ successor adhuc cognoscere possit arg. ff. de condi. & dem. l. filiæ, §. Titia. & ff. de l. b. & posth. l. placet. & l. seq. & arg. ff. de ann leg. l. annua. §. 1. sed illud testator noluit. Sed pone q̄ plures archidiaconi sunt in aliqua ecclesia, 1 sicut sunt in ecclesia Parisien. & Papa mandat archidiacono parisien. sine additione proprij nominis, vel cognominis, ita q̄ non apparet de quo senserit, cum plures sint archidiaconi, quis ergo erit iudex? Vr̄ q̄ nullus, quia si duo dati sunt tutores eiusdem nominis; nec apparet de quo senserit testator, neuter erit tutor. ff. de testam. tute. l. duo sunt Titij. & si testator dicat; exhæredo filium meū, cum plures habeat, nomine proprio non expresso, nullus est exhæredatus. ff. de libe. & posth. l. nominatim,& a non apparet q̄s hæres institutus sit, 2 institutio non valet. ff. de hæredit. institu. l. in tempus. §. quotiens. & ff. de reb. dub. si ita fuerit. §. item si ex pluribus. & ff. de manu. testa. cum ex pluribus. Sed vr̄

a Videtur q̄ hoc esse non possit. 7. q. 1. in apib. in fi. ibi singularis archidiaconi,&c. Io. And.

3 Vt si testator plures habet amicos eiusdem nominis, & nomē solū exprimit, nec apparet de quo sēserit hoc vult. §. quoties. Io. And.

partib. idem ad agendum p̄fixit, a abbatem Vincestriæ de nouo substitutū b iudici præmortuo, illi mā dato nostro porrecto: q̄a sub expressis noīb. locorū & non personarum commissio emanauit, sibi socium in causæ cognitione adiunxit: Nos s̄niam illorum (sicut est iusta c) ratam & firmam habemus.

¶ Idem.

¶ Si quæstionem de iure præsentandi Papa delegat appellatione remota, & sub ea forma, ut delegatus ad præsentationem eius ad quem viderit pertinere, ordinet ecclesiam, per hoc non habet instituere, sed pronunciare, & is ad quē pertinet, instituet, & si iuri suo detrahitur, licite appellat.

CAP. XV.

Super † eo vero quod subiungere voluisti, si de præsentatione presbyteri inter aliquos d quæstione suborta, causam cō

† Cap. 20. e. tit. in 1. compilat. & post concil. Lateranē. par. 47. c. 3.

l ¶ Accessorio.]accessoriū vocat. causam illā, ꝓ qua fuit excōicatus actor hm̄ōi causę,& sic respōdebit reo in hoc causa sub iudicibus delegatis, quos ipse impetrauit si reus voluerit ipsū reconuenire.ꝭ.de mu. peti. c.1.& 2. & ꝓ cā alterius tertij ab isto reo fuit excōicatus qd erit nihilominus absoluēt eū pītito iuramēto,ꝙ stabit mandatis ecclesiæ. & procedēt in negotio sibi commisso principali: sed in alio procedere non possent etiā si ille reus,& ille actor consentiret; quia iurisdictio istorū prorogari ad istū tertium nō posset, cū de illo in litteris mētio nō fiat,cū talis iurisdictio sit delegata. ꝭ. eo.P.& G. in fi.& not.ꝙ isti excōicatores per negligētiā pdūt suā iurisdictionē tā circa absolutionē q̄ sup principali negotio sic.ꝭ.de fo.cope.c.licet &

† aliquo.

† scilicet excommunicator.

† al.de titu.

† Qui paulo ante absoluerunt eū.

† Vox, iudicibus, deest in omnibus manuscrip. & in vno ita: nisi specialr̄ illud fuerit: ī alio vetustissimo ita:nisi specialr̄ fuerit illud negotiū,&c

† Cephaluden.

1 Concor. tex.cum gl. in l.qs locuples. ff. de man.testa.

1 Concor. §. si uero. ī authē. de q̄sto. toll. 5. & in auth. ut differ. ī id § si tū coll. 9.

cet. & c. seq. 1. & ita delegatus supplet negligentiā alterius delegati vel ordinarij, sicut ordinarius supplet desidiam delegati. j. de off. ord. c. significauit.

C Vm causa.] Diuiditur hæc decre. in duas partes. nam primo recitat factum super quo & pro quo fuerat appellatū. Secundo committit appellationis causam. ibi, Fraternitati. Abbas Siculus.

† Cap. 1. eo. tit. in 3. compila.

CASVS. Inter archiepos Montis Regalis & Rosan vertebatur quæstio super quibusdā decimis: causa super his fuerat commissa archiepis Capuano & Panormitano, & epo Rhegin. duo iudices scilicet archiepi citauerūt archiepm Montis Regalis ad certū terminum, ipse comparuit in termino corā archiepis duobus, tertio, scilicet Rhegin. absente, in quorum præsentia proposuit excipiendo q̄ duabus de causis eorum non debebat stare iudicio: qa cum causa tribus commissa fuisset, & ipse à duob. fuerat tm̄ ad iudicium euocatus, tertio nec committente vices suas nec se excusante, corā duobus r̄ndere nō debebat. Item ante ipsorum citationem, & notitiam litterarū illorū, pro cā illa, nunciū suū ad sedē Apost. destinauerat, allegādo super hoc quandā decre. Alex. sed archiepi has exceptiones admittere noluerunt, p̄nunciantes, vt coram eis r̄nderet, propter qd̄ ad sedē Apo. appellauit. iudices illi non obstāte appellatione illius aduersariū induxerūt in possessionē illarū decimarū. Mandat Papa quibusdam, quatenus si constiterit dictos archiepiscopos exceptiones prædictas nullatenus admisisse, decimas ipsas quibus archiepiscopus Montis Regalis asserit se spoliatū postquam nuncius suus ad Apo. sedem accesserat, faciant ei restitui cum fructibus inde perceptis, non obstante eo, qd̄ per dictos archiepos siue p er laicalē potentiā factū fuit: postea vero audiant si quid fuerit quæstionis. Not. quicquid fit post legitimā appellationē, debet reuocari. Itē cum legitima proponit exceptio, vt hic fuit: & iudex eam non admittit, & propter hoc appellatur, in causa appellationis non est necesse probare q̄ exceptio proposita vera fuisset, sed hoc solum probare debet q̄ non fuit admissus. hodie ad hoc vt illud sufficiat, debet appellans in exceptione proposita adiicere, q̄ paratus est illam probare. j. de appellationibus. c. interposita.

[Gl. seq. signat contrarium, & soluit secundum quęrit, arg. pro & contra; demum obijcit, & soluit,]

CAP. XXII.

Cvm † causa, quæ vertitur inter Montis regalis & Rosañ. archiepiscopos super quibsdam decimis; Panormitano & Capuano archiepiscopis, & tibi frater Rheginensis, commissa fuisset a nobis, fine debito terminanda: prædictus archiepiscopus Mōtis Regalis (sicut accepimus) ad primam Panormitani & Capuani archiepiscoporum citationem accessit: in quorum præsentia excipiendo proposuit, quòd pro duabus causis eorum non deberet stare iudicio, tum quia ipsa causa tribus fuerat iudicibus delegata, & idem † ab illis [a] duob. tantum (te frater Rheginensis, inconsulto, nec vices tuas sup hoc committente) ad iudicium fuerat euocatus tum quia ante ipsorum citationem & notitiam litterarum, pro eadem causa nuncium [b] suum ad Apostolicā sedem transmiserat, in quo decretalem † Alexandri Papæ præd. nostri sibi affirmabat apertius suffragari. At ijdem archiepi exceptiones ipsius nolentes admittere contra eum vt responderet, interlocutoriā sn̄iam protulerunt [c]; propter quod ad sedem Apostolicam ...

2 Ibi unus ordinarius, hic plures delegati: uel melius ut sequitur Hos. Ioan. And.

a ¶ Ab illis.] vnde non tenebat corā eis r̄ndere, nec etiam venire tenebatur, si certū erat q̄ à duobus tm̄ fuerat vocatus, de hoc dictū est s. eod. c. p̄xi. nisi velit qs venire suū priuilegiū allegaturus. nec de facto saltem vexetur secundum, qd̄ hic contingit, quia non obstante tali exceptione, isti duo processerunt de facto solūmō, qa de iure non potuerūt. Sed ꝯtra vr̄. j. de appellat. c. si duobus. 2. vbi tenet sentētia excōicationis ab eo lata, qui iudex non erat pp cōtumaciā illius, qui appellauerat ad Papā, quia citatus coram metropolitano nō cōparuit. Sed hoc ideo est, quia ille q excōicauit, credebat se iudicē pp appellationē ad ipsū factā, ignorans q̄ alter ad sedē Apost. appellasset: vn̄ tenuit sn̄ia, quia ille debuit ei significare q̄ appellauerat ad Papā, & per illā p̄bo. q̄ iste citatus tm̄ a duobus ire nō tenet, cum illi sciāt 3 se sine tertio p̄cedere nō posse: & si procedāt, nihil valet. sic in decre. si duobus. ille fecuisset, q̄ ad Papam appellasset, & eo nō obstāte ipsum excōicasset, non voluisset, vt ibi colligit euidenter. Sed ponamus q̄ tres sunt iudices sub illa forma, q̄ si non oēs, &c. Tertius malitiose nō venit, nec se excusat, vel nō committit. & sic alij non possunt procedere, quid sit de illa causa? Argu. q̄ possunt duo p̄cedere. 65. di. t. si forte. ad instar. electionis, vt s. de elec. q̄ sicut. In contrarium videtur q̄ non possunt, quia primo constare dēt e de impotentia vel volūtate tertij. s. eo. c. p̄xi. & s. de rescrip. scitatus, vel potest esse q̄ habet iustam causam absentiæ, quid enim si postea probaret se non potuisse venire iusta de cā? Cassabit qd̄ factum est ad instar rei absentis. j. de re iud. cū Bertholdus. Itē qualiter pn̄t duo citare tertiū, cū sit par illis, & par in parē nō habet imperiū. s. de ele. innotuit. & ff. ad Treb. ille à quo. §. tempestiuum, si enim teneretur ad eorum citationē venire, ergo si non veniret, possent eum excōicare, qd̄ non est verum. Ad hoc dicas q̄ citare non possunt eū, vt veniat, sed admonere possunt vt ueniat & rogare: & si non venerit vsque ad tertiam 4. monitionē vel rogationem, nec aliquid rescripserit: vel si dixerit se velle interesse, & non venerit: tunc possunt alij procedere, quia præsumitur nolle venire, vel non posse interesse? & talis præsumptio habebitur pro responsione illius, s. q̄ non uelit, vel non possit venire, arg. 3. q. 9. decernimus. & ff. de re iud. l. contumacia & op. arg. 65. dist. si forte. & sic statim remanet iurisdictio apud alios. s. eod. proxi. & j ca. proxi. nec obstat si dicat se tunc non potuisse venire, quia potuit alij committere uices suas, uel se excusare, j. c. pastoralis. §. vlt. nec est inconueniens, q̄ vnus delegatus suppleat negligentiam alterius delegati, vt s. c. proxi. §. sex. a. sic etiam ordinarius supplet desidiam delegati. j. de offi. ord. c. significauit. Item talis iudex, qui negligit iustitiam facere, facit litem suam 13. q. 2. dominus. & propter negligentiam iudex remouetur C. de off. præfe. oriē. l. si quos, sic & prælatus. 1. q. 1. c. si qui episcopi. §. ecce. cū honoris. merito ergo cum constet de negligentia tertij duo procedere possunt.

† ipse.

3 Si ergo adiungeretur delegatus p̄ nouum rescriptū, teneret p̄cessus primi delegati hoc ignorātis ex decr. si duobus. Io. And.

† Hęc habes j. de appel. c. ad hęc sicut.

4 Idem hic Hostien. sed Tan. & Philip. vn̄r tenere ꝯtrarium loquendo in singulari, sic scilicet: q̄ si non veniat termino statuto.

5 Concor. l. ea. cū glo. fi. C. si mī. ita fue. ali. & auth. si oēs. C. si ut se abhære. abstī.

b ¶ Nuncium.] j. de app. meminimus. & c. ad hæc sicut. argum. contra. 2. q. 6. c. non solent. §. eius vero. hodie hæc allegatio locum non habet. j. de appellationibus. c. vt debitus. in fine.

c ¶ Protulerunt.] & male ex certa sciētia, quia appellauit, vnde non valuit quod postea fecerunt.

a ¶ Con-

licam appellauit; & infra ¶ Fraternitati vestræ mandamus, quatenus si vobis constiterit[a], prędictos archiepiscopos excepti a[?]s pdictas nullatenus admisisse[b]: non obstante eo ꝙ per ipsos factum est, decimas ipsas, quib. prędictus Montis Regalis archieps, se post q̄ nuncius suus pp hoc ad sedem Apostolicā accesserat, asserit spoliatum[c], præcipue cum easdē tā sibi quā ecclesiæ suę à sede Apostolica asserat confirmatas, siue per laicalem potentiā, siue per eosdē iudices factum sit, cū fructibus[d] inde perceptis restitui faciatis †. audientes postmodū quantū de iure poteritis, quicquid fuerit quæstionis.

¶ Idē cōuētui de Cōchis.

¶ Si duo sunt delegati cum clausula quod si ambo, &c. vno recusato, alter solus procedere potest, nec tenet processus, si cū recusato procedat.

CAP. XXIII.

CVm † super abbatia monasterij vestri †, inter vos & S. quendam abbatē vestrū, fuisse q̄stio agitata, demū sup ea ad Lexoñ. † epm, & abbatem de Becco nostræ fuerant † litteræ destinatę: & infra.

¶ Quamuis solus abbas antequam appellaret ab eo, iuxta formam[e] litterarum nostrarum procedere potuisset: quia tamen pro eo quod cum ipso episcopo interlocutus est, appellationem[f] prius ab eodem episcopo interpositam non tenuisse de iure sine ipso, cum † posset & nollet negotio interesse, p consequentiam † confessus est[g], se nō posse mādatū Apostolicū adimplere; nec suę intentionis extitit, vt sine coniudice suo aliquid diffiniret, & cum eo qui iam iudex esse desierat[h] aliquid super prædicto negotio rite disponere non valebat, voluntate ac potestaté sibi mutuo aduersantibus[i], cum noluerit quod potuerit, & quod voluerit adimplere nequiuerit †, quod a duobus factum fuerat †, effectum non potuit de iure obtinere.

a ¶ Constiterit.] & in absentia partis aduersæ contumacia potest constare lite non contest. j̄. de app. inter posita. §. vlt. & hic est casus in quo potest procedi lite non contestata, vt patet per decre. prædictam.

Gl. seq. signat contrarium, & remittit.

b ¶ Admisisse.] & ita vī, ꝙ in causa appellationis, sufficit ostēdere se appellasse ex cā probabili. 1 est tñ necesse 2 ꝙ, pbet cām appellationis verā fuisse. simile j̄. de appel. c. dilecto. vñ signat ↄtrariū j̄. de app. c. interposita. vbi appellans dēt, pbare cām appellationis fuisse verā. & j̄. de testi. c. ex parte Adæ. de hoc dicet j̄. de app. c. interposita. Qñ debeat, pbari verā, fuisse, vel sufficiat ostēdere se appellasse ex cā, pbabili, dic vt ī ca. ex parte Adæ.

c ¶ Spoliatū] ab illis duobus iudicibus qui mandauerant eū spoliari.

d ¶ Cum fructibus inde perceptis.] vel qui percipi potuerūt j̄. de testi. spo. c. grauis. & 12. & q. 2. non liceat.

CVm super abbatia.] Prima pars decisē narrat factum Secunda diffinit: ibi, Quamuis. Abb.

CASVS. Ita 3. col ligitur ex integra. 4 Cā vertebatur inter cōuentū de Conchis & S. quondā abbatē ipsorū super ipsa abbatia, quia dicebat se fuisse spoliatū ī iu lite: post multas & varias commissiones obtinuit iste S. cām committi epo Lexoñ. & abbati đ Becco siue vallis Richeriæ sub hac forma, vt alter solꝰ altero nolēte ītẽresse, aut etiā non valente mādatū Apostolicū adimplere; patrib. in p̄sentia iudiciū cōstitutis, pars R. q dicebat intrusus, in p̄iudiciū istius S. p̄dictū epm recusau t tribus de causis. tñ qa idē eps cām habebat cū monasterio suo super quandā ecclesia sua. tñ etiā qa ipsum R. redeūtē à Romana curia, non admisit ad osculū pacis, & quia dicto R. dixerat ꝙ si posset, noceret ei in cā illa, & hoc, pbare volebat corā dicto abbate coniudice, uel corā arbitris electis à partib. dicto epo admittere hoc nolēte añ ingressum cāæ, fuit ab ipso epo postmodum appellatō, sed ipsi duo nihilominus interloquentes appellationē non tenuisse, dictū S. decreuerunt restituendū p̄dicto R. super abbatia ppetuum silentium imponēs, prius appellatione interposita ab ipso abbate, ne cū eo, pcederet, vñ cā demū peruenit ad Papam, dr̄ hic ꝙ talis sn̄ia nulla fuit, qa licet abbas añq̄ appellaretur ab eo solus procedere potuisset, qa tū īterlocutus est cū epo, qui iā legitime recusatus est appellatiōnē pp hoc interpositā nō tenuisse: p consequentiā cōfessus est se nō posse in cā procedere, nec erat suæ intētionis, vt solus aliquid diffiniret, & iō cū eo q iā iudex desiderat esse, dispēsare aliqd nō valebat potestate ac voluntate mutuo sibi aduersātib. qđ à duobus factum est de iure non valet. Bernardus Not. ꝙ si iudex executionē legitimā nō admittit, desinit esse iudex ap pellatione pp hoc interposita. Item tacite ipso facto admittit qs iurisdictionē, & ipso facto aliquis cōfitet. Itē vtile vitiatur per inutile. Item iudex nihil facere debet ↄtra potestatē suæ iurisdictionis.

e ¶ Iuxta formam.] quæ fuit, vt alter solus in causa procederet, altero no valente aut nolente interesse, s. vt dictum est in casu.

f ¶ Appellationem] qa non admisit recusationes, ppositas ↄtra ipsum, & pōt dici ꝙ ipso facto interlocutus fuit restituēdo eū ipso epo, vt dictū est s̄. & iponēdo silētiū aduersario post illā appellationem, quia integra non inuenitur, ꝙ verbo super hoc interlocutiue fuissent.

[Gloss. seq. ponit quinque similia, & arguit.

g ¶ Cōfessus est.] n. ipso facto confessus est: sicut ipso facto negamus Christum, 11. qu. 3. æstimant. & ipso facto mētimur. 22. qu. 5. canete. ipso facto appellamus. j̄. de appel. c. vt nostrū. & c. dilecti. ipso facto habemus ratū. ff. de inoffi. test. l. si proponas. & l. vlt. ff. rē ra. habe. l. 3. §. falsus & ipso facto renunciat qs iuri suo, vt s̄. eo. ti. gratum & j̄. de his quæ fiunt à mai. part. capit. ex ore. vbi plura arg. inuenies de hoc. Item argu. ꝙ qui vnum dicit vel facit, plura facit vel dicit. ff. de arbi. l. Celsus. §. 1. & 11. q. 3. æstimant. & c. seq. argu. j̄. de do. & contu. c. cum dilecti. & ff. quod met. cau. l. 1.

h ¶ Desierat.] propter recusationes prædictas, & appellationes

[Gl. seq. notat posse & velle, &c. alle. 5. iura ī ↄtrariū alle. primo. 4. iura, demū. 6 demū dec. cū Vintoñ. & ibi remittit. Itē l. 1. ff. qđ cū fal. tu. quā dupliciter soluit. alle. postmodū duas concor. In fi. arg. quod vtile, &c.

i ¶ Mutuo aduersātib.] not. 6. ꝙ posse & velle ↄtraria sunt, ut hic: nec valet qđ ualere pōt, qa illud nō vult, nec ualet illud qđ vult, qa illud ñ pōt valere. C. si qs alte. vel sibi. multū interest. C. de iure do. l. si genero. sic s̄. de

1 Concord. l. 2. §. 1. & ibi B. ff. quis & a quo appel. Doct. in authent. ad hæc. C. de

2 Al. nec est necesse, ita in manuscriptis, & alijs antiquis ēt impressis.

† Vide l. quēadmodū: cū gl. C. d agri. & cēsit. li. 11.

3 Hic casus in antiquis codicib. habetur.

† Cap. 2. eo. tit. in 3. compilatio.

† Al. monasterij vestri de Conchis.

4 Dicit etiā Inn. in quadam additione posuisse casum, sed latis cōstat casus gl. Ioan. And.

† Lexinien.

† fuerunt.

† dum.

† cōsequēs.

5 Hāc glosā dicūt Doctores hic esse singularē in effectu suo.

† Vide text. cum glos. in uer. negotio gesto. in fin. in l. si cū tuā pecuniam. C. de contrahen. & commit. stipula.

† fuit.

6 Aliàs posse & nolle, sed male, vt series textus indicat.

sic ŝ.de transl.inter corporalia.versus si ff.de mil. tes. l.si miles.ff.de re.du.l.in ambiguo.ff.de hære.in.tit.l. quoties.arg.contra.ĩ.de præb.c.inter cætera.& c.dilectus 2.& potius interpretãda est res vt valeat, quam vt pereat.ĩ.de ver.sig.c.abbate.& ĩ.de priuil.c.in his.Item arg.ŝ.12.q.2.si quos. ff.de ꝯhẽ. emptio.l. qui tabernas, ff. de liber.causa.l.1.& l. non solum.§.1.& facit ad hoc institu. de adop.§.vlti.arg. contra.ŝ.de ele. ca.cum Vinton.sed ibi soluitur.Item argum.contra.ff.quod cum fal. tuto.l.1.§.1.vbi dicitur, ꝙ licet verus tutor auctoritatem præstet cum falso tutore:tñ tenet quod dictum est. Sed illud ideo est, quia licet plures sunt tutores, tñ solus põt administrare.C.de auct.præstan.l.vlt. Vel cũ verus tutor sciit se solum esse tutorem. simile huic est, ff. de arbi.l.parui.in fin.& ĩ de sen. & re iudic. ad probandum.Ioã. Item argu.ꝙ vtile vitiatur per inutile. ĩ. eod.c. super quæstionum, §. si vero. vbi de hoc.

†Ca.3.eo.ti. in 3.compil.

† Iurisdõne delegata, nõ ordinaria, vt habeat locũ sequens distinctio, qa ordinaria iurisdictio perpetua est, vt no.ĩ. e. quærenti.

1 Et sic non ꝯtradicebat voluntas potestati; vel hic verus iudex & falsus tulerũt sententiá, ibi separatim auctoritate pstarũt verus tutor & falsus: Dicit Host. ꝙ ibi errat in facto, hic vero in iure, ff.de iur. & facti igno.l.regula.Io.And.

¶ Idem archiepiscopo Toletano.

¶ *Si iurisdictio delegati expirat in termino peremptorio, quem partibus assignauit, post congruam horam peremptorij, iudex non expectabit contumacem. Si non expirat, potest expectare in diem alterã, & iterum citare si vult.*

CAP. XXIIII.

Consuluit † nos tua fraternitas, vtrũ cum ad recipiendos testes, depositiones a publicandas eorum, vel sentẽtiam proferendam, peremptorie citas † partes, & earum altera se absentat contumaciter die data; an circa vltimam saltem partem diei tibi sit in negotio procedendũ: uel in diem expectandum potius subsequẽtem; & si expectaueris, vtrũ contumax iterum sit citandus, b cum non fuerit de partib. assignata ꝓcessum? † Nos autem credimus distinguendũ, utrũ iurisdõ duret post terminũ pemptoriũ, an expiret in illo. Si durat, in diem alteram, æquitate c suadente, poterit expectare, nec erit pars contumax perẽptorio elapso citanda, nisi gratiam d fecerit ei benignitas iudicantis. ¶ Si aũt expiret, nisi partes cũ id nouerint, si tibi p̃sentauerint ea hora, qua cõgrue possis ꝓcedere, ad exequẽdũ id, pp quod eis legitime terminũ e pemptoriũ

Consuluit.] Communis diuisio. Secunda.ibi, Nos autem.quæ subdiuiditur. Nam primo distinguit, & distinctionem prosequitur. Secunda ibi, vero determinat congruam horam iudicij. Tertia. ibi. Porro.instruit iudicem. Abb.

CASVS. Iudex peremptorie citat partes ad testes recipiendo, vel ad publicandas attestationes eorum, vel sñiam proferendam. Sed pars altera contumaciter se absentat in termino constituto, quæritur an saltem circa vltimam partem diei iudex in negotio sibi commisso procedere debeat, vel expectare in sequentem diẽ. Itẽ si expectauerit, quærit vtrum contumax iterũ sit citandus, quia non fuit processum in termino constituto? Papa super hac quæstione distinguit, vtrum iurisdictio delegati duret post terminum peremptoriũ, aut expiret in illo: si duret in diem sequentẽ æquitate suadente dẽt expectare, nec contumax amplius est: citãdus, nisi iudex ei gratiã facere voluerit. si vero expiret in termino dato, tũc si partes hoc sciuerint & no p̃sentauerint se corã iudice, ea hora qua possit cõgrue pficere quod incũbit, ex tunc procedat ad faciendũ id, pp quod terminum assignauit, ne instantia iudicij euanescat: iudicium vero in tenebris exerceri nõ dẽt, quia. Qui male agit odit lucem. licet enim ſm leges more Romano dies à medietate noctis incipiat. & in medio sequentis noctis desinat (vnde quicquid fit in duabus dimidiatis noctibus, perinde habetur ac si fieret in die) tamen Papa illam horam congruam intelligit, ex qua possit ante noctis tenebtas perficere quod incumbit. In fine dicit, ꝙ decretus iudex non debet in assignãdo peremptorio, iurisdictionem suam taliter coarctare: nisi magna necessitas id exposcat. No. ꝙ per principium capituli post litem cont. in his quę occurrit, debet terminus peremptorius assignari. Item in sequentem diem habet iudex expectare. Item iudex potest facere gratiam post terminum peremptorium alium assignando.

a ¶ Depositiones.] id est, dicta ipsorum testium.

b ¶ Citandus.] videbatur ꝙ perẽptorium fuisset circunductum, vt iterũ esset citandus, ff.de iudi.l. & post peremptorium.

c ¶ Aequitate.] & quidẽ æquum est, & honestum in diem alterum expectare, nec statim debet dici contumax: potuit quidem habere iustam causam absentiæ, & sic reuocabit sententia.ĩ.de re iudi.c.cum Bertoldus. nec prætor festinare debet ad decernendum, ut iubeat possidere. ff.de dam.infe. l. si finita, §. forte. non tñ est necessariũ nisi velit in diem alterum expectare.

[Gl.seq.primo ponit vnũ, quod iudex põt, cui signat cõtrarium: & illud quod non potest. demum obijcit & obiectioni signat contrarium. quod dupliciter soluit.]

d ¶ Gratiã fecerit.] ecce quanta potestas datur iudici circa iudicia, vt possit parcere cõtumaci in præiudiciũ alterius, C. quomodo & qñ iu.l.1.ff.de arb.l.si cum dies, §.si qs ex litigatorib.non.n.quicquid 2 iudicis potestati pmittitur, id iuris necessitati subijcitur, ff.de iud.l.non enim quicquid.& est contra id 3.q.9.vlti. Item licet iudex possit parcere in ferendo sñiam termino constituto, non tamen põt ei parcere in expẽsis & sumptib. alioquin ipse de suo restituet expensas, C.de iud.sancimus. Sed vr̃, ꝙ de iure mero teneant expectare vsq; in diem sequentem.ff.de verb. ob.l.q hoc anno. 3 vel ꝙ saltem in suprema hora diei possit iudicare. 2.q.7. biduum.& hoc ideo, quia iudex matutino, vespere, & mane, & meridie iudicare pot.i aut.de iud. §.sedebũt coll.6.Sed contra vr̃.ff.de ori.iu.l.1.2.§.& quia.vbi dicit, ꝙ incongruam est ꝙ iudices vespere sedeant, stat̃ potius authentico. Vel dicas ꝙ nõ est contra, quia ibi dr̃ ꝙ incongruum erat magistratib. hora vesperrina in publico esse, & ideo inuenti fuerũt quinq; viri, qui eorum vice illa hora fungerẽt: & sic potius ꝯcordat, & sic vsq; ad supremam horam ante noctis tenebras iudex procedere potest, vt hic in fine dicit, honestum tamen esset iterum ipsum citare ad superandam malitiam eius simile inf.de do. & contu.c.prout, arg.ff. de iud.l.pod.c.dictum.

2 Et alibi dicit. Omnib. magistratib. cocessa est, nõ dr iniunctum vel in dictu iurisdictione sua, &c.ff.si quis in ius vo. nõ ierit. l. 1. in pri. Io.And.

3 Illud in obligatione, hic secus pter iudicis contemptũ. ff. de arbit.l. Celsus. Ioa. And.

[Gl.seq.signat contrarium, & soluit.

e ¶ Terminum peremptorium.] nisi terminus pẽptorius sit statuimus ad sñiam audiẽdam, non valet sñia in absentia partis alterius, ff.quæ sen.sine ap.rescin.l. 1.§.itẽ cum edicto.ar.ꝯtra.C.quo.& qñ iu.l.2.sed lex ista ŝ loquitur, cum iudex partes in p̃sentia sua monuit, vt certo termino comparere nt ad sñiam audiendã, & tunc si qua pars non veniat, reuera contumax est, & sñia tenet, licet peremptorie per edictum non fuerit monita: alia lex loquitur cum absens citatur per edictum in absentia.

a ¶ Ex tunc

a ¶ Ex tunc exequi.] immo vr̃ q̃ in vltima die qua futurus priuatus vel priuandus est, iudicare nõ possit. ff. de fer. l. pridie. ff. de iurisd. om. iud. l. eum qui, arg. contra. ff. de pœ. l. vlt. sed hic vltima die suę iurisdictionis tenetur iudicare, vt hic patet.

ctus episcopus præfatum R. in suum familiarem assumpsit, vnde cum tam episcopus quàm officialis ipsius, quos dictus R. impetrauerat, postmodũ familiaris eorũ effectus, ab aduersa parte merito possent recusari, cãm ipsam alijs iudicib. petijt cõmitti. Quibus mandat Papa, quatenus super his veritatem inquirant, & si ita inuenerit, ꝓcedãt in causa iuxta contĩnẽtiam priorum litterarum nisi pars aduersa coram primis iudicibus litigare cõsenserit, postquam dictus R. familiaris ipsorum factus fuit: alioquin partes ad examen priorum iudicum reuertantur. No. q̃ ex noua causa lite conte. potest iudex recusari. Item si consentio in illũ quẽ possũ legitime recusare, illũ postea nõ possum recusare.

¶ Gl. seq. ponit paritatem & imparitatem inter iudicem & testem.]

b ¶ Instantia.] id est potestas.

c ¶ Qui male agit.] vnde Horatius.

Vt iugulent homines surgunt de nocte latrones.

d ¶ Odit lucẽ.] sic 18. q. 2. perniciosam. vñ præsumitur cõtra illum, qui occulte cõfert beneficia. ꝟ. vt eccle. benefi. c. vt nostrum. 19. dis. Anastasius. & 81. di. c. clericus. & ff. đ ritu nup. palam. & melius. l. vlt. ff. de admi. tut. l. non existimo. Et tenebræ a[?] tæ sunt ad fabricãdum falsum. ff. de ven. inspi. l. prima. §. cum lumi naria. tñ transactio pt fieri de nocte. C. de transact. l. non minorem. & testamẽtum. ff. de test. l. ad testamentum. §. vlt.

e ¶ Incipiat.] quantum ad contractus, q̃ possunt fieri quałibet hora.

f ¶ Auctoritas.] ff. de fer. l. more Romano.

[Gl. seq. querit, & soluit, ponit opinionem contrariam.]

g ¶ Tenebras.] quid si iudex processit in tenebris ad lumen candelæ, vel ad contestationem litis, vel sentẽtiam protulit, nunquid valet quod agitur? Credo quod valeat ꝓcessus, licet procedi non debuerit, dummodo aliud non impediat, & pcipue si iudex honestus sit, cum hic nõ dicat, q̃ si processum fuerit, non valeat: quia multa fieri non debẽt, facta tamen valent: 1 Alij forte contra.

h ¶ Peremptorij.] ff. de iud. l. nonnunquam. inf. de in inte. re. l. tum ex litteris.

i ¶ Coarctare.] ꝟ. de app. c. irreprehensibilis. & 2. q. 6. c. ei qui. §. appellatore. ff. de execu. tuto. l. non tantũ.

assignasti, ex tunc a exequi poteris quod intendis, ne frustra iudicialis instantia b euanescat. ¶ Nec vero iudicium ecclesiasticũ exerceatur in tenebris, q̃a iuxta testimonium veritatis. Qui male agit c odit lucem, d licet ẽt secundũ cõsuetudinem & constitutiones legitimas, more Romano, dies a medietate noctis incipiat e † & in medio † noctis desinat subsequentis (vnde quodĩ duabus dimidiatis noctib. agitur, perinde sanxit habendum legalis auctoritas, f ac si qualibet parte lucis agatur.) Mos tñ eam procedendi g horam congruã intelligimus, ex qua possis ante noctis tenebra gperficere quod incumbit. ¶ Porro discretus iudex in assignatione perẽptorij h non debet iurisdictionem suã (nisi necessitas exigat) adeo coarctare. i

¶ Idem abbati de Bordellia, & priori S. Sepulchri.

¶ Ex noua causa remouetur delegatus, etiam post litem cõtestatam, & alius subrogatur.

CAP. XXV.

INsinuatione † R. rectore sancti Saldati, ad audientiam nostram peruenit, quod cũ causam, quæ super iure parochiali inter ipsum, & T. vertebat, Vigorieñ. eṗo, & coniudicib. suis a nobis obtinuerit delegari; postmodũ (licet fuerit in eadem q̃one ꝓcessum) tractu t̃pis ante diffinitiuæ sñiæ calculũ, idem eṗs dictum R. in familiarẽ k admisit, sine quo l alij coniudices † (sicut quod in nostris lr̃is mandabatur) i cã ꝓcedere nõ valebant, & alter ipsorũ coniudicum † officialis m est eṗi supradicti, pp q̃d aduersæ parti poterat suspectus haberi; vnde cũ tam eṗs quã officialis p̃dictus (vt pote quos idem R. in iudices postularet, † & ipse familiaris eorum postmodũ n est effect9) ab aduersa pte possent merito o recusari, decisionẽ ipsi9 cãæ vestrę petijt discretionis cõmitti. ¶ Quocir-

k ¶ Familiarem.] familiaritas 2 repellit iudicẽ sicut & testẽ. ꝟ. de test. c. i litteris. Nam familiaritatis affectio veritatẽ impedire solet. 3. q. 5. accusatores. immo tota familia recusatur pp dñm. C. si quacunque prædi. po. l. unica. sed modica familiaritas nõ nocet. ff. de uer. sig. l. late. §. amicos. & est simile. ꝟ. de appel. c. ex insinuati. ne. & vt lite non contest. accedens. & s̃. de rescri. c. ad hæc. & ff. de procu. l. aut affinitate hic tñ aduertas, q̃ minor causa repellit iudicẽ q̃ testem, q̃a quelibet consanguinitas repellit iudicẽ. ꝟ. de app. c. postremo. sed non testẽ: q̃a frater testat pro fratre. ꝟ. de præsum. c. lr̃as. 3 propterea nõ inuenitur prohibitũ: q̃a edictũ de testibus prohibitoriũ est. ff. de test. l. j. & hoc iõ q̃a facilius inueniuntur plures iudices, quam vnus test. s.

l ¶ Sine quo.] q̃a mandabat, q̃ si nõ oẽs, tu frater eṗs cum altero ipsorum in cã procedas: tunc. n. alij non possunt procedere sine ipso vel suo subdelegato. ꝟ. e. c. quoniam. §. primo.

m ¶ Officialis.] & ita timeri potest ne trahatur in partem episcopi, & sic in partem R. arg. ꝟ. de eo qui mit. in pos. causa rei ser. c. cum sicut. & inf. vt lit. non contest. ca. accedens 2.

n ¶ Postmodum.] sic patet q̃ exceptio dilatoria põt proponi post lit. cont. si de nouo incipiat competere. sic. ff. de arb. l. no distinguem9. §. cũ q̃dã. & ff. de inter. ac. l. ætate. §. ex causa. & inf. de in integ. resti. c. ult.

o ¶ Merito.] hæc causa mouit istum R. ut cãm faceret

INsinuante. In prima parte ponitur actoris gratiosa petitio. In secunda sub duplici condõne ipsius exauditio. secunda: ibi, Quo circa. Abb.

CASVS. R. rectore ecclesiæ sancti Saldati habebat quæstionem cum quodam alio Tho. nomine, rectore alterius ecclesię, super iure parochiali: causa fuit commissa episcopo Vigorieñ. & officiali ipsius, & cuidam alteri ad petitionẽ rectoris Sancti Saldati sub hac forma, q̃ si non omnes, tu frater episcope cum altero illorum procedas. Iudices processerunt in causa lite cõtest. tractatu temporis ante diffinitiuam sentẽtiam di

Ioan 3.

† Vide l. more Romano ff. đ fer. Bar. in l. aut facta. §. tẽpus ff. de pen. & l. hæc verba in fin. ff. de verb. sign. & đ diuisione diei adde Macrobiũ libro 1. Satur. ca. 3. & Gellium li. 3. c. 2. Alciatum & Ioannem Brachæũ in l. 4. ff. de ver bo. sig. & Nauarrum in manuali de orat. & ho. can. c. 3.

† Medietate.

1 Concor. l. j. §. biduum. ff. qua. app. sit. & l. non dubium. C. delegati.

† Cap. 19. e. tit. in 1. compilat.

† iudices.

2 Qui dicantur familiare, & domestici, copiose in lib. 3. annot. in directorium inquisi. Scho. 125.

† postulauit

3 Et canonicus ꝓ canonico. sup. de offic. arch. c. vlti. qui tamen a iudicio recusat. ꝟ. eo. c. cum R. Io. Andr.

ret

ret aliis committi [illegible] pars aduersa pp huiusmodi suspicionē recusaret [illegible] illos iudices. & [illegible] causam alijs committi, [illegible] R. postmodū litigare. & [illegible] ea quę possent [illegible] q. 1. de persona. [illegible] ciatur, & [illegible] l. si quis d[illegible]mu, §. 1. & j. de procu. c. [illegible]

a ¶ Consenserit.] s. pars aduersa, nā ipse R. cogitur litigare coram eis, cum in eos semel consenserit, & ipsos impetrauerit. j. eod. ca. super quæstionum. & 3. q. 3. offeratur. & 4. q. 3. ca. si testes. §. venturis. videtur tamen quod ipse R. eos posset recusare pp nouam causam, sicut eius aduersarius: absurdum enim esset iudicium in vnam partem declinare, & non in alteram. ff. de arbi. l. si cū dies, §. si arbiter. in fi. arg. ff. qđ quisque iuris. l. 1. & merito poterant recusari propter familiaritatem. ff. de auct. tu. l. quod dicimus. in fi. & C. de his qui ad eccle. confu. l. vltim. §. si cubi. & 3. q. 5. constituimus.

co[illegible] quatenus si [illegible] (nisi postquam familiaris eius est effectus, litigare consenserit [a] coram illo) in causa sm priorum † continentiam litterarum (ratione præuia) procedatis: alioquin [b] partes ad priorum iudicium reuertantur [c] examen.

¶ Idem priori S. Fridiani.

¶ *Delegatus Papæ sententiā suam exequi potest vsque, ad integrum annū, hoc dicit, & est casus singularis.*

CAP. XXVI.

QVærenti † quid per censuram ecclesiasticā in †. & infra. ¶ Si vero delegatus à nobis ex communicet illum, qui rei iudicatæ parere contēnit: licet aliqbus videatur, ꝙ suo sit functus officio [d], vt vlterius non habeat ex delegata sibi iurisdictione processum: alij aūt dicant ꝙ iurisdictio eius duret, donec sniæ pareatur [e], vt interim absoluere possit parere volentem. ¶ Nos tñ per equitatis [f] semitam incedentes, præsentiū auctoritate statuimus, vt delegatus à nobis, non solū vsque ad quadrimestre [g] tempus, ꝙ ad soluēdum debitū a lege reo conceditur, sed vsque ad integrum [h] annum, iurisdictionem sibi commissam, ad exequendum sententiam, valeat exercere, sicut obseruatur in illo, qui ante litem contestatam contumax inuenitur.

b ¶ Alioquin.] i. si consenserit litigare corā illo, post quam sciuit illum effectū fuisse familiarē s. eo. c. gratum. & j. de test. c. cum venissent. s. de elect. c. cum inter canonicos. & ff. de iur. omni. iud. l. est receptum. & si non cōsenserit, dummodo consentire velit, non valent istæ litteræ, vt s. eo. c. [illegible]um inter. Ber.

c ¶ Reuertantur. hoc iustum est, vt reuertatur ad eum quem iniuste dimisit. j. de appella. cum in ecclesia: & in expensis aduersario condemnabitur insuper. j. de appell. c. vt debitus. & s. de rescript. c. cæterum. 1.

QVærenti.] Diuiditur, quia in proposita quæstione primo ponitur prima opinio vsque ibi, Alij. Secunda vsque ibi, Nos tamen. Vbi ponit solutionē, scilicet interserendo quartam opinionem: ibi, non solum. Abb.

CASVS. Iudex delegatus à Papa tulit sententiam diffinitiuam, & quia condemnatus non parebat sententiæ, ipsum excommunicauit. quærebatur vsque ad quod tempus iudex posset ipsum excōmunicatū parere uolentem absoluere: quidam dicebant ꝙ cum functus sit officio suo, ulterius nō potest ipsum absoluere. Alij dicebant ꝙ iurisdictio illius durat quousque pareatur sentētiæ, vt semper possit illū absoluere uolentem. Papa nec primam sententiam nec secundam sequitur, sed statuit ꝙ iudex delegatus ab ipso, nō solum usque ad quattuor menses, qui dant condemnatis ad soluendum debitum, sed etiam usque ad annū iurisdictionem suam potest exercere: sicut seruatur in illo qui ante litem contestatam contumax inuenitur. Not. ꝙ deleg. à Papa usque ad annum pōt exequi sententiam suā, & non ultra. Item in pecuniarijs causis dantur quattuor menses condemnatis ad soluendum debitum.

d ¶ Officio,] s. eo. c. in litteris, ff. de re iud. l. iudex. & j. de iura. ca. at si clerici, in fine.

e ¶ Pareatur.] cum effectu. s. eo. c. in litteris. & j. de cler. non resid. relatum.

f ¶ Per æquitatis semiam.] placet ergo media via domino Papę. arg. ff. de acq. re. domi. l. adeo §. cum quis. Vnde versus.

Cum [illegible] media [illegible] per gaudebam ludere forma
Maior enim mediis gratia r[illegible]bus inest.
& illud.
Medium tenere beatī

[Gl. seq. distinguit personales, & criminales actiones: in primo. membro signat contrarium, & soluit.]

g ¶ Quadrimestre tempus.] In personali actione dantur quattuor mēses reo an soluendum. C. de vsu. re. iud. l. 1. & 3. & si minus tempus daretur, suppletur à lege. ff. de re iudi. l. 4. §. si quis. argum. cōtra j. de re iud. qđ ad consultationem. & ff. de re iud. l. 2. vbi dicitur quod tempus illud potest arctari & elongari à iudice. sed illud intelligitur fieri cum causæ cognitione & iusta de causa: alias nō debeat arctari. & in illa, quod ad consultationem sȳōte recipit terminū breuiorē. In reali uero actione statim si dixerit reus se velle parere sniæ: aliàs post x dies si non fuerit appellatū, debet sententia mandari executioni. arg. Insti. de offi. iud. §. 1. 3. Et in criminali statim mandanda est executioni. arg. de pœn. dis. 1. de fleant. alias incipit, Adam. C. de pœn. l. cū reis. sed hoc est uerū generaliter, nisi in casib. ut notantur 11. q. 3. cum apud. Et tēpus illud quadrimestre datur a die latæ sententiæ si non est appellatum, vel si est appellatum à die confirmationis sententiæ. C. de vsur. rei iudic. l. 2. & confessus habet hic tempus à die confessionis ff. de confes. l. certum. §. vlti. sed si cōfessus fuerit de crimine, non statim mandabitur sentētia executioni, donec pronuncietur crimen contra ipsum, sed in uinculis teneri debet. ff. de custo. & exhib. re. l. si ꝯfessus. & 2. q. 1. nos in quemquam.

ADDITIO. Et alia supradicta clare habentur per hos versus:

In personali post menses quattuor: in re
Protinus est omnis sententia persi[illegible]en[illegible]a.
Sic in criminibus: [illegible]d casus e[illegible]cip: quinque:
Confessus prægnans iratus, & insula seruus.

Horum declarationem habes 11. q. 3. cap. cum apud. in glossa.

[Glo. seq. obijcit, & soluit. secundo quærit, arg. pro & contra, & soluit.]

h ¶ Ad integrum annum.] sed quare non potest exequi sententiam suam post annum, cum iudex semper teneatur sententiam tueri. ff. ne uis fiat ei qui in pos. mit. l. 1. nā iudex quantum ad futurum tempus prospicit partibus. ff. si ser. uend. egi. & l. harum. sed illa lex loquitur de ordinarijs, ne uis fiat ei, &c. aliæ duæ leges loquuntur in seruitutibus, quæ debentur in futurum

† priorem.

† Cap. 5. eo. ti. in 3. compila.

† Et quid per censurā ecclesiasticā telligatur, traditur in c. quærenti. j. d̄ uer. sig.

1 Et ita notatur, ꝙ ex noua causa superueniente iudex potest recusari. Facit ad hoc l. 1. ff. đ uē. inspi. & ff. de uere. iure enunc. l. 2. §. sed qđ.

2 Aptius est huic proposito illud Horatij. Est modus in reb. sunt certi deniq fines, Quos vltro citroque nequit consistere.

3 Fit autem tunc executio in re, si restitui possit: aliàs cauebit cōdēnatus de restituēda intra certū tē pus, re vel estimatione vt ibi. Non ob. ff. de usu. l. in fidei missi. & ff. qđ met. cā. itē si cū exceptione. §. ꝙ si homo. qa in prima l. agebatur actione ex testamēto, ī secūda actione quod metus cā, quæ personales sunt secundum Inn. & Ho. Io. An.

turum: sed hic loquitur de legato cuius iurisdictio non est perpetua, sed intra certas metas temporis finitur, secundum quod hic dicit. Sed pone quod post sententiam, victus inquierat victorem, nunquid prior delegatus debet adhuc cognoscere? Videtur per hanc decr. ꝙ sic: cũ iurisdictio duret vsque ad annum, quia non videtur possessionem adeptus qui eam statim amisit ff. de acq. pos. non vi. arg. ff. de hære. vel ac. ven. l. 2. §. peruenisse. & §. illud. quia cum effectu peruenisse dicit, vt ibi: sed contra videtur, quia functus est officio suo. s. eo. c. in litteris. & ff. de re iud. l. iudex. & qa istud ad ordinarium spectat. ĩ. de ap. c. cũ teneamur. Item quia hic noua iniuria est, & ideo noua interpellatione opus est. ff. de except. rei iudi. l. si mater. §. 2. pōt dici ꝙ licet sit noua iniuria, tamen sequela est præcedentis facti. vnde ad ipsum spectat. arg. ff. de int. l. cuicunque. §. pen. aliter delusoria viderentur edita iudicum ff. ne qd in lo. publ. l. vlti. & ĩ. de ma. cont. contra interdic. eccle. c. 1. & satis vr̃, ꝙ saltem vsque ad annum possit copescere contradictores, & qui no patiuntur illum quiete possidere excommunicando illos etiã gñaliter, sed nõ assumendo aliquam cognitionẽ vlterius. Ad iudicem .n. delegatum spectãt, q accidunt ante sententiã, sed post sententiam nullam cognitionẽ assumere dẽt, cum iam non heat nisi meram executionẽ: vnde non valet si cognoscere vellet vt iudex. C. de execu. rei iudi. l. si vt proponis. ea vero quæ accidunt post sententiam, spectant ad ordinarium .n. quia non agitur ex prima cã, sed ex noua. Sol. seq. lect. per q. an excommunicatum pro cōtumacia iudex post annum absoluit. primo & tertio ar. ꝙ non, secundo ꝙ sic, vltimo soluit.

a ¶ Ante litis contestationem.] videtur ꝙ si iudex delegatus ante lit. contestat. excommunicet, aliquem pro contumacia ꝙ post annum ipsum absoluere non possit. Sed cōtra. ĩ. de off. iud. or. pastoralis. vbi successor in honore & onere. absoluit. Itẽ iudex cœpit exercere iurisdictionẽ suam, vnde perpetuata est ĩ. eo. licet. & s. eo. gratum. & ita post annum potest absoluere, & quandocunque: quia ecclesia nulli claudit gremium suum. C. de sum. Tri. l. vlt. arg. contra ꝙ post annum absoluere non possit 11. q. 3. rursus. & c. quicunque Sol. dico quod post annum potest illũ absoluere quandocunque, & procedere in causa, quandocunque ille fuerit absolutus, & quod dicit[1] hic, ꝙ post annum nõ põt illũ absoluere, intelligitur de eo qui excõmunicatus fuit post diffinitiuam sententiam, cui nõ parebat. unde fuit excõicatus iste, & talis post annũ absolui non põt ab eodẽ, quia iurisdictio expirauit in totũ, & quo ad executionẽ omnino; sed vor qs excõmunicatur ante litis conte. vel post litis contest. ante sententiam diffinitiuã semper pot absolui, quia iurisdictio durat vsque ad sñiam latã, & executioni mãdatã, & intra annũ post ad sñiam: & ita si a sic intelligitur, si aliquis cõtumax est qui conuenitur actiõe reali, actor dẽt mitti i possessionẽ rei petitæ cã rei seruãdæ: & si cõtumax venerit intra annũ a tpe interlocutoriæ latæ, recuperat possessionẽ; post annum nõ recuperat possessionẽ, sed audit de pprietate: eodẽ mõ delegat, vsq; ad annum suam sñiam executioni mandare pot.

† al. ante litẽ cõtestatã.

† Cap. 6. eo. tit. in 3. cõpila.

1 Concord. in not. in §. si non pcepta. in glo. præcipientem. in auth. ut nulli iud. colla. & glo. in l. si ut pponis. C. quo, & quando iud.

te litis[a] † contestationem contumax inuenitur.

¶ Idem Cantuarien. archiepiscopo.

¶ *Delegatus Papæ Potest principium, medium & finem causæ coniunctim & diuisim subdelegare, hoc dicit vsque ad §. verum.*

CAP. XXVII.

SVper† quæstionum articulis, de quibus nos consulere voluisti, taliter respondemus: quòd postea vero nõ põt: & in hoc attendit ista similitudo.

SVper quæstionum.] Diuiditur istud principium vsq; ad §. Verum. Primo ponit tenorẽ cõstitutionũ quæ ɔtrariæ videbant, vsq; ad §. Intentionis & ibi declarat intentionem suã vsque ad §. Verum. Abb. Sicu.

per constitutionem nostram[b] consultationi[c] † Alexandri Papæ nullatenus derogatur[d], sed illa per istam exponitur: immo in ista verius, quæ in illa fuerant prætermissa, supplentur. Ipse namque respondit: quòd si super causa, quæ alicui ex Apostolica delegatione committitur, à personis ecclesiasticis, vna, vel pluribus, quibus delegatus (parcat laboribus par-

CASVS. Casus huius dec. colligitur ex vltimo §. eius ergo, &c. hoc mõ: Quidam impetrauit cãm cõmitti à dño Papa cui dã iudici delegato, delegatus iste reseruata sibi diffinitiua snia, cõmisit audientiam causæ quibusdã reo absente & ignorãte. Isti subdelegati citauerunt reũ, ipse comparuit corã eis. & quia ipsi dati erãt sine consensu ipsius, appellauit ad sedem Apost. occasione cuiusdã decre. Inno. in qua dr̃ Licet delegatus cãm sibi cõmissam ap. re. non possit alij cõmittere sine prouocationis obstaculo, tñ si dele. Papa, vel alius iudex quicũq; ad aliquẽ certum articulũ aliquẽ deputauerit auditorẽ, ab illo non poterit appellari, dummodo de partiũ detur assensu. Colligebatur a ɔtrario sensu: ergo si nõ sit de assensu partiũ, pot appellari. Vnde appellauit ille, qa illi nõ erãt dati de ipsius assensu: cuius tenor ponit in §. nos igitur, vsq; ad §. intẽtionis. Ex parte aduersa dicebatur, ꝙ talis appellatio non valebat per decr. Alex. in qua dr̃, ꝙ si delegatus à Papa committi alicui audientiã causæ sibi cõmissæ, vt testium examinationẽ, sibi diffinitiua snia reseruata. & ab illo appellari cõtingat, delegatus prætextu huius appellationis cãm indiffinitam relinquere nõ tenetur, cuius tenorẽ ponit in principio ca. uer. ꝙ si super. vsque ad §. nos igitur. Istæ dec. videbãtur ɔtrariæ. Dubitatio isti⁹ ɔtrarietatis delata est p Cãtuarieñ. archiepm, vñ ipse sup hoc duas qõtiones fecit dño Papæ. Prima est, vtrũ p dec. Inn. derogatũ sit decre Alex. Scđa fuit, vtrũ appłonis illius q appellauerat occasione ɔtõnis Inn. sit deferẽdũ. Sup his duobus articulis rñdet Papa, & primo ad primũ dicens, ꝙ per ɔstitutõnẽ Inn. nõ derogat decr. Alex. immo in ɔstitutione Inn. supplent quæ in decr. Alex. fuerant prætermissa. Et subijcit statim tenorẽ illius vsq; ad §. nos aũt. & ibi ponit verba ɔstitutionis In. dicẽs, ꝙ licet is cui cã cõmittit ap. re. non possit cã sine prouocationis obstaculo delegare, tñ si aliquẽ articulũ deputauerit alicui audiẽdũ, ab illo nõ poterit appellari, dũmodo de partiũ dẽt vel recipiat assensu. Sed si delegat⁹ ipse cõmittit exordiũ litis, vel finẽ causæ, vel totũ negotiũ ab illo, tãq à iudice poterit puocari. Postea vero in §. intẽtionis declarat Inn. intẽtionẽ, q habuit in ɔstitutione illa, licet is cui dicẽs ꝙ delegat⁹ ab ipso pt cõmittere principiũ & finẽ & mediũ causæ sibi commissæ, cõiunctim vel diuisim pm ꝙ ei visum fuerit expedire, ut iudicialis auctoritas ualeat liberi⁹ expediri nõ obstãte qđ dr̃ in lege, s. ꝙ iudex dẽt cognoscere p seipsum in principio, in medio, & in fine, quia ipse delegatus antequam ferat sñiam, uidere debet omnia, quæ acta sunt diligẽter & hoc usq; ad §. uerum.

b ¶ Nostrã.] quæ ĩ sequitur, & incipit, licet cui. &c. & protenditur usque ad §. intentionis.

c ¶ Cõsultationi.] q est s. e. c. cũ te ɔsulẽte, & ista ponit statim, s. ibi, si sup cã, &c. us; ibi, nos ãt statuim⁹.

d ¶ Derogatur.] immo corrigit qui interpretatur. ff. ad Ter. l. 1. §. qui operas.

† In aliquot uetustis ita. constitutioni Alexãdri Papæ prædecessoris nostri nullatenus, &c.

a ¶ Com-

a ¶ Committit.]lit.cont.vt probatur.ꝟ.§.porro. ver.ti autem litigiosa proprie vero exordium litis,est litis vnde si forsan.

b ¶ Interposita.ad Papam scilicet.

[Gl.seq.signat contrarium,& remittit.]

c ¶ Non possit.]arg.ꝯtra.ꝟ.eo.ti.prox.in fi.Sol.vt ibi.ꝟ.eo.c.cum R.ad fi.

d ¶ Prouocationis.] hoc ideo dicit, quoniam nullus pōt cōmittere causam appellatione remota, nisi princeps:quia priuilegium est principis. ff.a quib.app.non licet.l.1.in fi.

e ¶ Quinunq;.]ergo si ordinarius delegat aliquē articulū cāæ alicui,ab eo appellari non pōt, nisi modū excedat.prout sequitur in littera.

ADDITIO. Hæc ēt recusari potest,ꝓpter eo ꝙ sit suspectus.ꝙ verum est si de consensu partium datus sit ff.de app.l.ex consensu.

f ¶ Executorē.] executor dr̄ ꝓprie q rē iudicatam ducit ad effectū.C.d̄ exce.rei iud.l.executor. & talis executor partes iudicis sibi vendicare non dēt:quia non habet aliquam cognitionem.C.eo.tit.l.si vt proponis.Hic autē im ꝓprie dr̄ executor,qui aliquē certū articulū examinat, de cognoscit: ideo præmisit, non tā cognitorem q executorem, puta de aliqua exceptione, vtrū testis sit admittēdus,vel de aliquo consimili, itē ꝙ nullam iurisdictionem habeat.sed tantum exequat mandatum,& facit ꝙ iniunctum est, & si quid dubij fuerit,dēt referre delegato,& à tali non appellat,nisi modum excedat,vt hic dr̄. Et posset forsitan dici,ꝙ talis auditor habet iurisdictionem & coercitionem. arg.ꝟ.eo:c.ex litteris.& tñ non pōt ab eo appellari nisi modum excedat.Hodie vero nullus potest appellare ipso iure,nisi ipse grauet:qualiscunq:sit iudex in quocūq; articulo potest appellari ab eo cui cōmissa est iurisdictio cum cognitione,si aliquam partem grauauerit.ꝟ.de app.vt debitus.& ideo nihil operatur quod dicit, appellatione remota.

g ¶ Modum excedat.]quod si fecerit,appellat ad delegatum,non ad delegantem.ꝟ.eo.§.porro.

h ¶ Dummodo.]supple,nec potest recusari,dummodo,&c.quod patet in §.verum vbi Papa ostendit qualiter constitutio sua sit intelligenda.

i ¶ Recipiatur assensu.] hoc videtur obuiare decre. Alex.à contrario sensu.

[Gl.seq.recitetur per q.quid sit litis exordium.]

K ¶ Litis exordium.]exordiū litis pōt appellari quo ad perpetuandū rescriptū,citatio.ꝟ.eo.gratū.& eo,l licet.& ꝟ.de off.leg.c.vlt.ꝟ.de for.cōp.ꝓposuisti. & C. de pscri.30.vel 40.an.sicut in rem.vel quo ad faciendā rē litigiosam oblatio libelli,eo insinuata. C.de litigiosis proprie vero exordium litis,est litis conte.tunc.n.præstatur sacramentum de calumnia ꝟ. de iura calum.cum causam.quod debet fieri in exordio litis.C.de iura.calum. l. cum iudicis. & ex tunc, id est,post lit.contesta. tenetur de fructibus etiam bonæ fidei possessor.C. de rei vendicatio. l. certum.

l ¶ Causæ finem.] id est, cognitionem cum calculo sniæ. quæ imponit finem causæ.ff.de arb.l.diē autem.ff.de re iudic. l.j.

m ¶ Prouocetur.] si grauat: alias hodie ante sentētiam non appellatur. infra de appel.capit. vt debitus.& capi.interposita.

n ¶ Per iudicem.]ex hoc probat, ꝙ is cui committitur litis cōtestatio, & causæ decisio, iudex est, & ab eo potest appellari:

o ¶ Diuisim.]id est, vnam partem vni, & aliam alij.

[Gl.seq.per q.r.e. an iudex appellationis deleget.]

p ¶ Alij delegare.] nisi causa sit criminalis,quæ non delegat.1 Arg.9.q.3.salu0. vbi dicitur, in conspectu omnium, &c.licet à principe possit delegari.23.q. 4.illud.& ff.de test. l.5.§.item diuus vel nisi sit iudex appellationis, qui secundum leges nihil potest delegare.C.de iud.Auth.ad hæc secundum canones secus est.de quo autem hic fit mentio cui delegatur per hanc decret. saltem quod delegatus quicunque sit, vel causæ principalis sine appellatione potest cōmittere vices suas secundum tenorem huius decretalis:

[Gl.seq.differentiam ponit inter leges & canones.]

q ¶ In principio.]Istud obtinet ꝫm leges vt iudex coram eo in principio faciat litē contestari,& ꝑ se ferat sniam:media vero committat ꝯsiliarijs suis,sed semel ēt audiat negotiū in medio. in Auth.vt defun.seu funere eorū.§.illud.& §.seq.coll.5.in Auth.de exhi. reis, §.si vero.coll.5.& C.de iud.Auth.ad.hęc.ꝫm canones aliter,vt hic dr̄.Item ꝫm leges tantum suis cōsiliarijs committit;iudex examinationem, vt in dicta Auth.ad hæc.& in Auth.de iudi.§.si quis autem.coll.6. secundum canones committit cuicunque vult. ꝟ. eod.cap. pastoralis.

r ¶ Inuestigare.]hoc non habet locum quando committit finem:

VERVM.Continuatur iste §.ad præcedentia: nam ꝟ.dixit Papa,ꝙ per suam constitutionem non intendebat derogare constitutioni Alexādri:quia principalis intentio sua fuit prout habetur in ver. intētionis Sed quia posset dubitari,an & quando posset appellari à subdelegato,subijcit istum §.

† In causa appellationis multa salubriter cauit concil. Tri. sessio. 13. de refor c.1.& sessio. 24. de refo. c.10.& c.20. & alijs locis.

Executor quis dicat, & quales eius partes.

†In quibusdam manuscriptis ita: ad discutiēdum aliquē dum aliquē &c.

Exordium litis tripliciter dicit.

tium & expensis (causę cognitionem ipsius,& testium examinationes,sententia sibi reseruata committit,a appellatio† fuerit interposita, b huiusmodi appellationis intuitu causam diffinitam relinquere non tenetur.

¶Nos autem statuim⁹, ꝙ licet is, cui causa committitur,remota appellatione, nō possit c eam alijs sine ꝓuocationis d obstaculo delegare; si tñ delegatus a nobis,vel iudex q cunq;,e non tam cognitorem,q̄ executorem f ad aliquem certum articulum quempiam deputauerit; ab eo,(nisi modum g excedat) non liceat appellari, dūmodo h de partiū d̄ putetur,vel recipiat i assensu.

¶ Quod si delegatus a nobis,vel litis k exordiū, vel causæ finem, l nedum totum negotiū ei duxerit committendum ; ab ipso tanquam a iudice licite prouocetur, m cum & lis ante iudicem debeat contestari,& causa per iudicem n diffiniri.

[Glo. seq. reci. per contrarium.]

d ¶ Quod vestro.] sic ĩ de sen. excom ex tenore sed: cõis forma est, quod iuret qui absoluitur, stare mandatis ecclesiæ ĩ. de ap. p. ad hoc. & ĩ. de sen. excom. cum desideres. sed non refert quocunq; istorum modorũ iuret.

† Ita manuscripti emẽdatio ressed fortassis Tabres, scribendũ alias Colubris. alias, Tolobris.

† Tirasonensis, s. nã hic cũ Cæsar augustano velum imponebat, vt patet in integra.

Velũ in monialibus duplex conuersionis & cõsecrationis.

1 De materia hui' glos sæ copiose l. 3. cõmen. in directorium Inquisitor. Schol. 6.

quia licet iuret stare mādato iudicis, per illam formā non intelligitur aliud quam per aliam, nec magis ad stringitur, quia mandatum suum debet esse secundū ius, nec ad aliud extenditur: quia nec de alio intēdūt,

[Glo. seq. obijcit de negatiua, & soluit: iterum obijcit, & quadrupliciter soluit: & primā reprobat].

1 De materia huiꝰ glossæ vide Frāciscum Heculanū trac. de probatione negatiuæ ꝑsertim in 3. modo.

a ¶ Non timore mortis.] sed 1 qualiter pōt hoc probari, cum sit negatiua, & ista negatiua includit in se affirmatiuā hanc, scilicet, sponte religionē intrauit, simile s̄. de renunc. super hoc. de hac negatiua dictum est s̄. de ele. bonæ. Et hanc negatiuam debent probare moniales, q̄ mulierē illā repetebāt. Sed videtur quod potius mulier illa debuit probare ꝙ timore mortis intrasset: quia moniales fuerunt in quasi possessione illius, siue monasterium, & quasi fundata erat intentio monacharum ꝑ talem possessionem, & cohabitationē, & veli susceptionem, & mulier allegare videtur metum mortis. sed qui hoc allegat, illud debet probare. ff. quod me. causa, non est. Respondetur ꝙ verum est hoc, sed quia constabat de cōtestatione volūtatis ab initio facta, adhuc præsumitur nolle. 31. q. 3. Lotharius. ff. de leg. 3. si qs. in prin. & q voluntatem immutatam allegat, hoc probare debet, vt hic, & ff. de prob. cū qui. C. de testam. sancimus. & C. de app. præcipimus. in fi. & ff. de leg. 3. fideic. §. si rē. & ff. de leg. 1. si mihi. §. interdum. Sed hoc non habetur ex hac littera, ꝙ constaret de protestatione, nisi ꝑ narrationem ꝑmissam. Ideo aliter dicitur: eo ipso ꝙ mulier hæc non probat, intelliguntur moniales probasse suam intentionem præsumptiue, cum de facto constaret, licet non de forma facti. C. qui mili. non pos. super seruis. lib. 12. Vel moniales sponte onus probandi subire volebant, vnde mos eis gerendus fuit. J. de resti. spo. licet. in fi. ff. de proba. circa eum. & talis metus bene excusat: sicut timor & metus stupri, & timor seruitutis, & metus verberum. ff. eo. isti quidem. & C. de transa. interpositas. & infra c. prox. & quæ fiunt iusto timore, reuocantur. C. de re. cre. l. generaliter. Vel dic, ꝙ vtraque pars debet docere de iure suo. simile sup. de renunc. super hoc.

ñ In antiq. resumere.

debeant stare mandato) ab excōicationis vinculo absoluatis: deinde tā mulierem quam Priorissam & moniales ꝑscripti monasterij, ante vestrām pręsentiam conuocantes, si legitime probatum fuerit, non timore a mortis ꝑdictam mulierem religionem intrasse, aut quod fecit, postmodum b ratum habuisse, ipsam ad monasterium redire, & habitū depositum reassumere † censura ecclesiastica compellatis.

¶ Idem episcopo Vigornien.

[Glo. seq. notat, signat cōtrarium, remittit & soluit.]

b ¶ Postmodum.] quasi dicat si constaret de metu ab initio, & postea sponte ratum habuit, votum suū tenuit. simile. J. de regul. significatum, & c. cum virum. vbi habes, ꝙ istud quod ab initio nō tenebat, per ratihabitionem roboratur; sic & in matrimonio carnali. J. de spō. ad id quod. & J. de despon. impub. de illis in fi. no. & aliud quod colligitur hic manifeste, ꝙ aliquis vxoratus, vel vxor alicuius etiā iuuenis, si viuēte altero sciente & consentiente intret religionem profitendo de timore aliquo etiā iusto vt hic erat, & postea ratum habeat sponte, vel interim etiam mortuo marito, ꝓ in tm̄ teneat votum, ꝙ non possit vlterius ad sæculū redire: & si redierit, ꝯpelli debet reuerti ad monasteriū, & tamen viuēte marito nō tenebat votum vsquequaque quantum ad maritum, quia post

se ... arg. ad idem. s̄. de conuer. coniu. ex parte ... J. eo. ti. placet, & c. quidā intrauit. vbi d̄ hoc. ... idest post mortem viri, 2 & ita planū est. quia viuente viro metus mortis durare intelligitur: quod ex eo colligitur, quia ante mortē mariti non fuit ausa exire. Vel dic quod mulier ista habuit viri assēsum, quod patet in anti. decretali, qa maritꝰ duxit episcopos ad monasterium vt illi mulieri velum imponerent, siue misit illos, vt hic dicitur, s̄. ver. epi vero. & ita ꝯsensit: sed castitatem non promisit, & ita solennizauit votum suum, si sponte hoc fecit. Si uero timore mortis hoc fecit & postmodū tractu tēporis ratū habuit, tenuit votum ratihabitione sequēti, cum vtroq; casu habuerit viri assensum. Sed stādum videtur illis iuribus. J. de conuer. ꝯiug. cum lis. & ca. ad Apostoli. Sed intellige illas ... in no. sed potest. Ber.

2 Ratificat enim manē do ibi postea per integrum mensem secundum quosdam. argu. r. q. 1. conitat. Alij dicunt de duobus mēsibus. argu. de conuer. coniug. ex publico. secūdum Io. And.

¶ Qui per metū amissionis patrimonij suo beneficio renūciauit, illud repetere potest.

CAP. II.

ABbas † S. Cadmundi, † a quo R. præsentiū lator patrimonium suum tenere dignoscitur, milites & burgenses ad dn̄m eius (sicut accepimus) destinauit, qui eum a domo & vniuersa possessione expellerent, nisi ecclesiā suam penitus abiuraret: quod cum idem R. tali modo coactus c fecisset, abbas alij concessit supradictam ecclesiam.

†Post conci. Lateranen. par. 22. c. 7. & c. 2. eo. ti. in 1. cōpila. † Eadmūdi.

c vxoratus. J. de conuer. coniug. ...

ABbas. Prima pars narrat factum. Secunda dat iudicem ... Vnde qu... Abb. ...

CASVS. Quidam clericus R. nomine habebat ecclesiam ab abbate sancti Cadmundi: abbas milites & burgenses suos misit ad clericum illum, vt eum a domo & vniuersa substantia expellerent, nisi ecclesiam suam in manu abbatis abiuraret: qui tali modo eam coactus abiurauit, & abbas ecclesiam illam alij concessit. Vnde iste R. conquestus fuit dño Papæ, mandat Papa episcopo Vigorn. quatenus si ita est, prædicto R. cum integritate restituat vniuersa: quia quæ metu vel vi fiunt, debēt in irritum reuocari. No. ꝙ metus amissionis rerum excusat. & iustum est ut ea reuocentur, quę tali metu tradita sunt, & iuramentum non obstat.

[Gl. seq. notat, signat ꝯtrarium. & soluit. secūdo notat ꝑ modū tacita valere. dummodo. & c. reddit causā. dat modū resciendi. & ꝯtra quē agatur signat ꝯtrariū, & soluit. circa modū rescindēdi dat casū exceptū, cui signat ꝯtrium, quod soluit dando regulam, & sex casus exceptos, ponit opinio. in cōtrarium q̄ reprobat.]

c ¶ Coactus.] no. ꝙ si quis per metum amissionis rerum suarum aliquid faciat, vel iuret se facturum, & illud implet iuramentum, potest repetere quod tali modo fecit vel abiurauit. arg. 50. dis. presbyteros. Et intellige de talib. rebus sine quib. vita corporis amittitur, vel patitur grauem iacturā. 22. q. 4. innocēs. ver. quisquis ergo. arg. contra. 32. q. 7. omnes causationes, sed non tangit hoc. Nota ergo circa hanc materiam, quod ea quæ per timorem 3 vel metum fiunt, qui possit cadere in constantem virum, tenēt & obligatur quis per hoc, licet coactus & iuramentum super hoc factum tenet, dum tamen tale sit factum super quo iuratur, vel quod promittitur, siue etiam traditur, quod seruari possit sine interitu salutis æternæ: alias non tenet iuramentum. 22. q. 4. si aliquid arg. s̄. de pact. pactionis, quia pro nullo metu debet quis peccatum operari mortale. J. eo. satis, & potius quelibet mala pati, q̄ malo cōsentire. 32. q. 5. itane. & ita teneat ea q̄ per metū fiunt & iuramētū. J. eo. ad audientiam.

3 Quarum rerum metus admittēdus sit vel nō, copiose tradit Aristoteles lib. 3. Ethico. c. 6. 7. & 8.

tiã. Et hoc ideo, quia coacta voluntas, est volũtas. 15. q. 1. merito quæritur Sed cõtra hoc datur actio quod metus causa, & probato metu restituitur ꝑ officium iudicis, quod dedit vel tradidit, aut absoluet si promisit. ff. eo, l, metu. §. sed quod prætor. Nec refert in hoc casu, qs metũ fecit, an is qui possidet, an alius, dummodo probet se per metum rem perdidisse: quia metus iustam in se habet ignorãtiæ causam. ff. eo. si cum exceptione. § ĩ hac. Et põt agere tam cõtra possidentem, q̃ contra illũ, qui metum intulit. ff. eod. titu. l. Pedius. 1. respon. sed si ab vno cõsequitur ius suum, cõtra aliũ agere non potest. vt in prædicta l. Pedius §. vlt. in fi. ff. đ dolo: l. si plures. & ff. de eo per quem fac. erit. l. 1. §. si plures. 1 C. de condi. fur. l. 1. ar. ꝯtra ff. ad l. Aquil. itẽ Mela. §. sed si plures. Sed illud est pęna, hoc interesse, & pœna vnius non liberat alium, vt in l. item Mela §. sed si plures. Et est verum ꝙ subuenitur metum passo, nisi culpa sua inciderit in metũ. ff. e. l. si mulier. & 22. q. 4. ĩter cętera. ar. ꝯtra. ȷ̃. de spõ. veniens. & ibi culpa sua incidit in metum, & tamen non tenet matrimonium cõtractum per metum. Sol. ue hoc contrarium per distinctionem talem. Tenent ergo quæ per metum fiunt, & subuenitur metum passis, nisi culpa sua incidant in metum. Ab ista doctrina siue generalitate, excipiuntur casus in quibus fallit, ẽt si culpa sua incidisset in metum. Et primo in causa matrimonij 2 qualiscunque metus interueniat culpa sua vel sine culpa. matrimonium contractũ per metum non tenet, nec obligatur qui hoc facit, etiam si iurat, quia matrimonia libera debent esse: quia inuitæ nuptiæ difficiles exitus consueuerunt habere: inf. de spon. requisiuit. & c. gemmã. & C. de spons. l. vlt. in fi. & vbi metus vel coactio intercedit, consensus liber dici non potest ȷ̃. de spon. cum locũ. & matrimonium solo consensu cõtrahitur. 27. q. 2. sufficiat. Sed c. prædictum, inter cætera, videtur dicere contrarium: sed non contradicit, quia ibi nõ interuenit iustus metus, qui possit cadere in constantem virum, qui solus excusat. ff. eod. metum. Vel dicas, prout consueuit exponi, matrimonium sit firmum & stabile: quod illud verbum sit, non ponitur pręceptiue, sed consultiue, & sic c. illud, inter cętera, loquitur de consilio tantũ, vel metus nõ fuit reprobatus. Itẽ & dos ꝓmissa per metũ uel soluta non tenet: quia est accessoria ad matrimonium. ff. eod. si mulier. §. si duo. vbi dicitur, quod si dos per metum promittatur, non nascitur obligatio. Item in rebus ecclesię est speciale, ꝙ non tenet traditio, vel promissio, vel iuramentum factum per metũ de rebus ecclesiæ. 15. q. 6. cap. 1 ȷ̃. de iureiuran. ꝑuenit. quia etiam si spõte prælatus res ecclesiæ traderet, nõ tenet traditio sine solennitate de qua cauetur. 12. q. 2. sine exceptione. multo fortius nõ tenet traditio de rebus ecclesiæ facta per metum, nec iuramentum super hoc factum: quia si non tenet principale, nec accessorium. C. de leg. non dubium. & ȷ̃ de fo. comp. si diligẽti. Itẽ & in voto: quia votũ 3 per metum factum, nõ tenet. s̃. eod. perlatũ. quia votu res est consilij & non præcepti, & liberum est arbitrium in vouendo, alias non est votu. 32. q. 1. integritas. & ȷ̃. de voto. licet. & voluntarium militem sibi eligit Christus, coactum autem sibi auctorat diabolus. 15. quæst. 2. non est. Item non tenet iurisdictio per metũ extorta. ff. de iudic. l. 2. 1. respon. Item auctoritas tutoris per metũ extorta, nulla est. ff. de auctor. tutor. l. 1. §. vlti. In omnibus alijs casibus tenẽt quæ per metum fiũt, vt dictum est: dũ tamen talia sint, quæ sine interitu salutis æternæ seruari possint. Alij dicunt contra, quia ea quæ per metum fiunt, non tenent ipso iure. argu. ff. eo. l. 1. vbi dicitur, quod ꝑ metũ factum est, ratum nõ habebo, dicit prætor Sed illud nõ est verum, immo potius contra ĩnuitur ex verbis illis, quia quod non est, ratum haberi non potest, Bernard.

¶ Vide l. 1. cũ gl. & l. 1. cu glo. C. & ff. e. & ꝓ intelligentia huius ca. vide Sotũ ȷ̃. citatum.

¶ Cap. 1. ec. ti. in 2. cõp.

1 De hoc vide 12. q. ca. monemus. & late hic ꝑ Host.

2 De hac difficultate vide plene per Sotũ lib. 4. sent. dis. 29. q. 1. art. 3.

3 Vide Sotũ vbi s̃. & lib. 7. de iu ti. & iu. q. 2. ar. 1.

¶ Vnde quia quæ metu & vi fiunt, de iure debent in irritum reuocari: † Mandamus quatenus ꝑdicto R. cũ integritate restituas vniuersa.

¶ Clemens tertius.

¶ *Qui terrore laicorum electioni de se facta renunciat. si renunciatio iuramento, vel fide firmata non sit, regimini ad quod electus erat, præfici poterit.*

CAP. III.

AD† aures nostras te significante peruenit, quod electus quidam in plebanum cuiusdam ecclesiæ, ad terrorem laicorum a renunciauit electioni, q̃ de ipso fuerat a clericis, vno excepto, vnanimiter celebrata: & infra.

¶ Tuæ igitur discretioni præsentibus innotescat, quod renũciatio facta ad terrorem laicorũ (nisi forte iuramento, b vel fide interposita sit confir-

ADDITIO. Et hæc supradicta patẽt in his versibus.

Tutor, iudicium, dos, sacrum, copula votum:
Hæc sex vi facta de iure scias fore nulla.
Cætera ius patitur sed postea restituentur.

AD aures communis diuisio. secũda: ibi, Tuæ igitur. Abb. Sic:

CASVS. Quidam electus fuit in plebanũ cuiusdam ecclesiæ cõcorditer vno excepto. Ipse ad terrorem laicorum renũciauit electioni de se factæ: quærebatur vtrum non obstante tali renunciatione præfici deberet eidem ecclesiæ? Respondet Papa, ꝙ renunciatio facta ad terrorẽ laicorũ non impedit, quo minus ille ꝓficiat eidem ecclesiæ nisi forte illius renũciatio cõfirmata sit iuramento, vel fide interposita. Nota ꝙ renũciatio ad terrorem laicorũ non tenet: tamen si iuramẽtum interuenisset, vel fides data fuisset, cũ tale iuramentũ sine periculo animæ violari non possit, non debet præfici ex illa electione. Item iuramentũ & fides æquiparantur.

[Glo, seq. reci. per q. an valuerit renũciatio.]

a ¶ Laicorũ] talis renũciatio non tenet, etiam si spõte fieret: quia nõ est facta manu pręlati, vt s̃. de renun. admones & s̃ eod. proxi. & ca. quod in dubijs vbi de hoc arg. 27. q. 2. Gonsaldus tamen si sponte renunciasset, quo ad se bene teneret, sed quo ad superiorem 4 non. vt no. in illa decre. quod in dubijs. & arg. de renun. super hoc.

[Glo. seq. arg. à contrario, alle. 3. iura in contrariũ. ponit opi. demum soluit.]

b ¶ Nisi forte iuramento.] ergo si iuramentum interuenisset: vel fides interposita fuisset, ꝙ vlterius non repeteret, non potest eam repetere iuramento vel fide obstãte, quod potest seruari sine interitu salutis ęternæ. ȷ̃. eod. cum dilectus. ȷ̃. de iureiuran. si vero. & 22. q. 4. si aliquid. sic inf. de restitu. spolia accepta. argum. contra. ȷ̃. de restitu. spolia: cap. 2. & supra de renun. cũ inter P. & supra eod. abbas. Solu. quidam dicunt quod hoc quod hic dicitur, & in similibus signatis, ius commune est: quod dicitur in contrarijs, dispensatio est, sed ex littera non colligitur dispensatio. Illa decre. inf. de rest. spol. cap. 2. non contradicit, quia in alio casu loquitur, quia aliud est repetere quod per metum tradidit vel renunciauit, vt hic, & inf ca. proxi. Aliud est petere restitutionẽ eius quo non fuit spoliatus; 5 vt dictum est s̃. de renũ. super hoc. Et illa decre. cum inter P. non contradicit, quia ibi non agit ex prima sua institutione. Illa decr abbas non ꝯtradicit:

4 Vñ dicebant Tã. & Vin. in arbitrio superioris pẽdere. Io. An.

5 Et sit rõ, qa primo casu nõ est res affecta qñ tradit, & in teruenit uoluntas tradẽtiũ, licet coacta. In secũdo res est affecta & vitiosa qñ iurat. nec interuenit volũta spoliati. irrs ditione rei. a ꝓ in Ho. l. A.

quia ibi iurauit solummodo abrenunciare, & renunciauit: sed non iurauit quod non repeteret. Sed hic dicit Papa, si iuramentum interuenisset in renunciatione, scilicet quod non reciperet illam prælationem, tunc nō posset præfici illi ecclesiæ, propter iuramentum quod pōt seruari sine interitu salutis æternæ: sed nō negatur quin præfici possit probato metu, superioris officio implorato, secundum quod facit in illa decre. abbas. & in similibus, & sic nō ptradicunt ptaria signata excusat enim metus stupri siue status, uerberis, atque necis. ff. eo. tit. l. ego puto. & l. nec timorem. & l. isti quidem. §. 1. 2. & 3. itē metus sub stantiæ suæ. s. c. proximo. Bernardus.

AD audientiam.] Diuiditur, quia primo ponitur partis conquestio. Secundo dat iudices: ibi, Mandamus. Abbas.

CASVS. Magister Guil. rector ecclesiæ de Cheuellis grauissimo metu regis coactus iurauit quod ecclesiam illam renunciaret in manibus illorum ad quos illa ecclesia pertinebat, quod factum est conquestus fuit domino Papæ, & ipse respondet quod qui, aut metu fiunt, carere debent robore firmitatis. Vnde mandat Papa quibusdam, quatenus, si constiterit magistrum illum ad resignationem per talem metum fuisse coactum, qui poterat cadere in constantem virum: præfatam ecclesiam faciant illi restitui: non obstante iuramento prædicto, quo solummodo tenebatur ad resignandum, sed non tenebatur ad non repetendum. Not. quod iuramentum per metum præstitum seruandum est, dummodo sine periculo animæ seruari possit, vt hic patet. Item iuramentu non extenditur ad illa super quibus præstitum nō est.

a ¶ Ad quos pertinebat.] alias non tenet resignatio. s. de renun. ad monet. & c. quod in dubijs. & s. ca. proxi. arg. 7. q. 3. denique.

[Glo. seq. ponit antiquum edictum prætorum, & dicit quid sit vis. & in fi. quid sit metus. interserit quinque modos quibus dicitur vis.]

b ¶ Causa.] olim ita dicebatur: quod vi metus ve causa gestum erit ratum non habeo, vis enim fiebat mentio propter necessitatem contrariam spontaneæ voluntati. sed hodie detracta est vis mētio. ideo scilicet, quia quod fit vi atroci, id metu quoque fieri videtur quia vis includit in se metum, & est superius ad metum. ff. eo. l. 1. & 2. Et dicitur vis impetus maioris rei cui resisti non potest. ff. eod. l. 1. & 2. Vi dico compulsiua, quæ inducit actionem quod metus causa, vt legibus prædictis, & non expulsiua, quia illa inducit interdictum vnde vi de rebus immobilibus tantum, & de ijs quæ immobilibus cohærent: Nec ablatiua, quæ inducit actionem vi bonorum raptorum circa mobilia tantū. ff. de vi & vi ar. l. 1. §. si fundus. & §. 2. & Insti. vi bono. rap. §. sed nedum. Nec etiam turbatiua, quæ inducit inter dictū vti possidetis in rebus immobilibus, & in rebus mobilibus interdictum vtrobi, cum duo se possidere contendunt: Nec inquietatiua, quæ inducit interdictum, quod vi, aut clam: vt cum quis non sinit aliū uti re sua quiete, uel curare, uel alia facere. uel quando aliter eo inuito uult aliquid ædificare in suo, uel iam forte ædificauit: nec distinguitur in hoc interdicto iuste uel iniuste fecerit. ff. quod ui, aut clam. l. 1. Metus autem est instantis uel futuri periculi causa, mētis trepidatio. ff. eo. l. 1. Et not. quod licet non sit necessarium periculum præsens esse, tamen exigitur metum esse præsentem saltē pro futuro periculo, non enim sufficit suspicari eum inferendum. ff. eo. metum. 1. responso. Et dicitur metus, quia mentem tenet.

¶ Inno. iij. decano & subd ia. Linconeñ.

¶ *Qui per metum, qui cadere potuit in constantem virū, beneficio suo renunciare iurauit, & renunciauit, illud repetere poterit.*

CAP. IIII.

AD audienentiam nostram magistro G. † de Cheuel. significāte peruenit, quod cū ecclesiā de Cheuel canonice fuisset adeptus, & aliquamdiu pacifice possedisset, grauissimo tandem Regis metu, quod eā resignaret iurare coactus, eam in eorum, ad quos a pertinebat, manibus resignauit. Quia vero quæ vi metusue causa b fiunt; carere debent c robore firmitatis; † Mandamus, quatenus si eūdem ad resignationem d constiterit vobis per talem metum fuisse coactum, qui potuerit & debuerit cadere in virum cōstantem, non obstāte iuramento prædicto, quo nō ad non repeten dum, e sed ad resignādum f solummodo tenebatur, præfatam ecclesiam ei restitui faciatis.

¶ Idem Vidroneñ. † archiepiscopo.

¶ *Excommunicatus non est qui absolute coactus excōmunicato communicat, secus si coactio fuit conditionalis.*

SAcris † est canonibus [s] & infra. ¶ Distinguimus autem, vtrum is qui

c ¶ Debent.] qualiter hoc intelligatur, dicitur. s. eo. c. abbas.

[Gl. seq. recitetur per quæstionem.]

d ¶ Ad resignationē.] not. quod licet metus interuenisset, in præstatione iuramenti uel alicuius promissionis, si postmodum in resignatione uel solutione non intercessit metus, quia sponte postea renūciauit, vel soluit, non potest repetere: proxima enim violentiæ turpitudinis, causa sublata est C. eo. ti. l. 2. ff. de condi. ob tur. cau. si ob turpem causam. & s. eo. perlatum. infi.

[Glo. seq. signat contrarium, & respondet.]

e ¶ Repetendum.] s. eod. ad aures. arg. contra. vbi obstat iuramentum. Non est contra: quia ibi iurauit quod non repeteret, vt ibi dictum est. hic iurauit tantum renunciare, sed non iurauit quod non repeteret.

[Glo. seq. quærit, & soluit.]

f ¶. Resignandum.] sed quid si iurasset non repeteret? Respondeo tunc nō repeteret. C. si aduer. vendi. l. 1. 1 & j. de iureiu. si vero. & s. eod. abbas. Papa uero ex officio suo mandabat illum restitui ob denunciationē sibi factam. j. de iureiu. ad nostrām. & ille idem non obstante iuramento posset hoc denunciare Papæ j. de iureiu. quemadmodum posset etiam impetrare absolutionem iuramenti, sicut fit in usuris. j. de iureiu. ex administrationis. & in hoc dolum facere non uidetur, qui fraudem & dolum excludit. ff. de le. 2. cum pater. §. Titio. in fi. Bernar.

SAcris. In prima parte ponitur decisa consultatio. In secunda distinguēs responsio: ibi, Distinguimus. Et primum mēbrum prosequitur: ibi, In prima. Secundum: ibi, In secūdo. Abbas. Pars huius decre. de sepul. & de senten. excom. sacris.

CASVS. Aliquis inuitus participauit excōicatis: quæritur utrū sit excōmunicatus: distinguit hic Papa utrum ille qui cōicat excōicatis inuitus, sit tractus per coactionem, an per metu coactus. In primo casu nō est ex-

† Cap. 1. eo. tit. in 3. compil.

† Vide I. me tū §. sed quod pror. & uolenti. & ibi Bar. si. ec.

† Vicrosien.

† Ca. 2. eod. ti. in 3. compil.

1 Vide de pr cū pñsentia. s. per gl. pœ. 10. And.

Quid uis, & quotuplex: & quod met[us].

est excõicatus, cum pati magis quàm agere. videatur. In scđo casu est excoicatus. sed licet metus illatus culpam attenuet eã prorsus non excludit: quia ꝑ nullo metu debuit mortale peccatũ incurrere. No. ꝙ cõmunicans excõicato ꝑ coactionem, nõ est excõicatus: q̃a magis patitur q̃ agat. Itẽ si quis metu cõmunicat excõicato, excoicat[illegible]. Item metus culpã attenuat. Itẽ nota regulam ꝙ pro nullo metu debet quis incurrere [illegible] mortale peccatum.

† Attractus legit in manuscriptis.

communicat excommunicatis inuitus, sit ꝑ coactionem [a] adstrictus; † aut per metum inductus.

¶ In primo casu talem non credimus excõmunicatione teneri, cum magis pati quam agere cõuincatur. † In secundo licet metus attenuet [b] culpam; † quia tamen non eam prorsus excludit, [c] cũ pro nullo metu debeat quis mortale peccatum incurrere, [d] excommunicationis labe credimus inquinari.

¶ Idem Marsil. & Agathen. episcopis.

¶ Metum passo non subuenitur si non fuit talis qui cadere potuit in constantem virum.

a ¶ Per coactionẽ.] absolutã. 45. dist. de Iudæis. & 50. distin. presbyteros. 1. qu. 1. constat, [illegible] magis pati q̃ agere videatur. [illegible] Sicut nec valet testamentum [illegible] inuiti detinentur. ff. qui testam. fac. poss. [illegible] qui testamentum. §. viii. Et tutor si per vim detentus sit, nõ valet quod agitur, immo dormienti comparatur, ff. de actor. tut. l. [illegible]

† Videatur legitur in impressis. sed in omnibus antiquis cõuincatur.

† V de l. fin. & ib: Bar. ff. de cond. ob turp. cau. l. [illegible] § metus. ff. eod.

Glo. seq. cum seq. recitet, ꝑ duas obiectiones.]

b ¶ Attenuet.] hic metus attenuat peccatum 2. q. 1. in primis, q̃q; nullo modo excusat de consec. dist. 4 [illegible] 1. & [illegible] 1. q. 3. quisquis metu.

† al. hos quos. ib[illegible] reputatos [illegible] te vel p[illegible] su. Io. And.

c ¶ Excludit.] minor tamen e[illegible] 12. q. [illegible] & [illegible] ad salutem animarum illorum ptinet: nec mererit qs excõicationem, licet alia incidenter [illegible] ꝑponant, vt magis proficiãt. j. de senten. excom. cum voluntate. & c. responsio.

d ¶ Incurrere.] simile. 32. q. 5. [illegible] Bernard.

Cum dilectus filius.] primo ponitit diffinitionis [illegible]. Secũdo soluit obiectionem. ibi, Non obstante [illegible] diffini[illegible] Super. Abb.

CASVS. Canonici Insularũ volẽtes obseruare ordinẽ Cistercien. emiserunt votum præstito iuramẽto: ꝙ regulam Cistercien. ordinis obseruarent, vel q[illegible] translationem [illegible] ecclesiæ ad ordinẽ illorum nullatenus impedirent. & hæc facta fuerunt fratribus Cistercien. præsentibus postmodum vero prædicti canonici volũtate mutata, voluerunt reuocare q̃d fecerãt: petierũt restitutionẽ ꝯtra factũ suũ, dicẽtes ꝙ ꝑ metum & dolũ Cistercien. ad hoc fuerant inducti, & ideo nõ valebat q̃d fecerunt: receptę fuerunt ꝑbationes hinc & inde. Papa examinato negotio, quia ꝯstiterat ei de voto emisso, & de iuramento ꝓ[illegible] a canonicis prædictis, ꝙ regulam Cistercien. obseruarent, vel ꝙ non impedirẽt trã[illegible]ationẽ ipsius ecclesiæ ad ordinem illorum, imposuit illis silentium sup restitutione petita: cum vtruq; seruatum non vergat in dispendium salutis æternæ, nec velit viã periurijs aperire non obstante violẽtia quæ proponebatur illata: cum non contineat metum mortis, vel corporis cruciatu, nec obstãte dolo quo se ꝓponebãt fuisse seductos, cũ talis dolus potius ad sanitatẽ ipsorũ q̃ ad circunuẽtionẽ Cistercien. debeat retorqueri. No. ꝙ iuramentum semper est seruandũ, dummodo sine periculo animæ seruari possit. Itẽ metus, qui non cõtinet metũ mortis, vel cruciatũ corporis, nõ excusat. Item dolus quo quis inducitur ad bonum animæ, non imputatur, nec impedit propositum melioris vitæ. Item nemo debet viã periurijs aperire.

CAP. VI.

Cum † dilectus filius; & inf. ¶ Quia cõstitit nobis de voto emisso, & de præstito iurãto a canonicis Insularũ, ꝙ regulã Cistercieñ. obseruarẽt, vel trãslationẽ ipsius ecclesiæ [e] ad ordinẽ illorum nullatenus impedirẽt: cũ vtrũq; seruatũ nõ vergat in dispendiũ salutis æternæ, [f] nolentes viam periurijs aperire: [g] Non obstante violentia, [h] quæ proponebatur illata, cum neque metum mortis, [i] neque cruciatum corporis contineret. † & ideo non debuerat cadere in constantes. ¶ Nec obstante dolo, quo se proponebant fuisse seductos: cũ talis dolus non tam ad cir

[Glo. seq. recitet per quæstionem.

e ¶ Ecclesiæ.] non tñ potuerũt ecclesiã sua subijcere ordini Cistercieñ. vel etiam alij, consulto diœcesano epo. j. de exces. præla. sicut vnire, sed est verum ꝙ quantũ ad epm hoc non potuerunt, & nullum præiudicium fit epo: sed quantũ ad se bene tenuit talis translatio. j. de don. inter dilectos. & episcopus habebit iura episcopalia sua sicut cõsueuit. j. de re. dom. quia monasterium. sed non videtur ꝙ ipsi subiecerint ecclesiã ordini Cistercieñ. sed se [illegible] personaliter obligauerũt seruare regulã [z] illorũ, & bene potuerunt promittere non impedire translationẽ ecclesiæ suæ ad ordinem Cistercieñ. faciendam, ꝑ illos ad quod ptinet: sed ipsi ꝑ se hoc facere non possunt, sed per episcopum de consensu capituli.

† Cap. 3. eo. tit. in 3. cõp

† Vide l. 2. & ibi Bar. ff. de noxa.

z Dicit Inn. ꝙ profiteri potuerunt hũc Cistercieñsẽ ordinẽ arctiorẽ. de regula. licet. Io. And.

f ¶ Salutis æternæ.] & ideo bene seruari debet. j. de iureiur. si vero. & 22. q. 4. si aliquid idem si salutis corporalis. 12. q. 4. c. vlt. ver. quisquis, ergo, & inf. de iureiu. verum.

g ¶ Aperire.] vt C. de indi. uidui. l. 1. in fi. C. si aduersus ven. l. j. de iureiu. si vero.

[Gl. seq. reci. per q. & incidentem opinionem.]

h ¶ Violentia.] quæ fuerit illa violentia, ignoramus & forte aliqua verba incusserant eis timorẽ, quæ non semper sufficiunt ad iustum timorẽ. ff. quod me. caus. metu. & j. [illegible] cle. vel vo. insinuãte. uel forte ẽt minabãtur eis excõicationem, sed ille timor non excusat cũ excoicatio sit medicinalis 2. q. 1. multi.

[Gl. seq. tractat multiplicem speciem metus. & diuersa circa ipsum auxilia.]

Quibus casibus metus excuset.

i ¶ Metum mortis,] nõ solũ in duobus istis: sed etiã in pluribus alijs casibus excusat metus. quandoq; metus verborũ arg. 7. di. fuerunt. & 23. q. 8. c. cõuenior. & ff. de acq. hære. qui in aliena. §. ult. quandoq; metus rerũ. [illegible] di presbyteros: & s. eo abbas. & propter metũ libertatis, exigere non possum quæ onerandę libertatis causa stipulatus sum. ff. quarum rerum actio non datur. l. 1. §. quæ onerandę. q̃nque metus iudicis. 2. q. 1. in primis uel alicuius potentis. C. e. tit. l. pen. & vlt. quandoq; metus status, vel honoris vel sui ipsius. vel filiorum, & metus stupri. ff. eo. l. si quidem. Item quãdoque non tantum metus, sed suspicio metus excusat ff. locati habitatores. §. vlt. & ff. ad l. Aquil. item si quis fumo. §. vlt. quandoq; metus mortis, aut cruciatus corporis tantum excusare uidetur, ut hic. & C. de transact. interpositas. Vnde videtur relinquendum arbitrio iudicis, an verba vel minæ, vel potentia hominis sit iusta causa metus, ut ff. ex quibus caus. maio. l. 3.

l. 2. & arg. ff. eod. non est verisimile. Item subuenitur metum passo, per hoc edictum, quod in eius causa. tunc tantum, quando metus cadit in constantem virum. ff. eo. metus. & ȷ. de spon. veniens. Sed. vbi quis minorē metum passus est, 1 videlicet per impressionē siue potentiam iudicis, vel dolo alterius quis vendit res suas: tūc subuenit ei iudicis officio. ff. eo. non est verisimile. §. fin. vel per constitutionem principum. C. eo. l. pe. & vlt. & ff. de offic. præsi. illicitas. vel per responsa prudentum, siue interpretationē prudētum. ff. de var. & extraor. cog. medicus. iudex vero alicui nō dicitur inferre metū. ff. e. l. 2. sed iniuriam facere potest, vt ibi. ff. ad l. Aquil. quemadmodum. §. magistratus. & ȷ. de empt. & ven. c. vlt. vbi de hoc. Et not. quod secundum canones, siue vi, siue metu, siue dolo aliquis renunciat rei suę, subuenitur ei cōtra omnem possessionem. 3. q. 1. redintegranda. & q. 2. ca. 2. & ff. de inoff. testa. cum qui. 1. respon. & per episcopum suum potest quis implorare hanc restitutionem.

1 Concord. gl. in l. interpositas. C. de trans. & ibi Bar. & l. metum. ff. quod met. causa.

cumuentionem prędictorum Cistercień. quam ad fatuitatem a eorū debeat retorqueri: Super restitutione petita silentiū eis duximus sn̄aliter imponēdū.

¶ Gregorius nonus.

¶ *Probata violentia per testes, res amissæ probātur per iuramentum. Et super valore rerum amissarum taxatione iudicis præmissa, & secuto petentis iuramento fit condemnatio.*

CAP. VII.

Super eo quòd aduersarius vester se conquerebatur a vobis per violētiā spoliatum, arbitramini cōtra vos fuisse iniuste processū, cum nō nisi proprio iuramento probauerit singula quæ amisit. Verum postquā de violentia per testes b, & de amissis c rebus per ipsius constitit sacramentum, potuit iudex taxatione d ab ipso facta pro personarum e ac negotij qualitate, vos in ęstimatione rerum amissarum iuramento aduersarij declarata, rationabiliter condēnare.

ADDITIO. Quis autem metus excusare possit, patet per hos versus Hostien.

Excusat carcer status, & mors, verbera stuprum:
Excusare metus hos posse puta quia necis.
Stupri siue status verberis atque necis,

ff. eo. ego puto. & l. nec timorem, & l. isti quidem. §. 1. 2. & 3. Item metus substantiæ suæ. ȷ. c. proxi.

[Gl. seq. elicit tria notabilia, & cuique signat vnū contrarium.]

a ¶ Ad fatuitatē.] sic patet quod licet dolus interueniat in huiusmodi spiritualib. non tñ subuenitur dolū passo, licet dolus det cām contractui. simile. 20. q. 3. cōstituit. Idē in matrimonio ȷ. de cōuer. cōiu. ex parte. & ca. veniens. in fi. & c. dudum. quod est contra id. ff. de dolo. & eleganter. in prin. Itē habes hic quod dolus non pponderat culpæ, quod est cōtra id. ff. ad l. Aquil. item Mela. in prī. Item no. quod in spiritualibus nō habet locū in integrum restitutio: quia non videnē decepti, qui meliorem vitam elegerunt. 2. arg. contra. ȷ. ti. proxi. ex litteris. Bernardus.

2 Ibi nō super matrimonio: sed super absentia. restituit qui per alteri' fraudē abfuit.

Super eo.] In prima parte ponitur partis cōquestio. In secunda Papæ responsio: ibi, Verum. & est notabilis casus. Abbas.

CASVS. Quidam dicebat se spoliatum à quibusdā aduersarijs suis per violentiam, conuenit illos in iudicio lite non contestata: probauit solummodo per proprium iuramentum singula quæ amiserat, sed de violentia sibi illata probauit per testes, & sic codemnati fuerāt, quia iuramento illius credi non debuit. Dicit Papa quod iniuste conqueruntur, quia postquam de violentia constitit per testes, & de rebus amissis per iuramentum ipsius, bene potuit iudex taxatione præmissa, cōdemnare illos in æstimatione rerum amissarum, declarata per iuramentum actoris, considerata personarum ac negotij qualitate. Nota quod in casu isto cum quis dicit se spoliatum per violētiam, illam debet probare per testes de rebus amissis per iuramentum proprium: iudex tamen primo considerabit qualitatem personæ, an sit talis vt contra ipsam non præsumatur quod propter hoc deieraret: & quantitatem rerum amissarum.

[Gl. seq. ponit differentiā circa interesse, &c. secundo cui parti rubricæ adaptetur cap. tertio quærit opponendo, & dupliciter respondet.]

b ¶ Per testes.] sufficit enim probare per testes in iudicio violentiam sibi illatam, & super rebus amissis stabitur iuramento ipsius: sicut hoc totum hī. C. vnde vi. si qñ. totum tenorē illi' legis hic hēs. Et sic interesse quod surgit ex maleficio, probatur per iusiurandum. sic. 2. q. 1. in primis. secus est si surgit ex cōtractu: quia tunc per testes probandum est, Instit. de verb. ob. §. non solu. ff. de [illegible] in emptione. & ff. de edē argētarius § [illegible] quod hic dicit [illegible] pertinet [illegible] ad actione quod [illegible] ad interdictum vnde vi [illegible] vi bonorū raptorū. vnde lex illa vnde hoc sumptū est, ponit C. vnde vi. si qñ. [illegible] ad illam partē tituli, vbi dicit de his quæ vi [illegible] pręcedentes [illegible] pertinet ad illam parte quæ dicit, [illegible] Et [illegible] quod metus ca. sufficit probare metum fuisse sibi illatum, quamuis [illegible] conuenitur [illegible] e. [illegible] exceptione. §. in hac. [illegible] quæ sunt causa [illegible] iuramento illius qui vim passus est, cum iuramentum [illegible] bono [illegible] quia habet vnū [illegible] & c. vt [illegible] de proc. ex institutione. & ȷ. de iureiu. c. vlt. & C. de re. cred. in bone [illegible] Ratio illa prima [illegible] propter difficultatem probandi singula vtēsilia. & huiusmodi minuta, quæ de facili probari non possent. & ideo indultum est in fauorem spoliati. & in odiū violenti, & hoc idē dicitur 2 q. 1. in primis. 3. Et pterea ideo stat iuramento actoris, quia habet optimam præsumptionem s. violētiam illatam sibi ab illo quem conuenit: quam dēt per testes probare, vt hic dicit. & in pdicta l. si quando. Et sic iuramento stat in expensis restituendis: quia & ibi similiter difficile esset hoc probare, C. de iud. l. sancimus.

Interesse qualiter probetur cū ex maleficio, aut cum ex cōtractu ori.

† Iste textus reputat sin. per Abbatem hic. & Brixi. i suo dictionario i versicu. æstimatio.

3 Concord. text. in l. si qñ. C. vnde vi. & in l. in re furtiua. ff. de condi. fur.

c ¶ Amissis.] tempore uiolentiæ, uel damno dato. ut in prædicta l. si quando. & c. in primis.

d ¶ Taxatione.] ultra quam, scilicet taxationem nō iurabit, ut prædicta l. si quando. sic sup. de procu. constitutis. & 3. q. 3. c. induciæ. §. quod fieri non debet. & illū. §. habes. C. de dilatio. auth. quod fieri, & in aut. de exhiben. & introdu. reis §. quoniam mox col. p. & secundum quod iuratum est, debet condemnare, ut l. si quando & non minus. in authē. de iudi. §. oportet 4. coll. 6.

4 Vide l. qui iussit. ff. de re iud.

e ¶ Pro personarum.] psona ergo respicienda est an honesta fuerit, utrum sit pauper uel diues. arg. op. ff. de legi. tu. legitimos. arg. ȷ. de off. deleg. sane. & c. pastoralis. 1. respon. & 1. q. ult. quisquis. qualitas etiā negotij consideranda e. t. simile ȷ. de appel. cum sit Romana. & ff. de tu. nonnunquam, & ȷ. de iureiur. c. vlt. in fi. & C. unde ui. si quando. Ber.

DE IN INTEGRVM RESTITVTIONE.

¶ Supra visum est de quadā restōne spāli, q̄.s. dat occasione metus: sed qa q̄dā restitutio ḡnalis, p q̄ subueni tur ecclesijs & minorib. iure spāl: maiorib. vero ex clā generali, iusta.s. causa suggerēte: merito post rubricam præcedentem, subiicitur ista, in qua tractatur generaliter de restitutione in integrum. Et dic quod restituere ī integrum est idē q̄ in pristinum statū reponere. 2 q. 3. in fi. & in l. 1. C. d̄ sen pat. Abb. Sic.

De hac materia tractatur 35. q. 9. & 7. q. 1. & 2. per totum.



Equisiuit.] Cō tra ɔtractū aliàs legitime celebratū restituitur ecclesia, si manifeste apparet ipsius detrimentum. h.d. Communis diuisio. Secunda, ibi, Noueris. Abbas.

TITVLVS XLI.

De in integrum restitutione.

¶ Alexan. iij. Alphaneñ. episcopo:

¶ Si in contractu venditionis vel locationis ecclesia fuit enormiter læsa, potest aduersus talem contractum petere restitutionem in integrum; emptor tamen siue conductor non debet fraudari in pretio suo, uel in sumptibus per eum factis.



CAP. I.

Equisiuit † tua fraternitas, quid agendum sit d̄ possessionibus laicis, sub modico censu [a] concessis. Noueris itaque, quod si ecclesia læsa est, & manifeste apparet detrimētum [b] ipsius (cum episcopo eiusdem ecclesiç conditionē facere deteriorem nō liceat, [c] & ecclesia iure minoris [d] debeat semper illæsa seruari) quæ in damnum eius data constiterit, [e] ad ipsius conuenit ius ꝓprietatē que redire. [f] Prouidē dum est tamen, ne si forte coloni possessiones illas, expensis ac labore suo reddiderint meliores, sumptibus quos bona fide fecerunt, debeant defraudari. [g]

† Post conci. Late. par. 29. c. 7. & c. 1. eo. ti. in 1. compi.

CASVS. Ecclesia quasdā possessiones alienauit pro modica pecunia, quibusdam laicis seruata forma alienationis: quærebatur q̄d agendum sit huic ecclesię? Rñdet Papa, si ecclesia læsa est, & manifeste apparet detrimentum ipsius, siue ēt probari possit: quia ecclesia fungitur iure minoris, & semper dēt illesa seruari, quia taliter alienata sunt, ad ꝓprietatem ecclesię dēnt redire: cum nō licuerit epo conditionem ecclesię facere deteriorē, ita tñ q̄ si emptores possessiones illas fecerint suis expensis meliores, non debent defraudari sumptib. bona fide factis. No. q̄ q̄ñcunq; læditur ecclesiā enormiter, debet restitui sicut minor.

[Gl. seq. ponit duas lecturas.

¶ Sub modico censu.] i. ꝓ modica pecunia distracta: & sic non contradicit littera sequens, vbi dicit, ad ius & ꝓprietatē cōuenit redire, &c. & q̄d dicit in fine, coloni, i. emptores colentes ipsas possessiones. vel pōt intelligi q̄d verba proprie ponant, ut d̄ vtroq; ɔtractu intelligatur, ut si ecclesia lædat in contractu locationis: puta quia ad longum tempus locauit rem aliquam ꝓ certa pensione, in qua læsa est 1 ecclesia, siue in contractu venditionis.

b ¶ Detrimentum.] magnum. s. nam pro modica cā non datur restitutio. ff. de mino. si ex causa iudicati. j. rñ. in fi. & ff. de in integ. rest. l. scio. illud. de re. ecclesi. non alie. c. pen.

c ¶ Non liceat.] j. de don. fraternitatem. melius est. n. intacta ecclesiæ intacta seruari, q̄ post vulneratam causā remedium quærere, C. in qui cau. in integ. rest. non est necessaria l. vlt.

[Gl. seq. recitetur p q. an post quadriennium restituatur ecclesia, & ponit opi. quā approbat, ponit etiā contrariam.]

d ¶ Iure minoris.] sic est j. eo. c. auditis. vbi de hoc. & fungitur iure reipublicæ, 22. q. 4. quid ergo. & dic iure minoris factæ maioris. & comparatur minori in hoc, quia sicut mi. o. postquam excessit xxv. an. petit restitui vsque ad quadriennium de his, in quibus læsus fuit j. xxv. annos. sic & ecclesia tantum vsq; ad quadriennium petit restitui vbicunq; læditur, à tempore læsionis computandum. Et quod dicit, semper dēt illæsa seruari; illud, semper, non notat tempus circa eūdem contractum, vel circa eandem læsionem, ut de eodem contractu, vel de eadem læsiune semper in perpetuum possit ecclesia restitui, absurdum istud videtur, & est contra id quod legitur C. de temp. in integ. restitu. l. vl. vbi dt quod omnis restitutio j. quadriennium debet terminari, sed sic dēt intelligi illud, semp, i. quotiescunq; lædit̄ illa ecclesia, debet petere restitutionē sup illa læsione vsque ad quadriennium, & ita si millies læderetur, millies potest restitui, 2 & ita semper est minor, quia semper restituitur, & restituet̄ quamdiu durabit. in his i quibus læditur, & sic reuera fungitur iure minoris, & hęc est communis opinio. Alij dixerunt vt Alanus, & G. Naso cum eo, q̄ in infinitum possit ecclesia restitui super eo contractu in quo læsa est, nec currit ei illud quadriennium. arg. j. eo. tñ ex litteris. & inhærent superficiei istius verbi semper, & male. & dic semper, id est, in omni contractu, siue quandocunq; læditur, vt dictum est.

e ¶ Constiterint.] in iudicio præsentib partibus. j. e. cum ex litteris. vel per contumaciam absentibus. ff. de mino. in causę. §. causa. & l. etiam §. vlt. & j. d reb. eccle non alie. c. penul. & C. si aduersus dotem. l. unica & ff. de adop. l. nam ita. & in authen. vt spon. largit. §. ad hoc. collat. 9. de hoc dictum est supra d̄ offic. iud. c. vlt.

f ¶ Redire.] & sic patet quod contractus fuit alienationis, non locationis. ut dixi in princ. & alienatio tenuit. Vnde auxilium restitutionis necessariū fuit: qa tunc demum datur, cum alia actio non superest. ff. de mino. l. in causæ. in prin. & s. eo. off. iud. c. 2. Vnde no. quod si alienatio rei ecclesiasticæ facta est in casu licito sicut dēt, & traditur 10. q. 2. hoc ius. & 12. q. 2. sine exceptione bene tenet contractus: & si læsa sit in contractu illo, non subuenit̄ ei, nisi p beneficium restitutionis, nisi esset decepta vltra dimidium iusti pretij: 3 quia tunc iure communi iuuatur. j. de empt. & vendi. cum dilectus. & c. cum causa. & C. de rescin. vend. l. 2. Si uero alienatio non sit facta p̄dicto modo, s. cum consensu capituli, & meliorationib. inspectis, nullus est, cōtractus ipso iure. 3 12. q. 2. sine exceptione. & c. Apostolicos. & c. alienationes. & prædicta decre. cum dilecti. & agitur tunc iure communi contra possessorem, arg. C. de sacrosan. eccle. l. iubemus. & C. si aduer. dona. l. 2.

g ¶ Defraudari.] sicut. n. ecclesia in d̄amno morari nō dēt; ita nec in lucro. ex vtraq; parte fieri dēt restitutio. C. de repu. l. unica. 4 ff. de mino. l. q̄ si minor. § restituit o. & l. intra utile. in fi.

† Nec tenetur exprimere an dolo aduersarij, an sui facilitate sit læsa. de hoc & an plures causas possit exprimere, vel vna expressa alteram prosequi: vide in Spe. 2. parte, eo. ti. §. qualiter. i prin. Io. And.

2 Adde q̄ idē priuilegiū hēnt hospitalia, qđ ecclesia: ergo &c. text. est singu. in l. oia. C. de episc. & cle.

3 Ita gl. est singu. secundum doctores hic.

4 Qui in integrum restituitur: sicut in damno morari non debet, ita nec in lucro. Io. And.

Cum

Cum venissent.] Prima pars ponit comparitionem partium. & dationem auditorum. Secunda: ibi, Coram.allegationem episcopi. Tertia: ibi, Ad hoc allegationem monasterij. Quarta. ibi, Nos igitur. interloquitur. Abb. Sic.

CASVS. Vacante monasterio Rothoñ. monachi elegerunt quẽdam in abbatem, episcopus Veneteñ. opposuit se cõtra istam electionẽ: pp quod electus ipse & qdã monachi Rothoñ. & magister A. pro episcopo Veneteñ. ad sedem Aposto. accesserunt: datus fuit qdã Cardinalis auditor: corã quo prædictus magister A. ex parte epi proposuit, quod cũ monasteriũ prædictum situm sit in diœcesi Veneteñ. & ecclesiæ Veneteñ. sub iectũ. dictus eps possessione subiectionis, & iure eligẽdi abbatem, vsus est hactenus quiete ac pacifice. tandem occasione cuiusdam electionis, quæ facta fuerat ibidem de cõi consensu partiũ litteræ impetratæ fuerat ad episcopum Veneteñ. & collegas ipsius quorũ duo ad monasteriũ accesserunt. Intrusus eorũ aduentũ intelligens, renunciauit electioni huiusmodi. & de monasterio recessit: iudices præceperunt monachis, vt syndicum facerent, qui in causis monasterij responderet, inhibentes eisdem ne aliquẽ eligerent in abbatem, donec cognosceret de iure, quod eps dicebat se habere in electione abbatis: monachi fecerunt procuratorem ad mãdatum iudicum, tñ abbatem contra eorum præceptum elegerunt: cuius electionem eps petijt infirmari. & se restitui ad possessionẽ vel quasi, qua eũ monachi spoliarant: iudices diffinitiuam sniam pro epo protulerunt, cassantes electionem prędictam, quam sniam petebat procurator epi confirmari. Ad hoc fuit ex aduerso rñsum, quod coram prædictis iudicib. per procuratorem monasterij propositum fuit, quod monasterium ipsum nullo medio ad Romanam ecclesiam pertinebat: iudices tamen contra monachos nimis animose cœperunt procedere, & quod monasterium non fuerat defensum nec priuilegia libertatis fuerat exhibita coram eis, quæ priuilegia exhibuit coram auditore. Vnde petebat procurator monasterij per beneficium restitutionis se admitti contra prædictam sententiam, & priuilegia libertatis inspici. Dominus Papa inspectis priuilegiis, quæ declarabant monasterium ad ius & proprietatem Romanæ ecclesiæ pertinere, intelligens quod licet procurator monasterij priuilegia coram primis iudicibus exhibere negligenter omiserit, tamen ipse fuit protestatus tã ius monasterij quã Romanæ ecclesię, videlicet quod monasteriũ ad Romanã ecclesiam nullo medio pertinebat, vnde Papa restituit monasterium Rothoñ. ad audientiam, ne procuratoris negligẽtia in damnum monasterij redundaret; tamen electionem prædictam à monachis factam, nec confirmandã pendente controuersia ex qua pendet, nec infirmãdam duxit. No. quod ecclesia pp neglıgẽtiam procuratoris restituitur. Item pendente principali qõne iuris eligendi, non dẽt electio confirmari. Item protestatio prodest.

† Cap. i. eo. tit. in 3. com pil.

¶ Innoc. tertius sancti Gregorij, & sancti Sergij abbati [illegible]us.

¶ *Restituitur ecclesia læsa propter negligentiam procuratoris, qui iura ecclesiæ non produxit.*

CAP. II.

Cum † venissẽt ad Apostolicam sedem elect⁹ & monachi Rothoñ. pro se ac pro monasterio suo, & magister A. pro episcopo Venet. eis sancti Georgij diaconum Cardinalẽ dedimus auditorem ¶ Coram quo idem magister pro episcopi parte proposuit, quod cum monasterium Rothoñ. esset sitũ in diœcesi Veneteñ: & ecclesiæ Veneteñ. subiectum, prædictus episcopus possessione[a] subiectionis[b] vsus est hacten⁹ incõcusse: sed cũ occasione cuiusdã electionis, quæ ibidem facta fuerat,[c] partes de cõmuni assensu ad Nateñ. † episcopum, & eius collegas cõmissionis litteras ipetrassent, duo eorum[d] ad monasterium accesserũt; quorum aduentum intrusus præsentiens, renunciauit[e] huiusmodi electioni, & se a monasterio absentauit; Sed iudices authoritate Apostolica monachis iniũxerũt, ut syndicũ vel procuratorẽ[f] eligerẽt, qui in causis monasterij & consulte ageret, & vtiliter responderet; districtius inhibentes[g] eisdem, ne aliquẽ eligerent in abbatem, donec plenius cognosceretur de iure, quod episcopus se habere in abbatis electione dicebat. Monachi vero & si procuratorem † ad mãdatũ iudicum elegissent; abbatem tamen contra inhibitionem eorum eligere præsumpserunt;[h] cuius electionem

† Veneteñ. Nauteñ.

a ¶ Possessione.] vel quasi possessione: quia incorporalia nõ possidentur, sed quasi possidentur. ff. de vsuca. l. sequitur. §. si viam.

b ¶ Subiectionis.] & possessione iuris eligendi abbatem.

c ¶ Fuerat.] per monachos. & ita spoliauerunt epm possessione eligendi.

d ¶ Duo eorũ.] tertio eis cõmittẽte vices suas, vel se excusante, 1 aliàs nihil fecissent. s. de of. dele. prudentiã. i. in. & c. cũ cãm. & c. cãm matrimonij. in antiqua tamen contrarium allegabatur.

1 Et hoc vbi in rescripto erat clausula, si nõ omnes per iura hic alle. Io. And.

e ¶ Renunciauit.] añ cõfirmationẽ sufficit renunciatio facta eis qui elegerunt.

[Gl. seq. obijcit & soluit.

f ¶ Procuratorem.] & sic vr̃ quod collegiũ possit constituere procuratorem sine consensu prælati, etiã vacante ecclesia, pro causis monasterij, contra id quod est [illegible] de [illegible] quę. & inf. ne sede vacante p totum. Sic intellige quod dicit hic, eligunt procuratorem vel syndicum vacante ecclesia, vt de facto sine electione ipsa plati agatur, de qua erat contentio inter episcopum & conuentum quæ aliter tractari non poterat, & ad hanc causam tñ constituit, non ad alias, quæ tractari non possent 2 vacante ecclesia, per iura prædicta.

† In nõnullis manuscr. ita: & si procuratorem vel syndicum, ad mandatum, &c.

[Gl. seq. remittetur per quæstionem, & solut. cui solutioni signat contrarium, & remittit.

g ¶ Inhibentes.] non videtur quod ipsi potuerint inhibere, cum monachi essent in quasi possessione eligẽdi, alium eligendo qui renunciauit, & sic vsq; ad sniã tuendi erant in possessione. 16. q. 4. volumus. & 12. q. 5. c. 1. & inf. vt lit. pendent. per totum. Vnde Papa hic in fi. non cassat electionem factam post inhibitionẽ illam. argum. ad hoc. 11. q. 1. quia res in litigio. & C. de proba. l. 2. Argumen. contra. ff. de peti. hæred. l. diuus. vbi prohibetur possessori aliquid detrahere de bonis hæreditatis, nisi præstita satisdatione de restitutione, sed hoc soluitur in fine notulæ, quæ incipit, sed nonne.

2 Ad hoc s. de cõsue. cũ dilectus. sed videretur quod hoc casu constituendus ẽ actor de cõsensu archiepiscopi. arg. Insti. de aucto. tuto. § fin. sed his subtilitatib. secundum canones non est locus. arg. inf. de iud. c. dilecti, secundum Hostien. Io. An.

h ¶ Præsumpserunt.] ex hoc verbo videtur quod non debuerant eligere post prohibitionem. sed licet non debuerant, facta tamen electio non cassabitur, quousque cognoscatur de iure eligendi, vt dicit in fin.

a ¶ Spolia-

a ¶ Spoliarant.] & ius eligendi abbatem ad episcopum decreto pertinere: quia ad ipsum pertinebat ius eligendi.
b ¶ Inspectis priuilegijs.] huiusmodi inspectio iure debuit suspendere confirmationem sententiæ late ꝑ episcopo. arg. ͯ. de te st.. veniens. & ͯ. de re iud. cum super.
[Gl. seq. arg. de ꝑ testatione. alle. 4. iur. alle. vnum in contrarium, & remittit. & soluit.
SAne si episcopi inter quos causa versat, sint diuersarum prouinciarũ: illi Primas[g] det iudices, in cuius prouincia[h] est locus, de quo contenditur.

SAne si.] Episcopus ratione rei conuenitur coram archiepiscopo in cuius prouincia res sita e t. hoc dicit magis specifice. Abb. Sicu.

CASVS. Si duo epi diuersarũ prouinciarũ super aliqua possessione uel loco adinuicẽ cõtendant; ille primas, uel patriarcha, uel archieps, in cuius iurisdictione est locus de quo contenditur, cognoscat, uel det iudices q̃ causã dirimãt. No. ꝙ rõne rei sortit qs forũ.

g ¶ Primas.] & hoc intellige cum ipse non potest si uel non uult per se ipsum cognoscere.

h ¶ Prouincia.] sic patet ꝙ sub illo iudice agere debet actor in cuius prouincia res est litigiosa, ut ex ipsa re sortiatur forum. ̅ẽ. de censi formi. §. si uero. & ̅ẽ. eo. c. ult. & 11. q. 1. experientiæ. & C. ubi in rem act. 1. 1. or. & C. de prædi. mi. no. si prædium. & C. de præscri. lõg. temp. l. ult.

i Vel remotus est a partibus, ultra duas dietas, tunc dabit iudices pro pinquiores: nisi ipse lianturex iusta causa ... quia subditi suffraganeo ra ... nolunt recipere ̅s. de ... fi. ord. pastoralis. secundi Vin. Io. An.

ij SI quis contra.] Coram suo epo cõueniendus est clericus, qui si recu atur dabit delegatum parti bus non suspectũ, sic solet cõiter summari. Sed Pano. summat aliter ꝯsiderata potius mẽte legis, q̃ cortice. Eps, si recusatiõe ꝯtra eũ ꝓposita ad arbitros venire ñ vult, ẽt potest partiũ nõ req̃sito consensu causam principalem alicui non suspecto cõmittere, cuius sententiam executioni mandabit. Et ẽm intellectũ meliorẽ diuiditur, quia primo prouidet qñ iudex vt suspectus recusatur a reo. Secundo qñ delegatus in locũ recusati recusatur ab actore: ibi, Aut si. Tertio ꝓuidet circa executionem: ibi, A quibus. Abb. Sicu.

¶ Greg † Bonifacio defensori Corsicę.

¶ *Episcopus vt suspectus recusatus, de cuius suspicione notorie constat, potest dare delegatum partib. non suspectum: cuius sententiam poterit per se executioni mãdare.*

† Gregorius lib. 9. epistola. 74. registri.

CAP. IIII.

ij SI † quis contra clericum causam habuerit, episcopũ ipsius adeat: qui si ut suspectus[i] fuerit recusatus, executor[k] ab eo deputetur. Aut si hoc actor[l] refugerit, ab eodẽ episcopo e[...] deputandus qui partes sibi mutuo cõsensu iudices cõpellat eligere: A quibus quicquid per episcopum executioni mandatur lege seruata.

CASVS. Dicitur hic, ꝙ si aliquis cãm habuerit cõtra clericũ, coram epo suo eũ cõueniat: & si eps tã quã suspectus fuerit recusatus, cõmittat alij causam ipsam, sed si actor recusauerit illum, cui eps causam cõmisit, eps det aliquẽ, q partes cõpellat ut cõcorditer iudices eligãt, ne possint postea recusare, & idẽ esset si reus recusaret illũ executorem: & quod per illos fuerit d finitũ, per episcopum executioni mandatur lege seruata. No. ꝙ ordinarius potest recusari. Item delegatus epi suam sniam non potest executioni mandare: ut hic colligitur, contrarium notaui in gl. in hoc c. signata.

† Cap. 5. eo. tit. in 1. compilat.

i ¶ Vt suspectus. quid tenendum sit cũ iudex ordinarius recusatur ut suspectus. plene dr̃. ̅ẽ. de appell. cum speciali. q̃ ut hanc decre. interpretari. & illi stãdũ est.

[Gl. seq. post principium q̃rit ad quẽ appelletur, &c.

K ¶ Executor.] id est, delegatus: quia ordinarius cum fuerit recusatus, debet causam committere personæ neutri parti suspectæ, ut dicit constitutio illa ̅ẽ. de appell. cũ speciali. & 2. q. 6. placuit 2. & 11. q. 1. peruenit. Sed si appellet a tali delegato, ad quem appellabitur? potest dici ꝙ ad Papã, cũ ad ordinariũ recusatum non uideatur appellandum, nec ad metropolitanũ omisso medio: quia talis appellatio non tenet ̅ẽ. de app. dilecti. sed satis posset appellari ad epm, non obstãte tali recusatione: non ꝙ ipse cognoscat, sed ut alij personæ nõ suspectæ cõmittat. arg. cõtra. c. prædicto, placuit 2.

l ¶ Actor.] supra dixit quod reus potest recusare ordinarium, & actor similiter, ut hic dicit: & tunc eps cõmittit alicui, quod compellat partes eligere iudices super cã, quibus episcopus cõmittet causam, hoc ipse met facere posset: sed causa vitandæ suspicionis hoc dictum est. Et idẽ iuris credo esse siue reus, siue actor recusauerit ordinarium, & est simile huic 11. q. 1. peruenit. Vel sic pôt intelligi quod dicit: si hoc actor, & c. id est, si actor recusauerit istum executorem ab episcopo datum, tunc episcopus debet aliquem eligere, qui compellat partes vt in alium conueniant, ne postea ipsum ualeant recusare ̅s. de offic. dele. per nostram. §. 1. idẽ esset si reus recusaret istum executorẽ.

a ¶ Ipsius

a ¶ Ipsius solicitudine.] hoc ideo dicit: qa delegatus ob ordinario non potest suã sententiam executioni dem andare, sed ille ordinarius illam debet exequi. ff. de re iudi. à diuo Pio. 2. respõso. nec potest possessionem dare. ff. de iurisd. omn. iudic. iubere. Sed non credo illam subtilitatem seruandã, quinpossit exequi suam sententiam: quia ex quo causa sibi comittitur, intelligunt sibi omnia esse commissa, quæ ad causam ipsam spectare noscuntur: & sine quibus causa expediri non põt. š. de offi. deleg. præterea. &c. suspicionis. & lex illa, à diuo Pio. & hæ decre. non prohibent hoc, licet dicatur in eis ꝙ ordinarius hãc sententiam exequatur: & hoc etiam notauit Ioã. 2. q. 6. quisqs. Sed si velles hoc seruare, posset dici ꝙ hoc habet locum cum ordinarius est pñsens, sed eo absente delegatus vel officialis eius exequat sñias suas, alias pernitiosum esset hanc subtilitatem seruare Ber.

† Post concilium Lateranñ. part. 8. ca. 7. & c. 7. eo. tit. in 1. compila.

fuerit diffinitum, ipsius solicitudine, a (seruata lege b) modis omnibus cõpleatur.

¶ Alexander tertius. †

¶ *Super re ecclesiæ vel clerici potest laicus coram ecclesiastico iudice conueniri, sed si probabiliter negat rem esse ecclesiæ vel clerici, ad iurisdictionem ecclesiasticam declinandam conuenitur coram suo iudice.*

CAP. V.

SI clericus laicum de rebus suis, vel ecclesiæ impetierit, & laicus res ipsas non ecclesiæ aut clerici, sed suas proprias asseuerat: † debet de rigore iuris ad forensem iudicem trahi: Cum † actor forum rei c sequi debeat. Licet in plerisque partibus aliter de consuetudine d habeatur.

† asserat

† In aliquot antiquis ita cũ actor sẽper forũ rei seq. debeat

¶ Idem.

¶ *Si quæstio feudalis est in*

b ¶ Seruata lege.] quæ loquitur de tempore executionis sententiæ, quæ facienda est in personali actio ne post quatuor mẽses. C. de vsur. rei iudica. l. vlt. & ff. de re iudi. l. 2. & 3. §. si qs. Bernardus.

SI clericus laicũ.] Laicus à quo clericus vel ecclesia rẽ vendicat: debet corã iudice laicos conueniri. Sic communiter summatur primo ponit dictum. Secundo rationem dicti: ibi, cũ actor. Tertio localem contrariam consuetudinem. ibi Licet. Abb. Sic.

1 Et š. de of delegati. q̃reti. vbi de hoc.

CASVS. Si clericus conueniat laicum de rebus suis vel ecclesiæ. & laicus dicat res illas suas, tũc actor forum rei sequatur. licet de consuetudine alicubi aliter obseruetur. Nota regulam generalem. actorem forũ rei sequi debere: in quibusdam partibus aliter d consuetudine seruatur.

c ¶ Actor forum rei, &c.] hæc regula generalis est ĩ. eod. c. cum sit. & 11. q. 1. experientiæ. & seq. & 3. q. 6. c. 2. & c. neminem. & C. de iurisd. om. iud. in criminali. & C. vbi in rem actio. l. vltima. ff. de alienatione iud. mu. causa facta. qu.a [illegible] in prin. & in Authen. vt cle. apud proprios episcopos. coll. 6. facit hæc regula ĩ. casibus notatis. ĩ. e. [illegible] c. licet. &c. ex te. nore.

2 Sed est seruanda; quia fa[illegible]orabilis. [illegible] dis. 1. his Fm Petr. & Abb. Io. An.

d ¶ De consuetudine. talis consuetudo [illegible] ra prædicta est, 2 sed introducta est propter [illegible]tiam laicorum in exhibenda clericis iustitia. ĩ. [illegible] sit generale. ex cap. licet. & e. ex tenore. sed Papa siue sint negligentes, siue non, quotidie concedit litteras clericis contra laicos super quacunque quæstione: & ita assumit sibi iurisdictionem aliorum, contra id quod dicit. š. tit. proxi. noui in prin.

EX transmissa nobis.] Quæstio feudi. debet p dñm terminari: q si negligit, ecclesiasticus iudex alias superior eius hoc faciet, ita communiter sum matur, vel summa sic, secũdum alium intellectũ: Quæstio feudi debet terminari per dñm feudi immediatum. & hæc lectu. incidit cum prima, sed est magis clara, & not. Et primo ponit partis conquestio. Secundo: ibi, per dominum. Papæ prouisio. Abb. Sic.

ter clericum & laicum, cognoscet dominus feudi, sed eo negligente cognoscet delegatus Papa, etiam ante negligentiam datus hoc dicit, secundum lecturam glo.

CAP. VI.

EX † transmissa nobis insinuatione B. C. & Vv. militum ecclesiæ tuę, intelleximus, quod cum R. e de Cassauille eos super quadam possessione coram Treceñ. episcopo traxisset in causam, nobilis vir de Campis eorum dominus, f sub debito fidelitatis eis inhibuit, ne de sæculari feudo in iudicio ecclesiastico responderent g, & infra. ¶ Per dominum feudi causam iubeas terminari. † Et si ipse malitiose distulerit, h tu ei debitũ finẽ iponas.

† post concil. Latera. Par. 46. c. 5. & ca. 2. eo. ti. in 2. compila.

† Vice l. 1. §. post opis. ff. d no. ope. nun. & Cy. in l. si q. ex cõsensu. C. de epis. aud.

Idem.

¶ *Per dominum feudi sæcularem siue ecclesiasticũ quæstio feudalis terminari debet etiam si vasalli sint clerici, & si plures præsendantur*

CASVS. Quidam nomine R. de Cassauille coram Treceñ. epo. traxit ĩ causam B. C. & Vv. milites. cuiusdã epi sup quadam possessione. quidam nobilis vir de Campis eorum dñs, sub debito fidelitatis eis inhibuit, ne d sæculari feudo in ecclesiastico iudicio responderent, cũ paratus esset eidẽ R. iustitiam exhibere: episcopus Treceñ. eos reputans contumaces, tulit ex cõmunicationis sententiam in eosdem, propter quod milites coquesti sunt domino Papæ. Vnde mandat episcopo istorũ militum, ꝙ ipse causam illam iubeat p dñm feudi terminari: & si ipse malitiose distulerit, episcopus idem causam ipsam terminare, peu[illegible]ret. No. causã feudi per dominum ipsius feudi terminari. Item propter negligentiam seu malitiam amittit quis iurisdictionem.

e ¶ R.] forte clericus erat iste 2. R. quia alias Papa non dedisset ei litteras: quia licet concedat clerico contra laicum, non tamen concedit laico contra laicum, dum tamen habeant alium superiorem, cum consuetudo curiæ sic se habeat, nisi de consuetudine, & sponte se subiiciant iurisdictioni ecclesiæ. sic potest intelligi supra de arb. innotuit. & consimilia & s. ca proxi. in fi.

3 Et ideo desiderabat ibi iudicium e[illegible], Fm Ala. Io. And.

f ¶ Dominus.] quo ad feudum illud [illegible] videtur quod erant milites ecclesiæ vt š. dicitur in littera.

g ¶ Ne in iudicio ecclesiastico responderent.] quod quidem facere potuit cum Papa talem prohibitionẽ admittat [illegible] causa feudi debeat tractari, dicitur š. tit. proxi. cæterum.

h ¶ Distulerit.] & sic per negligentiã iudicis sæcularis iurisdictio, quæ prius erat inefficax apud delegatum, modo est efficax. sic j. eo licet. &c. ex tenore. sic etiã delegatus per negligentiam perdit iurisdictionem, & transfertur ad ordinarium. š. de officio ordinarii. significasti. š. de offi. dele, prudẽtiam §. sexta, in fi. Ber.

VErum.] Dñs feudi siue sit ecclesiasticus siue sæcularis, causam feudalem cognoscit. sic communiter summatur. primo ponitur factum. Secundo statutum, ibi. Statuimus. Abbas Siculus.

CASVS. Vacante quadam ecclesia, mota fuit q̃stio à quodam super quibusdam feudis aduersus præpositum, pertinētibus ad proprietatē vacantis ecclesiæ: dubitabatur. qđ fieri deberet de huiusmodi quæstione. consultus papa statuit, ꝙ ad præsens supersedeatur huic quæstioni, quousque eps fuerit ibi electus & confirmatus: & si feudum illud ad ecclesiā pertineat, epi beneplacito relinquatur sicut iustum fuerit: ꝙ si ad ecclesiam non pertineat, imperiali beneplacito relinquatur. Not. ex hac decretali bonum arg. ꝙ vacante ecclesia iurisdictio episcopi ad capitulum non pertineat. Item causa feudi per ipsius dominum debet expediri.

† Cap. 2. eo. ti. in 2. cõp.

† In codice Barbatiæ ita cõsecratus, vel confirmatus, de feudis, &c.

† Cap 4. eo. tit. in 2. copila.

[Gl. sequ. reddit duplicem rationem, quare differtur quæstio in tempus fieri.]

a ¶ Quæstio mota fuit.] vacante ecclesia, vnde non erat q de illa q̃stione posset cognoscere, nec domini, non potest vnus cognoscere, maxime alio absente, an feudum ad eum pertineat. hoc dicit secundum lectu*ram magis notabilem*.

CAP. VII.

VErũ tq̃m de quibusdã feudis, aduersus p̃positum q̃stio mota fuit:[a] Statuimus, vt ex quo episcopus fuerit i ecclesia cõsecratus,[b] † de feudis [c] ipsis, sub suo iudicio cognoscatur, si ad ecclesiasticam cognitionem [d] pertineát: alioquin [e] imperiali bene placito, sicut iustũ fuerit, relinquatur.

¶ Lucius tertius.

¶ *Malefactores ecclesiarum in vtroque foro conueniri possunt.*

CAP. VIII.

CVm † sit generale vt actor forũ rei [f] sequatur: & infra. ¶ Verum quo niam sæculares iudices in exhibenda iustitia personis ecclesiasticis, sæpe i iudicio sunt remissi, g in fauorē ecclesiæ est introductũ, vt malefactores [h] suos, qui sacrilegi sunt cẽsendi, venerabiliũ locorũ rectores, possint sub quo maluerint iudice conuenire. †

¶ Cœlestinus tertius.

¶ *Causa clericorum secundũ iura non secundum consuetudines laicorum terminantur. Vel sic. In loco temporalis iurisdictionis ecclesiæ, causa clericorum sunt secundum ius canonicum terminandæ. h d. secundum glos & vtrumque summarium recipit determinationem.*

CAP. IX.

QVod † clericis: & inf ¶ Mandamus, quatenus in quas causas pecuniarias clerici Parisijs cõmorã

tunc aliquid fieri potest in præiudicium vacantis ecclesiæ. ꝟ. ne se. va. per totum. Vnde præpositus non tenebatur nec debebat respondere de feudo ecclesiæ coram alio iudice. ꝟ. c. proxi. & ꝟ. tit. proxi. ceterum. Et ideo. Papa mandat, ꝙ differatur quæst. illa quousque ecclesia prælatum habuerit.

b ¶ Consecratus.] idem esset si electus esset & confirmatus: quia tunc habet plenā administrationē, quantum ad ea quæ pertinēt ad iurisdictionē. ꝟ. de elect. c. transmissam. arg. ad idē. ꝟ. de transla. inter corporalia

c ¶ De feudis.] supple, cognitio de feudis.

[Gl. seq. reci. per q. quid, si si episcopus feudi dominus negligit, &c.]

d ¶ Cognitionē.] quia forte dicebat ab aduersarijs, ꝙ non erat feudum ecclesiæ, sed potius imperatoris: vnde dicit hic sub conditione, ꝙ si eps esset negligens in quæstione feudi procedere, sæcularis index postea procederet: sicut econuerso. ꝟ. eo. c. proxi. nõ enim cognitio feudi ecclesiastici semper ad iudicium ecclesiæ spectat, vt no ꝟ. tit. proxi. cæterũ. 1 Sed puto vr̃ potius ꝙ secularis index nõ possit supplere negligentiá epi, sed per Papam tunc supplenda est illa negligētia: quia non ad iudicem secularē de hac causa pertinet, etiam si laici sint. arg. ꝟ. de iudi. cęterum.

1 Nec obstat. ꝟ. tit 1. c. qualiter. quod intelligit in actionib. psonalibus nõ feudalibus.

e ¶ Alioquin.] id est, si ad ecclesiam non pertineat.

CVm sit generale.] Primo ponit regulam. Secundo casum exceptũ & triplicem ipsius causam Abbas Siculus.

CASVS. Primo præmittit Papæ regulã generalem, scilicet, ꝙ accusator forum rei sequatur, quia iudices sæculares remissi sunt & negligentes in reddenda iustitia p̃sonis ecclesiasticis: statutum fuit fauore ecclesiæ, vt rectores ecclesiarum malefactores suos qui sacrilegi sunt censendi, possint conuenire sub quo iudice voluerit, ecclesiastico vel seculari No. regula, actor forum rei debet sequi. Item propter negligētiam iudicis sæcularis deuoluit iurisdictio ad ecclesiasticum. Item sacrilegi corā ecclesia sunt cõueniendi, & in electione est prælatorũ sub quo iudice eos velint conuenire.

f ¶ Forum rei.] supra eod. si clericus. & in concor. ibi positis & C. de iuri. d. omn. iud. iuris ordinem.

† Vide l. si qs in hoc genus. & l. placet. C. đ epi. & cle.

g ¶ Remissi.] in quo casu possunt per excommunicatioē cõpelli iustitiam exercere: 3. q. 5. administratores. immo index, qui negligit facere iustitiam, litē facit suam. 23. q. 2. dominus noster & 3. q. 7. qui sine peccato. arg. in auth. vt diffe. iu. § hoc autem cef. e. & C. de appel. si oppellationem. Et si e dolũ, vel gratiā, vel inimicitiam iudicauerit, verā litis æstimationem condemnari debet ff. de iud. si filiusfamil. 2. Ber.

† Cap. 5. eo. ti. in 2. compila.

2 Vide c. cũ æterni. de sē tē. & re iu. lib. 6.

[Gl seq. tractat de pœna & foro sacrilegorum. Secundo ponit quinque crimina ecclesiastica, tertio arguit à contrario.]

h ¶ Malefactores.] id est, raptores rerum ecclesiasticarũ & inuasores. 11. q. 2. ue de viro. Et isti qui sic bona ecclesiarum arripiunt, tamq̃ sacrilegi iudicantur, & pñt excõicari vsque ad condignam satisfactionem. 12. q. 2. nulli liceat ignorare. & c. quicunque. & c. præ dia. & est expressum, ꝟ. eod. ca. conquestus. & quasi homicidæ reputantur. 12. q. 2. qui abstulerit. & quia isti sacrilegium committunt, vt dicunt iura prædicta, coram ecclesiastico iudice sunt trahendi: cum istud crimen sit ecclesiasticum, vt hic dicitur. & hoc sacilegiũ quandoque per iudicem sæcularem punitur. C. de episco. & cler. l. si quis in hoc genus. Item crimen 3 vsurarum ꝟ. de vsu. cũ tu. hæresis, simoniæ, periurij, & adulterij: hæc pertinent ad ecclesiam. & consimilia, & de quocunque peccato, supra de iu. nouit. & hoc quod hic dicit, introductum est in fauorem ecclesiæ. Et quia hoc dicit specialiter de malefactoribus, quod possint conueniri sub quo iudice velint: secus videtur intelligendum de alijs, ꝙ coram suo iudice sint trahēdi, dũmodo ibi possint suam iustitiam consequi, vt dr̃ ꝟ. co. ex transmissa. quia quod de vno con editur de alio prohiberi videtur 25. dist. qualis, cum suis concor. nisi consuetudo contrarium inducat. vt dicitur. ꝟ. eo. si clericus. in si

3 De materia huius gl. vide Bernardinũ Diaz ĩ practi. crim. can. c. 81. 28. 85. 86. 89. & & 106.

QVod clericis.] Diuiditur. qa primo ponitur decisio cõmune tio. in secunda mandatum: ibi, Mandamus. Abb. Sic.

CASVS. Mandat Papa, ꝙ si clerici Parisijs commoran-

tes, habuerit ꝑ aliquos,[a] vel aliqui contra eos, ipsas iure canonico ꝺcidatis. †

¶ Inno. iij. Vercellen. epo.

¶ Laicus laicum super re ciuil: coram iudice ecclesiastico conuenire non potest. nisi in defectu iustitiæ secularis, vel nisi consuetudo id exposcat.

CAP. X.

Licet † ex suscepto. & inf. ¶ Mãdamus; quatenus si quãdo a laicis Vercellen. litteras sup rebus ꝑcipue, q̃ forũ seculare contingunt, a sede Apostolica contigerit impetrari, sublato appellationis obstaculo, decernas auctoritate nostra irritas & inanes, dũmodo Cõsules & Cõmune, de se cõquerentibus in iudicio sæculari, exhibeã[c] iustitiæ complementum,[b] Liceat tamen ipsis, qui suo eisdem Consulibus taliter duxerint contendendum, si se in aliquo senserint prægrauari, ad tuam (sicut hactenus seruatum est) uel ad nostram, si maluerint, † audientiam appellare: hoc ꝑsertim tempore, quo vacante[c] imperio, ad iudicem secularem recurrere nequeunt, qui, a superioribus in sua iustitia opprimuntur. ¶ Si vero Consule. iustitiæ tanquam merito suspecti fuerint recusati, coram arbitris communiter electis ꝺ causa suspicionis agatur: quæ si probata fuerit esse iusta, ad te, uel ad nos[d] pro iustitia recurratur; sicut superius est expressum.

¶ Idem Archidiacono, † & thesaurario Turonen.

¶ Vidua laicum coram iudice ecclesiastico conuenire non potest nisi super causa ecclesiastica, uel in defectum iudicis sæcularis.

CAP. XI.

Ex † tenore litterarum comitis Britãniæ nostris est auribus intimatum, quod cum causam, quæ inter mulierem nobi

---

morantes causas pecuniarias habuerint contra alios. vel alii contra eos, iure canonico decidantur. No. qđ dicitur in ista decretali, speciale est Parisius, & fauore vniuersitatis introductum.

a ¶ Aliquos.] ẽt laicos. & est speciale Parisijs, vbi eps hẽt temporalẽ iurisdictionẽ, & gerit vicẽ comitis: unde & præco bãnũ ibi nunciat noĩe epi & regis. alias laici debent in causis pecuniarijs coram suo iudice cõueniri, nec tractaret ibi causa iure canonico, sed ciuili, vel iure municipali, & sic causæ tractãtur inter clericos & laicos quos conueniũt, uel si cõueniant iure canonico non obstante consuetudine.

† Hinc infertur q̃ statu. laicorũ non ligãt clericos. unde Bar. in l. 1. C. de sum. Trinit.

† Cap. 1. eo. tit. i 3. cõp.

Licet ex suscept.] Diuiditur. primo ponit dictum cũ sua modificatiõe. Scđo: ibi, Liceat, ꝓuidet ꝯ grauamina consulũ. Tertio: ibi, Si vero. prouidet cõtra recusationes ipsorũ. Ab. Siculus.

CASVS. Quidam laici Vercellenses super quæstionibus, q forum ecclesiasticũ non contingunt, litteras impetrabant ꝯtra alios laicos fatigãtes eos laboribus, & expensis, & iurisdictionem consulum Vercellen, eneruantes, cum ipsi parati essent conquerentibus iustitiã exhibere: Vnde cõsules Vercellen. significauerunt hoc domino Papæ, & ipse sup hoc mandat epo Vercellen. quatenus si aliquando a laicis Vercellen. super rebus quę forum sæculare contingunt, litteras contigerit a sede Apostolica impetrari, illas decernat irritas & inanes, dummodo consules, & cõmune Vercellen. de se conquerentibus iustitiam exhibeana; & si aliqui coram consulibus fuerint aggrauati, ad ipsum episcopum sicut hactenus seruatum est, vel ad sedem Apostolicam poterunt appellare, hoc præsertim tempore quo imperio vacante, ad superiorem sæcularem non possunt habere recursum: si vero consules iustitiæ tanquam suspecti fuerint recusati. coram arbitris à partibus electis de causa suspicionis agatur, quæ si probata fuerit: ad ipsum episcopum uel ad papam pro iustitia recurratur. Nota quod litteræ Apostolicæ impetratæ super his q̃ ad forum ecclesiæ non pertinent, sunt in pendenti, nec ꝓceditur per eas quousque sæcularis iudex neglĩgẽs apparuerit ĩ iustitia exhibẽda: & sic propter negligentiã iudicis sæcularis ecclesia se de his intromittere potest. Itẽ uacante imperio ecclesia supplet vicem imperij, & ad eam appellatur vacante imperio. item iudex ordinarius potest recusari: qa isti consules ordinarij sunt, licet contra opinionem legistarum, vt C. de iur. om. iud. l. nemo.

b ¶ Iustitiæ complementum] ergo quousq; ad sñiam peruenit, semper est in pẽdenti an valeat rescriptum. ĩ. c. prox. & s̃. eo. ex transmissa. quandoq; enim rescriptum est in pendenti. s̃. de rescrip. si autem.

[Gl. seq. ad casum quẽ ponit lr̃a, addit 5. casus, quibus. &c.

† voluerint.

c ¶ Vacãte imperio.] iste est ergo unus casus in quo iudex ecclesiasticus potest se immiscere sæculari iurisdictioni, s. cum superior non inuenitur. Alius est, cum iudex sæcularis negligit facere iustitiam, ut hic. versi. dummodo, & c. & ĩ. cap. proxi. & c. 2. arg. 23. q. 5. administratores. Tertius est, cum aliqd ambiguum fuerit & difficile, & inter iudices uariatur. infra qui fil. sint legi. ca. per venerabilem. circa mediũ. Quartus est in omni crimine ecclesiastico, puta. vsura, sacrilegio, & similibus, ut 6. q. 2. c. 1. & 12. q. 2. nulli liceat. & ĩ. de usu. qm̃. Quintus est cum per denunciationem criminis causa defertur ad iudicem ecclesiasticum. s̃. tit. proxi. nouit. Item ratione cõnexitatis, ut in dote. ĩ de donationib. inter uirum & uxorem. de prudentia. ADDITIO. Istos casus cũ multis alijs comprehendit Host. his uersibus.

r Dicit per hoc facere ad q̃õnem. ď duab. quartis. no. ĩ. de test. Raynutius. qđ scilicet in ambiguitate opinionũ legistarũ stetur interp̃tationi canonicæ. Io. An.

† al. archiepiscopo.

† Cap. 2. eo. tit. in 3. compilat.

Hæreticus, simon, seruus periurus, adulter.
Pax priuilegium uiolentus sacri egusque:
Si uacat imperium si n gl git. ambigit an sit
Suspectus iudex, si subdita terra ad usus:
Rusticus & seruus peregrinus feuda uiator:
Si quis pœnitæat miser aut sit causaq; mixta,
Si denunciat ecclesiæ quis iudicat ipsa.

d ¶ Ad te, vel ad nos.] contra. ĩ. de appella. cum speciali. & supra eodem. si quis contra clericum. vbi ordinarius recusatus committit causam. Soluit. Illa continet ius commune: & quod hic dicit. locale est. De recusatione iudicis ordinarii & delegati, & de illis habes infra de appella. secundo requiris. & c. cum speciali.

Ex tenore.] Diuiditur. nam in prima ponitur Comitis conquestio. In secunda Papæ prouisio. Secũda: ibi, Nos igitur. quæ tria facit, reddit causam, super sederi mandat, duos casus excepit, Abb. Sic.

CASVS. Inter nobilem mulierem F. viduam, & I. de Meduano, super hæreditate ipsius mulieris quęstio vertebatur: causa super hoc fuit commissa archiepiscopo & thesaurario Turonensi: Comes Britanniæ sub

cuius iurisdictione pars vtraq; consistit mulieri prædictæ mandauit, vt causam deferret ad ipsum, promittens eidem quod faceret ei iustitiæ plenitudinem exhiberi: & quia iudices nihilominus procedebant in causa, comes hoc significauit dño Papæ: ipse vero considerans ꝙ viduarum taliter debet iustitiã defensare, quod alijs nõ debet iniustitiam facere, mandat eisdem iudicibus, ꝙ nisi talis causa sit quæ ad ecclesiasticum forum pertineat, ei debeant supersedere, dummodo per iudicem secularẽ suam possit iustitiam obtinere: alioquin non obstante ɔtradictiõe ipsius Comitis, causam ipsam præuia ratione terminare procurent. Nota quod proter negligentiam iudicis sæcularis, transfertur iurisdictio ad ecclesiasticũ iudicem. Item causa viduarum principaliter ad forum sæculare pertinet. Item litteræ, quæ ab initio effectũ nõ habẽt, tractu temporis incipiũt habere effectũ.

†Vide l. 1. §. post operis. ff. de nou. oper. nũ. & l. 2. ff. de iu. per Bar.

lem F. & I. de Meduano, super hereditate sua noscitur agitari, uobis cõmiserimus terminandam, ipse comes eidem mulieri, cum tam ipsa, quã prædictus I. esset de foro ipsius, mandauit, ut causam deferrẽt ad ipsum, promittens eidem, quod faceret ei iustitiæ plenitudinem exhiberi:[a]† & inf. ¶ Nos igit at tẽdẽtes, qđ sic sumus uiduis in iustitia[b] debitores, qđ alijs iniustitiam facere nõ debemus: Mandamus, quatenus, nisi sit talis causa, quæ ad ecclesiasticum[c] iudicem pertinere noscatur, ei supersedere curetis: dũmodo per iudicem sæcularem suam possit iustitiam obtinere: alioquin non obstante ipsius contradictione, causam ipsam ratione præuia terminetis.[d]

a ¶ Exhiberi.] & quia iudices nihilominus procedebant in causa, Comes significauit hoc domino papæ.

[Glossa sequens notat causas uiduarum non pertinere, &c.

b ¶ In iustitia.] simile. ỹ. de don. inter vir. & vxo. nup. per hoc patet ꝙ causæ uiduarũ nõ pertinẽt principaliter ad ecclesiasticũ iudicem, licet pertineãt ad ecclesiã quantum ad protectionem, vt 87. dist. c. 1. & 2. immo ad iudicium seculare spectãt 1 primo causæ uiduatũ, pupillorum, & orphanorum, 23. q. 5. regũ. & in q. 3. ab imperatoribus. & C. qñ imper. inter pup. l. vnica. secundario quarũ ad defensionẽ ad ecclesiãspectẽt. 23. q. 5. administratores. & ỹ. de censi. licet. & causa uiduarũ & aliarũ miserabiliũ psonarũ spectat ad ecclesiã ubi agiẽ de iniuria, siue de uiolentia eis illata. 24. q. 1. si qs de petẽtibus. Et sic intellige ỹ. eo. ex parte. ubi Papa ɔmitti causam uiduæ sup uiolentia irrogata. & sic põt intelligi ỹ de verb. sign. super: §. vlt. & præcipue circa dotẽ, vt in prædicta decre. nuper. causa pœnitentium ad ecclesiam pertinet. 11. q. 1. aliud hæresis, simoniæ, adulterij cum agitur ad separationem matrimonij. ỹ. ut lit. non contestat. cap. 1, & s̃. de procura. tuæ. & aliæ de quibus dicetur in seq. notula. & indirecte ratione peccati omnes causæ pertinent ad ecclesiam, ut s̃. tit. proxi. nouit.

1 Quid ergo spãle ĩ istis, cum illud reliqs sit cõe? de hoc 87. distin. eos, q. vide Matthæum de Afflictis in consti. regni Neapol. li. 1. tit. 7. & Guidonem Papę decis. 566.

c ¶ Ecclesiasticum iudicem.] sicut sunt causæ matrimoniales. 2. s̃. de offi. deleg. causam matrimonij. & ỹ. de consangu. & affin. ex litteris. Item causa natiuitatis alicuius. ỹ. qui fil. sint legiti. lator. & c. causam. Itẽ ius patronatus. s̃. de iud. quanto. Item decimarum. ỹ. de deci. per totum. Item causa vsurarum. ỹ. de usur. quoniam. & per totum. & ẽt plura. ut dictum est s̃. eo. cum sit. & ca. licet.

2 Cõcilium Triden. sess. 24. canone 12.

[Gloss. seq. recip. per quæst. an scilicet communitate negligente procedant isti delegati uirtute primarũ vel secundarum, &c.

d ¶ Terminetis.] per litteras prius impetratas, vt incipiant valere ex tunc quo ad effectũ. s̃. de offic. dele. c. 3. ff. de leg. 3. l. 3. §. 1. C. de donat. inter vir. & vxo. donationes. & s̃. de rescrip. eam te Interim enim iurisdictio dormit. sic s̃. de rescrip. pastoralis. in fi. uidetur enim committi causa sub conditione, si iustitia coram sæculari haberi non possit. arg. ỹ. de iureiuran. quemadmodum. sicut cognitio pricipalis causæ sub conditione committitur in causa appellationis. ỹ. de appella. ut debitus. sic s̃. de offi. deleg. insinuante. & ff. de iure dot. stipulationẽ. Quod autẽ litteræ, quæ ab initio nõ ualent, postea conualescãt, est arg. s̃. de rescr. si autem ỹ. de conuer. cõiu. placet. ff. de inin. rup. & irri. testa. cum in secũdo. ff. de libe. & posth. si quis posthumos. in princ. & ff. de pig. act. si in rẽ. §. vlti. & s̃. de elect. quod sicut. arg. contra. s̃. de elect. dudũ. vbi de hoc. & inf. de proba. post cessionẽ. Item hic habes, ꝙ iurisdictio perdiẽ p negligentiã. sic s̃. de offi. deleg. prudẽtiã. in fi. & s̃. de offi. ord. significauit. c. licet. 3. & sic litteræ istæ sunt in pẽdẽti quousq; appareat de negligentia iudicis sæcularis, s̃. e. c. proxi. sicut in pẽdenti est, an in senatuscõsulto Macedoniano cõmissum sit. ff. ad Macedonianum l. 1. §. si pendeat.

¶ Idem Pisano archiepõ.

¶ Clericus non potest constituere sibi iudicem laicũ, etiam si proprium iuramẽtũ, & aduersarij consensus accedat.

CAP. XII.

SI † diligenti: & infra. Asseruisti te usque ad hæc tempora tenuisse, quod licitum sit clerico renunciare saltem in temporalibus causis iuri suo, & sibi laicum iudicem constituere, præsertim ubi aduersarij uoluntas accedit: ac tenet iura--

† Cap. 4. eo. tit. in 3. compila.

SI diligenti. pars huius. ỹ. de præscr. si diligenti. Diuidiẽ in tres partes. In prima ponitur falsa opinio archiepiscopi Pisani. In secunda ipsius impugnatio: ibi Immemor. In tertia conclusio: ibi, Manifeste. Abb.

CASVS. Quidam clericus Pisanus contraxit cũ aliquo promittens eidem ad certum terminum soluere certam pecuniæ quantitatem, alioquin posset eum conuenire coram iudice sæculari, & clericus promisit ei respondere sub illo, iuramẽto interposito: dubitatum fuit, an posset sic renunciare iuri suo, saltem in temporalibus, & iudicem laicum sibi constituere, & an iuramentum teneret: super hoc consultus fuit archiepũs pisanus, qui fuerat doctor legum: & ipse rñdet, ꝙ vsque ad tempora illa tenuerat, ꝙ licitum sit clerico renunciare iuri suo, saltẽ in temporalibus, & sibi laicum iudicem constituere: & iuramentũ super hoc præstitum seruandum erat. Rñsio & opinio archiepi peruenit ad papam: vnde scribit eidẽ archiepõ, referendo sibi opinionẽ suã qualiter asseruit ꝙ licitũ erat clerico renũciare, saltẽ in temporalib. iuri suo, & laicum iudicem sibi constituere, & ꝙ iuramentũ sup hoc pręstitum erat seruandum, oblitus constitutionis illius, quæ dicit, ꝙ pacto priuatorum iuri publico nõ derogatur: & ꝙ non potuerit renunciare, nec laicum iudicẽ sibi constituere, ostendit per concilia Mileuitanen. & Carthaginen. In ɔcilio Mileuitanen.4 continetur, ꝙ clerici nõ protrahant clericos ad iudicia publica, relicto pontifice suo: quod si fecerint, causam perdant, & à communione habeantur extranei. Et in concilio Carthaginen. dicitur, ꝙ tam epi, quam diaconi,

3 Facit text. in Authẽ. de defen. ci. §. oportet. in glo. iurisdictionẽ. cum no. collat. 2. & in l. 1. & ibi Bar. ff. de iur. om. iu.

4 In cõcilio Toletano 3. c. 13. hæc cõtinentur.

coni, & quilibet clerici in criminali seu ciuili negotio si derelicto iudicio ecclesiastico, voluerit se purgare publicis iudicijs, etiã si p eis lata fuerit sñia, solũ suũ amittant, & hoc in criminali actione. In ciuili vero perdãt quod euicerint, si locũ suũ obtinere voluerint. Ex quibus concilijs manifeste apparet, quod clerici, nec inuiti, nec volentes possunt pacisci vt secularia iudicia subeãt; quia hoc non est beneficium personale cui renunciari possit, sed potius toti collegio ecclesiastico publice est concessum, cui pactũ priuatorum derogare non potest, & iuramentum super hoc præstitum licite seruari non põt qꝫ cõtra statuta canonica illicitis pactionibus informatur. Not. qꝫ ius publicum pacto priuatorum non tollitur. Item clerici neque in criminali, neque in ciuili possunt laicum iudicem eligere, suo derelicto: qđ si fecerint, puniuntur, vt hic dicitur. Item ius istud publicum est, & ideo nullus ei renunciare potest. Item si principale non tenet, nec accessorium. Item iuramentum contra canones præstitum, non tenet.

fal. ita: cõstitutionis il lius.

mentum super hoc interpositum, respondisti. ¶ Immemor constitutionis† qua cauetur, †pacto priuatorum a iuri publico minime derogari. Cũ igitur hoc ius in Mileuitanensi † & Carthaginensi concilijs b sit specialiter promulgatum, ne clerici c clericos relicto suo pontifice, ad iudicia publica pertrahant: d alioquin causã perdãt, e & a

Glo. sequ. ad id quod dr̃ hic ius publicum non tolli pacto priuatorum, alleg. 12. iura pro cõcor. In contrarium alleg. 11. iura. Solu. distinguendo inter ius publicum fauorabile tantum, & fauorabile & odiosum. & ponit exempla. subdit etiam quattuor rationes quare clericus nõ consentit in nõ suum iudicẽ, dicens secus de laico in ciuilibus: dicit deinde aliud in arbitris.]

a ¶ Pacto priuatorũ.] Sic ergo patet qꝫ priuatorũ pacto iuri publico non derogatur. ff. de pact. ius publicũ. & l. inter debitorẽ. 1. §. de arb. cũ tempore. & ſ. de sen. excõic. contingit 1. nemo enim ius publicũ remittere põt aliquibus pactionibus: nec mutare formam antiquitus constitutam. ff. de admi. tu. quidã decedẽs. & ſ. de testa. requisisti. & nemo potest facere qꝫ leges in testamento suo locũ non habeant ff. de legat. 1. nemo. & ff. ad l. Fal. qꝫ de bonis. §. 1. & C. de condi. inser. l. 2. & C. de iura. calum. l. vlt. §. sed quia. & 10. qõ. 1. sic quidam ff. de postu. quos prohibet. ſ. de excep. c. exceptionem. arg. ꝯtra. ff. de pact. pacisci. & l. pactum. inter hæredes. ff. a quib. app. non licet. l. 1. in fi. & §. 1. & C. de tẽpo. app. l. vlt. in fi. & ff. de ser. l. 1. & ff. de minor. si iudex. & ſ. de reg. ad Apostolicam. & ſ. de priuile. si de terra, & c. accedentibus. & C. de pact. si quis in cõscribendo. vbi vr̃ expressum. & ſ. eo. dilecti. super hac contrarietate dicas qꝫ illi iuri, quod est tantum introductum in fauorem aliquorũ, bene potest quis renunciare: sed si aliquod ius introductũ est in fauorẽ quorundã pro publica vtilitate ipsorum, & odio aliorum, nullus põt tali iuri renunciare: tale est hoc de quo hic agitur: quod introductum est non tam in fauorem clericorum, quàm in odiũ laicorũ: ipsi enim clericis oppido sunt infesti, vt 2. q. 7. laicos. & c. laici. & tale est illud 17. q. 4. si quis suadẽte. quia ei renunciare non potest. ſ. de sen. exco. contingit. Sicut potes videre in simili, mulier potest renunciare Velleiano: quia in fauorẽ ipsius tantũ introductũ est. ff. ad Velle. l. vlt. §. pe. & C. eod. titu. l. iubemus. propter infirmitatem sexus. C. ad Velle. si sine. & ff. eo. l. 2. §. verba: sed Macedoniano non põt renunciari: quia illud in fauorem quorundam introductum est: & in odium creditorũ. ff. ad Maced. sed & si pater. in fi. similiter beneficio restitutionis nõ potest renũciari: quia tã in fauorem q̃ in odium introductũ est, licet sit arg. ꝯtra. ff. de mino. si iudex. 2 Item & alia ratio consueuit assignari, quare non possit clericus in alium iudicem consentire: quia præiudicat episcopo suo, sine cuius consensu iurare non potest, nec alium iudicem habere 11. q. 1. clericum, & 3. q. 6.

1 Et melius ff de re. iu. l. neq; pign. § priuatorũ Io. And.

2 Vide Spec. par. 2. tit. de rest. in inte. §. qualiter. circa finem.

non liceat. ſ. de iura. calum. c. 1. in fi. Item ab alio non potest recipere ordinẽ, nisi ab episcopo suo. ergo nec iudicium quod est maius. Sic argumentatur canon. 9. q. 2. nullus Primas. & ſ. de paro. c. 3. Itẽ non potest ab alio prælato petere animę iudiciũ quod est occultum: multo fortius non põt petere iudicium personæ. ſ. de pen. & re. omnis vtriusque. & de pen. dist. 6. placuit. sic posset contingere, qꝫ omnes subditi episcopi alium sibi iudicem eligerent. Laicus vero bene potest alium iudicẽ sibi eligere in ciuili negotio. ff. de iud. l. 1. & 2. sed in criminali nõ. 11. q. 1. si quis cum clerico. & C. de iurisd. om. iud. in criminali. clerici tamen arbitros bene possunt eligere præter consensum episcopi. ſ. de arb. c. 1. & 2. & in c. dilecti. & per totum tit. Item dixi qꝫ illi priuilegio, si quis suadente, renunciari non potest, tamen clericus verberatus à laico, vel ab alio, potest ei remittere iniuriam, quantum ad se, sed non quãtum ad ecclesiam. 23. q. 4. si is qui. 63. dist. Salonitanæ.

† Verba quę hoc loco tribuunt ꝯcilio Mileuitano hñr ĩ ꝯcilio Toletano 3. c. 13. reliqua in concilio Carthaginẽsi. 3. ca. 9.

b ¶ Concilijs.] quæ concilia tu habes 11. q. 1. inolita. & c. placuit. quorum verba hic ponuntur.

c ¶ Ne clerici.] hic ponit tenorem illius c. inolita.

d ¶ Pertrahant.] & si trahuntur inuiti, & ideo punitur ille qui eos trahit, & sic loquit c. inolita, in actore.

e ¶ Causam perdant.] sed nunquid per sententiam, an ipso iure? H. dicebat qꝫ ipso iure perdit cãm: sed videtur potius qꝫ per sententiam. arg. prædicti c. inolita. vbi dicit: conuentus, & causam perdat. & C. de iurisd. om. iud. vbi dicit: actor actione causæ mulctet, reus p condẽnato habeatur. & arg. pdicti. c. placuit. vbi dixit, locum suum amittat. quod verius videtur op. 3 ad hoc arg. ſ. de excess. prælat. grauem. hoc dicit. Io. H. contra. Sed nunquid intelligimus hanc pœnam imponendam statim, vel post conuentionem, vel post litis contestationem, vel tantum si perseuerat vsque ad finem causæ? Et videtur certe quod postquam vocatus est ad iudicium. 11. quæstio. 1. inolita. vbi dicit; ad iudicia publica non pertrahant, si contra fecerint, causam perdant. & cap placuit. vbi dicit; quod de sæculari iudice poscit auxilium, &c. & C. de iurisdi. omni. iud. in criminali. vbi dicit, qui inuocauerit in vetito examine. Sed videtur quod ante litis contestationem possit pęnitere, nec incidit in pœnam. ff. rem rat. habe. amplius. & ff. de in ius vocan. l. quamuis, 4 & ff. de iurisd. omn. iud si conuenerit. Et argu. illius c. placuit. vbi dicit; si crimen fuit intentatum, vel ciuilis causa commota. per quæ verba innuitur, quod lis fuit contestata: immo etiam videtur quòd quandocunque ante sententiam licitum sit pęnitere. argu. ff. de inoffi. testam. Papinianus. §. meminisse. & C. de ijs qui. vt in dig. alia causa. & ff. quod metus caus. si cum exceptione. §. hæc actio. & §. satis. Hug. dicebat qꝫ hic non est locus pœnitentiæ: benignius tamen est: & tutius dicere, quod ante litis cõtestationem sine pœna desistere potest. arg. illius c. placuit: quia prõptiores esse debemus ad misericordiam, quam ad rigorem. ff. de act. & obl. l. Arrianus. Post litem vero contestatam non potest vitare pœnam. arg. prædictarum legũ, amplius. & l. quãuis. & l. si ꝯuenerit. Sed in causa spirituali sola depositio querimonię sufficit, vt ab ecclesia tamquam membrum putridum abscindatur, & beneficia alijs conferantur. ſ. de exces. præla. grauem. Sed potest dici quod illud est p p excessum nimiũ, eo quod in suum episcopum tantum facinus attentare præsumpsit, vt merito augeri debeat pęna. ff. de remiss. omne delictũ. §. 1. sed de rigore debẽt puniri, qui in vetitum examẽ alios trahunt.

3 Ar. ad hoc C. de asser. tol. l. 1 in fi. & C. de hær. quicunque. ante fi. Io. And.

4 Libertus euadit pœnã, si desistit à vocatione patroni in 1ª ante lit. ꝯtesta. Io. Andr.

a ¶ A communione.] sacramentorum: quia in pęnam remouebūtur à sacramentis ad tempus. arg. 2. q 6. catholicus. vel potius à communione, id est, officio, & beneficio, si clericus est, priuetur, vt dicit Hug. sed nimis rigida esset hæc pęna, nec ēt talis expositio cōsonat litteræ: & ita dicit ꝙ nō perdit locū suū, si perdere vult quod euicit. Et hucusq; loquitur in actore: sequentia verba: & tā e[...], &c. in reo.

b ¶ Tam episcopi.] hic ponit tenorem illius cap. placuit.

c ¶ Purgare.] & sic loquitur in reo. cap. placuit. & ideo quia sponte elegit vetitū iudiciū, & punitur. & expone, purgare, id est, examinare cām suam. Et dic ꝙ voluerint cum effectu. i. fecerint quod examinaretur ibi causa: nā si inuiti trahicientur. no ꝗ punirentur argum. contra. supra de iudicat. si clerici. & 11. q. 1. si qui clericorum.

† Concor. in c. d nostr. ff. de reg. iu. & l. 1. ff. io. ma.

ADDITIO. Vnde versus.

Clerice, si quæris examen quod prohiberis.

Et eponeris & causa desistueris.

communione a habeātur extranei: & tā episcopi b quam diacones, seu quilibet clerici in criminali, seu in ciuili negotio, si de relicto ecclesiastico iudicio, publici iudicijs se purgare c voluerint, etsi pro eis sit lata d sententīa locū suum amittāt, & hoc in criminali actione; in ciuili vero perdāt quod e euicerint si locum f suum maluerint obtinere;] Manifeste g patet, quod non solum inuiti, sed etiam voluntarij, pacisci non possunt vt sæcularia iudicia subeant, cum nō sit beneficium hoc personale, cui renunciari valeat, sed potius toti collegio ecclesiastico publice sit indultum, cui priuatorum pacto derogari non potest. Nec iuramentum h licite seruari potuit, quod contra canonica statuta illicitis pactionibus informatur.

ta. placuit. pacisci possunt vt iudicia sæcularia subeāt, sed nunquid tacite possunt renūciare suo foro, respondendo coram laico? arg. ꝙ sic. 3. q. 6. pulsatus. nam & Papa renunciat suo foro. 2. q. 7. nos si incōpetenter & qu. 5. mandastis. multa enim possumus tacite ad quæ non possumus nos pacto adstringere. ff. de procur. l. filiusfamilias. §. veterani. & C. de pact. l. vlt. & C. de iura. cap. l. 2. in fi. Dicas ꝙ neque tacite, neque expresse potest clericus alium iudicem constituere, immo in ecclesiasticā personam sine licentia speciali episcopi sui consentire non potest, nec illum in iudicem eligere, vt 3. qu. 6. non liceat. ꝟ. c. significasti. vbi determinatur ista dubitatio, vt ibi dicit.

Clerici neq; tacite neq; expresse possunt suo foro renunciare.

[Gloss. seq. notat, & dupliciter probat argu. quod si principale, &c. alleg. in cōtrariū, deinde ad casum conuersum pro & contra. in fin. vbi dicitur, quod vbi factum lege prohibente non tenet. non tenebat stipulatio, mandatum vel iuramentum adiectum.]

¶ Idem Beluacen. episcopo.

¶ *Clerici super excessibus coram suo episcopo conueniri debent, non coram his quibus seruiunt nisi consuetudo, vel priuilegiū aliud inducat.*

CAP. XIIII.

CVm † cōtingat interdum & infra. ¶ Insuper postulasti, an cum aliqui clerici deputati seruitio capituli Beluaceñ.

† Cap. 1. eo. tit. in 4. compila.

d ¶ Pro eis sit lata.] Sed quid si cōtra eos lata sit? Vr̄ ꝙ nō teneat: qa sententia à non suo iudice lata non tenet. ꝸ. de iudi. at si clerici 11. q. 1. si qui clericorū. satis patet quid dicendū sit: nā si obtineret, sn̄ia non valeret, sed si cōtra eos lata est, de iure tenere nō dēret: tamen quantum ad se, & in odium illorum seruabitur talis sententia, & compelletur ad hoc propter culpam suam, imo multo fortius pro condemnato debet haberi. arg. de renun. quod in dubijs.

[Glo. seq. tria dicit finis de qua causa, prin. cui applicatur, medium quid cum vterque fuit in culpa.]

e ¶ Perdant quod.] id est, rē quæ ab eis petebatur, de qua fuerunt absoluti, & habebuntur pro condēnatis: & res illa dabitur actori, cui facta est iniuria: qa reus aliter se conueniri non patiebatur: quia forte potens erat, & actor ipsum timebat. vnde non audebat illum ꝯuenire corā suo iudice, & sic actor inuitus & coactus conuenit illū. Sic in præsenti casu actor perdit qđ euicit. & datur reo, qui inuitus tractus fuit ad iudicē alienum. Sed si vterque fuerit in culpa: tunc debet dari illi ecclesiæ cui facta est iniuria, & iurisdictio eius spreta. Et quod dicit. perdāt quod euicerint. intellige cum causa est propria clerici. s secus si negotiū sit ecclesiæ quia delictum personæ, &c. 16. q. si episcopum.

s Cōcor. tex. in l. non aliter. ff. de leg. 3.

f ¶ Si locum suum.] ecce, reus habet electionem, vt vel perdat causam vel amittat locum. Si potius vult perdere locum, nunquid habebit quod euicit? Sic si actor fuit in culpa, alias non: quia factum [...] non debet obesse actori innocenti. & sic est casus, in quo tenet sententia à non suo iudice lata.

[Glo. seq. quærit, argum. affirmatiue. soluit contrarium & remittit.]

g ¶ Manifeste patet.] hic ergo patet arg. ex præcedentibus concilijs, ꝙ nec inuiti, & hoc ex concilio Mileuit. 11. q. 1. inolita. nec volētes, & hoc ex ꝯcilio Char[...]

h ¶ Iuramentum.] sic ergo patet ꝙ si contractus non tenet siue pactum, iuramentū de obseruando ipsū cōtractum vel pactu, non tenet, neque obligat. C. de legibus, non dubium. & quia iuramentum contra bonos mores, & vim legum, & auctoritatem iuris nullius est momenti. ff. de lega. 1. si quis inquilinos. §. si quis & quia iuramentum non debet esse vinculum iniquitatis. 22. q. inter cætera. & ꝟ. de iureiu. quanto. Itē argu. ꝙ si principale nō tenet, nec accessorium, vt C. de vsuris eos. & C. depositi. l. si deposita pecunia. & l. prædicta, non dubium & ꝟ. de fide instrū. inter dilectos, & quia idē. iuris est in principali & accessorio. ꝸ. de offi. deleg. prudentiā. in fi. arg. ꝯtra. ꝟ. de iuriu. debitores, & c. cum contingat. Similiter quod iuris est in accessorio, & in principali, arg. 23. q. 1. paratus. versus finem. ver. nam & Christiani. in fi. aliàs est capitulū. arg. contra. ꝙ aliud est in accessorio, quàm in principali. ff. de pact. l. 3. arg. contra quod sublato accessorio, tollitur principale. ff. de pac. l. 2. arg. contra. C. de remiss. pigno. creditricem. Item signatur contra. ꝟ. de iuriu. cū contingat. vbi iuramentum super cōtractu contra legem facto præstitum. seruatur, & ibi de hoc Ber.

CVm cōtingat.] Sunt duæ partes, consultatio, & responsio Secunda: ibi, Super quo. Abb. Sic.

CASVS. Aliqui clerici deputati sunt seruitio capituli Beluacensis, aut seruitio aliorum clericorum Beluaceñ. diœcesis: clerici isti sic ad seruitium deputati committūt excessus aliquos: quęsiuit episcopus Beluacensis, vtrum clerici isti cum impetuntur super excessibus suis, conueniendi sint coram ipso, vel potius coram illis quibus seruiunt: cum illi quibus seruiūt huiusmodi iurisdictionē vendicare contendant, quāuis eos non possunt excōmunicare, vel aliàs coercere. Ad hoc respondet Papa, quod coram episcopo Beluaceñ. tanquam ordinario conueniendi sunt, maxime

super

super iis quæ in sua diœce.commisisse dicuntur, nisi forte illi quibus ipsi delinquentes deseruiunt, ex indulgentia spāli vel consuetudine, vendicēt sibi hmōdi iurisdictionē. Not. ꝙ priuilegiū & cōsuetudo derogāt iuri cōi, ēt in criminibus. Item solus eps cognoscit de criminibus in diœcesi sua commissis de iure communi, nisi cōsuetudo vel priuilegium sit in contrarium. Itē eps solus est ordinarius in diœcesi sua.

a ¶ Maxime.] id est, tantum. sic. 11.q.3. si quis episcopus damnatus. nam tantum ab illo puniēdus est vbi deliqt. 6.q.3. placuit. ꝟ. de rapt. c.j. vbi de hoc. Vel dic ꝙ licet alibi possit excōmunicari, non tñ ab alio pōt deponi ꝗ a suo diœcesano: secus si ciuiliter ageretur de bñficio. ꝟ.e. postulasti. Qñ reus sit remittēdus 1 ad suum iudicem, cē 3.q.6.ca. j. & ꝟ. de rap.c.1.

[Gl.seq. no. alle. 2 iurasecūdo obijcit & soluit per tria similia.

b ¶ vel consuetudine.] no. ꝙ ɔsuetudo dat iurisdictionem. 9 q.2. conquestus. ꝟ. de arbi. dilecti. C. de eman. l. 1. & vlt. & ꝟ. de offi. ord. irrefragabili. Sed qualiter pōt i hoc casu priuilegiū vel consuetudo dare iurisdōnē, cū nemo sibi vel suis ius dicere possit. ff. d iu. om. iudi. ꝗ iurisdictioni p̄est. & C ne qs i sua cau. ius sibi dicat. l. vnica? Sed dic ꝙ dñs familiæ pōt hrē ordinariam iurisdictionē sup familiam suam sicut magister super discipulos suos, vt in consti. Frideri. C. ne fi. pro pa. auth. habita. sicut eps in suos canonicos, & sicut pater super filium suum, vt 3.q.7. infamis. § tria. circa fi. & 23.q.4. duo ista nomina. & si suspectus fuerit dominus petat actor ei aliquem asso ciari. 3.q.5. induciæ. §. offeratur. vel eligat arbitros, ꝟ. eo. l. si quis contra clericum. & 11.q.1. peruenit. ꝟ. de app. cum speciali.

1 De hoc articulo copiose Couarrunias in pra. qō. cap. 11. Guido Papæ & late sup Directorio Inquisitor, lib. 3. Schol. 45.

2 Vide Accursium in l. morte maiorum. ff. de iurisd. omn. iudi.

aut aliorum clericorum tuæ diœcesis, super excessibus impetuntur, sint cogendi coram te, vel potius corā illis, quibus seruiunt querelantibus responde re, cum illi sibi iurisdictionem huiusmodi vendicare contendant, licet illos excōmunicare nō valeāt, vel alias ēt coercere. Super quo taliter respondemus, quod ad te (vt pote ordinarium) de talibus debet cōquerētes habere recursum: maxime a si super his impetuntur, quę in tua noscuntur diœcesi commisisse, Nisi forte hi quibus delinquentes ipsi deseruiunt, ex indulgentia, vel consuetudine b speciali, iurisdictionem huiusmodi valeant sibi vendicare.

¶ Idem.

¶ *Episcopus delicti condēnat clericum de delicto, sed non priuat beneficio existente, sed episcopus beneficij priuabit, quasi exequendo condemnationem iudicis delicti hoc dicit secundum vnum intellectum Secundum alium intellectum hoc dicit: Episcopus delicti condemnat clericum de delicto priuando beneficio alibi sito, sed executio realis fit ab episcopo beneficij.*

Postulasti.] Hoc c. legitur principaliter duob. modis. Primo ꝙ eps delicti fert sniam tantum super crimine: sed eps beneficij fert sniam priuatoriam beneficij. Secundo legitur, quod eps delicti fert sniam ēt super beneficio. Sed realis executio, vt possessionis subtractio, debet fieri per iudicem beneficij. Diuidit in duas partes. Primo ponitur qō. Secundo solutio: ibi Ad quod. Abb. Pars huius decre. ꝟ. de homi. postulasti,

CASVS. Vir G. vicecomes cum vxore sua causam matrimonialem habebat, quę ad petitionem vxoris commissa fuit episcopo Corisopiteñ. & archidiacono cuidam & magistro Petro: iudices citarunt dictũ nobilem: ipse coram eis fecit proponi ꝙ erant sibi certa rationes [illegible] episcopus erat proxima linea consanguinitatis coniunctus Comiti Britaniæ, qui erat eius aduersarius manifestus, qui uxorem suã publice detinebat, archidiaconus erat commensalis eiusdem comitis Britanniæ: magister P. erat oriundus de terra [illegible] ipsius nimis fauens eidẽ, & omnes existũt sub districtu ipsius comitis, nec poterat ire ad eos nisi per terram ipsius cõmitis, nec volebat eidẽ nobili terminum assignare, nisi in terra inimicorum suorum: & quia non admittebant huiusmodi recusationes, ad sedem Apost. appellauit: iudices nihilominus lite non contest. receperunt testes super consanguinitate inter dictum nobilem & uxorem ipsius: dictus nobilis dño Papæ est conquestus, petens etiam uxorem suã, & terram eius sibi restitui. Vnde mandat Papa quibusdam iudicibus, quatenus super prædictis veritatem inquirant, & si constiterit ꝙ ante litem contestatam vel et post ap. ex causis præmissis interpositam testes super consanguinitate [illegible] culpa contumaciæ recepti [illegible] attestationes illas decernat irritas & inanes. & mulierem illam compellant ad virũ [illegible] plenaria tam terræ q̃ uxoris [illegible] remunerantes eãdẽ. Nota [illegible] causas recusationis, quod iudex consãguineus illius qui moratur cum aduersario meo, & ei [illegible] consilium & auxilium, potest recusari. Item iudex qui ortus est de terra, in qua aduersarius meus habet [illegible] potest recusari. Item nullus dẽt citari ad locum non tutum. Item nõ tenetur nec det [illegible] propter cautionem committere se suis inimicis. Item testes recepti lite non contestata, uel post legitimam appellationem non ualent. Itẽ in causa matrimonii propter contumaciam etiam lite non contestata testes recipi possunt. Item restitutio primo facienda est ante ingressum causæ principalis.

e ¶ Linea consanguinitatis.] qua est sufficiens causa recusationis. infra de appella. postremo. idem esset si esset affinis. [illegible] q. 9. absens de hoc dixi sup eo. accedẽs. & sup. de offi. deleg. causam quæ.

† Cap. 4. eo. tit. in 2. compil.

† Vv.

Cc 4 a ¶ Eius.]

diaconus eius [a] sit cleric⁹ commẽsalis (qui [b] eidem vicecomiti est aduersari⁹ principalis, vt pote q vxorem† suam, & terrã publice detinere psumit) & Magister P. de terra vxoris suæ oriundus, [c] existat nimis fauens [d] eidem: & oẽs sub districtu [e] existant comitis memorati; nec ipsi per districtum ipsius ei pateat accessus ad eos: & ipsi (quibus causa inter ipsum & vxorem suam commissa fuerat) nunquam ei voluerunt, nisi in terra inimicorum [f] suorum, locũ & terminum assignare, vbi sine mortis periculo accedere non audebat: & licet litteras non habuerit de conductu: si tamen missæ ei fuissent, nõ debebat se credere suis capitalibus inimicis. [g] & infra.

¶ Mandamus quatenus, cum propinquiores sitis terræ nobilis iam dictæ, ĩ. suæ, & causa ipsa per vos commodius valeat terminari: cum ad vos securus† pateat accessus, vtrinq; † partibus conuocatis (si vobis constiterit q ante litẽ legitime contestatam, vel post appellationẽ ex præmissis causis [h] interpositã, testes super consanguinitate contra matrimoniũ, absq; culpa contumaciæ recepti fuissent) vos attestationes huiusmodi decernatis irritas & inanes, compellentes dictam nobilem, vt reuertatur ad virum suum (quem incõsulte dimisit) ita q postquã ipse vir plenariam restitutionem habuerit tã vxoris, quam terræ, [i] causam super matrimonio audiatis, eamque fine canonico terminetis.

¶ Idem.

¶ Lite non contestata non recipiuntur testes regulariter super principali. Falli. in casibus hic annotatis scilicet cum timetur de morte, vel absentia diuturna testium tunc n. seruata solennitate hic posita, possunt etiam lite non contestata testes examinari. h. d. vsque ad § porro.

CAP. V.

QVoniam † frequenter in dubium reuocatur a multis, an lite non contestata testes recipi valeant: auctoritate præsentium duximus declarandum, regulariter

a ¶ Eius.] scilicet comitis Britanniæ, ideoque erat suspectus illi. sup. de offi. deleg. insinuante.
b ¶ Qui.] scilicet comes.
c ¶ Oriundus.] vnde quis oriundus fuit, ibi domiciliũ retinere dicitur ff. de senato. l. penult. Et est ista admirabilis suspicio, quã sufficere non credo: [1] sed quæ nõ psunt singula, multa iuuant, vt notatur ĩ. de probationi. cum causam. Vel dic. oriũd⁹ de terra sua, idest, de terra quæ pertinebat ad iurisdictionẽ illius comitis, & ad proprietatem ipsius dñe, & ita est sufficiẽs causa recusationis, q isti iudices erãt de districtu ipsi⁹ comitis Britanniæ. Vel dic si velis intelligere de terra vxoris, de terrã q ptinet ad iurisdictionẽ vxoris, & tunc valet recusatio, vt s. eod. accedens.
[Glo. seq. obijcit, & soluit.]
d ¶ Nimis fauens.] sed nunquid tenetur quilibet diligere pximum suum de pœnit. dist. 1. omnis qui non diligit & ã. non omnis amicitia repellit iudicẽ. sed maxima. ff. de ver. sig. late. §. amicos sicut nec oẽs inimicitiæ repellunt testem, nisi maxime ĩ. de simo. Helv. & c. p tuas. [2] & causa cognita illud disquiri [illegible]. ff. de quæstio. l. 1. §. per quæstionem. nam ppter leues inimicitias nõ extinguitur legatũ. ff. de adi. leg. l. 3. fin. Sed videt q modica causa iudicẽ repellit, vt dictũ est s. eo. accedẽs. & s. de offi. delegat. causam quæ. qa lites sine suspicione pcedere debent 3. q. 5. qa suspecti. & C. de iudi. apertissimi. Sed quod dicit, nimis fauens, soluit quod dictum est.
ADDITIO. Quasi dicat, nõ sufficit si dicat, nimis fauens nisi fauoris cã exprimat: aliàs qlibet iudex posset sine cã recusari, [illegible] ergo vt dixi in tex. I. An.
e ¶ Sub districtu.] hæc exceptio omnes [illegible]git.
f ¶ Inimicorum.] hæc fuit sufficiens causa appellãdi 3. q. 9. hortamur. & ĩ. de appellatio. ex parte. ff. de iudi. l. longius. ff. de arbit. l. si cum dies. §. si arbiter.
g ¶ Inimicis.] simile. ĩ. de senten. excom. de cetero, & c. quamuis. nec in hoc casu sufficiẽs potuit cautio pstari arg. ĩ. de rest. spol. litteras. in fi. & hoc ppter fragilitatem cautionis. ff. ad Treb. qui ita. §. 1.
[Glo. seq. soluit contrarium de decre. causam.]

h ¶ Ex præmissis causis.] scilicet quia eps erat cõsanguineus comitis, & archidiaconus commensalis eiusdẽ, & alter oriũdus de terra vxoris, & locũ assignabãt per terrã inimicorum, qa huiusmodi exceptiones nõ admittebant, legitima fuit appellatio, & quælibet ẽt p se sufficeret ad appellandum, [3] præter illam q oriũdus fuit iter iudicum de terra vxoris illam solã non putarem sufficiẽtem ad recusandum iudicem vel iudices, sed præstat adminiculum aliis, vt dixi. supra, quæ non prosunt singula, multa iuuant. sic. ff. quib. ex cau. ma. nec non. § si quis sæpius. nisi velis dicere de terra, q pertinet ad iurisdõnem vxoris: tunc bona est exceptio: quia omnes erant de districtu ipsi⁹ comitis. arg. ĩ. de præsum. tertio. & ita siue testes recepti fuerunt ante litẽ contest. siue post appel. præmissam, ex præmissis causis non valet receptio testiũ super consanguinitate, nisi ille fuisset cõtumax: tũc enim in causa matrimoniali ante litem cõtest. recipiuntur testes, non obstante absentia illius. inf. eod. c. prox. §. j. & hoc est quod sequitur absque culpa contumaciæ.
i ¶ Terræ.] s. dotalis. eius enim cognitio pertinet ad Papã ratione connexitatis: quia est accessoria ipsi matrimonio. ĩ. de donat. inter vi. & vxo. c. 1. 2. & 3. & sic nõ est ɔtra ĩ. q filij sint leg. cãm q. 2.
QVoniã frequenter.] Quia ista decretal. est valde plixa, & habet materiam satis notabilem, ideo Panormi. eã legit per partes. Et diuiditur hoc princ. vsq; ad §. Porro. in quatuor partes nam primo ponit regulam. Secũdo duos casus excipit. [illegible] Tertio [illegible] requisitam: ibi, Sed si actor. Q[illegible] non teneatur. ibi, Attestationes.
CASVS. Q[illegible] frequenter [illegible] non contestata testes recipi valeant [illegible] Papa regulariter [illegible] contestata non est ad receptionem testium [illegible] generalitate excipiuntur quidam casus, in quibus lite non contestata testes recipi possunt, vt si de morte testium timeatur, vel absentia diuturna, [illegible] ne veritas occultetur [illegible] probationis aliquibus casibus fortuitis [illegible] & valet p-

¶ Ex qualibet. n. harũ causarũ oritur inimicitia capitalis vt hic p Doctores tradit Marsilius in l. 1. §. preterea. ff. de quæ. adde q in li. 3. ad not. in d. rectorium inquisitorũ. Scho. 123.

1 Saluo eo qd habes ĩ. de rescri. ita tutũ. §. cum aũt lib. 6. Dixit Host. q ista sufficeret in duob. conciub. q essent in remotis partibus: q a consueuerũt se sicut fratres diligere, & vide qd post cũ dixi [illegible] appellat. legitima lib. 6. Io. And.

† securior.

† vtrisque.

2 Vbi de hoc. & 3. q. 5. accusatores. & ĩ de accusa. cũ oporteat Io. And.

3 Concor. l. fi. §. cui dulcia. & ibi docto. ff. de vi. tsi. & ole. lega. & Specu. in tit. de le. §. superest. versic. quid si sit socius.

† Cap. 5. eo. tit. in 3. compilat.

& valetudinarii, & alij testes de quibus ex aliqua rationabili causa timetur,[3] recipiendi sunt hic non contestata, siue pars conuenta sit contumax, siue sit absens absque malitia, vt conueniri non possit. Sed si actor non conuenerit aduersarium ĩ. annum, ex quo poterit conueniri: vel saltem non renũciauerit illi exceptioni huiusmodi; testium, attestationes illæ nõ valeant, ne forte hoc procuret in fraudẽ, vt processu temporis legitimę defensiones locum habere non possint.

verum esse a, quod lite nõ contestata, non est ad receptionem testium procedendum b:

¶ Nisi forte de morte testiũ timeatur; vel absentia diuturna; in quib. casibus cum ciuiliter c est agendũ, (ne veritas d occultetur, & probationis copia fortuitis casibus subtrahatur e) senes, & valetudinarij, & alij testes (de quibus ex aliqua rationabili causa timetur f) etiam lite non contestata, sunt proculdubio admittendi, siue pars conuenta g sit contumax, siue sit absens absq; malitia vt conueniri non possit.

¶ Sed si actor non conuenerit aduersarium h infra annum i ex quo conuenire poterit; vel saltem receptionem huiusmodi testium non denunciauerit illi.

¶ Attestationes sic receptæ non valeant k; ne forte hoc procuret in fraudem l, vt processu temporis exceptiones legitimæ ad repellendũ testes m, vel

[Gl. seq. ponit 20. casus cõputatis textualibus qbus fallit regula.]

a ¶ Regulariter verũ esse.] hæc regula fallit in casibus hic positis, scilicet vbi timetur de morte vel absentia testium, & vbi agitur de electione; vel matrimonio, & in causa inquisitionis & publicationis. Item in causa denunciationis. s. de iud. nouit. Itẽm in actoris absentia præsente reo recipiuntur testes lite non contestata. C. quomodo, & quando iud. in Auth. qui semel. ĩ. de do. & contu. causam quæ. Item vbi actor nõ põt agere pp iuramentum quo iurauit non repetere vsuras. 1 ĩ. de iureiu. ad nostram. Item cum minor ab hæreditare officio iudicis se abstinet, vt in Auth. vt spon. lar. §. ad hæc coll. 9. Item vbi aliquid iudicis officio expeditur. C. si minor se ab hære. absti. in Authen. ibi posita. Item cum in integrum rest. incidenter postulatur officio iudicis. s. de off iud. cap. 2. Item cum agitur de iniquitate iudicis in casu quem habes ĩ. de app. interposita § [illegible] legati, vel fideicommissi. arg. C. de vsu. & fru. l. 2. [illegible] ibi dicit post litem non contestatam in fin. vnde casus iste non debet ex[illegible] publicum commodum. C. de [illegible] quosdam [illegible] C. de inge. manu. dũ [illegible] mari, ar. contra [illegible]. Item vbi agitur de beneficio [illegible] vt in concil. Lugd. sũ. Inn. iiij. ĩ de eo. qui mit. in pos. cau. rei ser. eum qui. [lib. 6.]

ADDITIO. Vnde versus.

Absens vel moriens necnon electio coniunx,
Nun iat inquirens si publicat & fugit actor:
Iurans non agere, vel si minor abstinet hæres:
Restitu que petens medio qui prouocat absens:
Post hæc trebellans legatum qui p[illegible]it errans.
[illegible]c reus incertus libertas publi[illegible] vsus;
Non contestando possunt [illegible] lites.
Istis iudicium [illegible] de fine regundo.

b ¶ Procedendum.] super principali, sed super incidenti interdum vel emergenti, bene recipiuntur testes, vt probetur q citatio peruenit ad aliquem, vel q contumax fuerit. in casu quem habes. ĩ. de appel. inter posita. § vlt.

c ¶ Ciuiliter.] hoc ideo dicit, quia in criminalibus nunquam recipiuntur testes lite non conte. & ibi probationis strictissime requiruntur. 35. qu. 6. Epiphaniũ. C. de proba. l. vlt. Qualiter in criminali causa procedatur, dicitur 3. q. 9. in summa. & ĩ. de dolo, & contu. c. veritatis.

d ¶ Ne veritas.] 14. q. 2. quemquam.

e ¶ Subtrahatur.] tunc enim curare debet iudex & magistratus vt salua sit rerũ probatio. ff. de testi. curet. & in authẽ. de te tib. i vlt. col. col. 7. §. pen. & §. hic vero. & ĩ. de test. si qs testiũ. & ff. ad l. Aquil. l. 1. Vel etiam si timetur q testes, propter moram variẽt fidem suam aut moriãtur. ff. ad Carb. l. 3. §. duæ arg. ĩ. eo. c. §. sunt & alij. ĩ. de test. significauit.

f ¶ Timetur.] tunc illi soli recipiunt de quibus timet, & non alii: nisi in causa publicationis. ĩ. de tes. significauit, & ĩ. eod. c. §. sunt & alij. licet in his casibus recipiant testes lite non cõtestata, veritate tñ inspecta, & quo ad effectum non intelliguntur recepti lite nõ cõtestata: qa nõ publicantur nisi lite contestata, & cum alijs, si alij lite contestata inducti fuerũt, nec ad sententiam procedat iudex p tales testes, sed in sequenti. §. recipiuntur lite non contestata. & fertur sententia. & sic est differentia in 1. responso. & 2.

g ¶ Conuenta.] idem est si nondum sit conuenta, sed conuenienda.

h ¶ Aduersarium.] cum fuerit absens, & non contumaciter.

i ¶ Infra annum.] ecce præscriptio annalis. sic. s. de rescr. plerumq; & s. de off. ord. pastoralis. C. de hære. auth. idem. & ĩ. e. §. in alijs. & ĩ. de hær. excõicamus. §. 1. & 11. q. 3. rursus. & c. qui [illegible] & iste annus. vtilis est ab initio, qa non currit nisi ab eo tpe quo potuit experiri, vt in decr. plerumque & 2. q. 6 biduum.

K ¶ Non valeant.] illi qui testes produxit, sed aduersario bñ valebunt. q dolum nõ adhibuit. 14. q. 5. c. non sane. quia pro vtraque testificantur.

l ¶ In fraudem.] nõ enim arctãda est alicui probandi facultas. ff. de incẽ. rui. & nau. ne q d. §. de his. & 3. q. 7. §. tria. ver. si qs ex litigatorib. & ĩ. de test significauit, & c. dilecto. Itẽ est hic psumptio iuris & de iure, qtra q non admittit probatio. 54. di. fraternitatẽ. ĩ. de iud. c. vlt. & ĩ. de sp. ad id. & c. is qui. vbi de hoc secus si esset ẽt tãtum de iure. ff. quod metus cã. non est verisimile. 25 q. 1. nec ali[illegible] Bernar.

m ¶ Ad repellẽdum testes.] re stib. humanis reb. exemptis: p quos testes recepti reprobant siue eorũ dicta, ĩ. de test. c. ex tenore & c. psentiũ. & C. de qtrah. em. l. optimã. & ver. & si inter [illegible] partes, vel qa se absẽtarẽt, vel efficerent inimici actoris. ff. de Carbo. edic. l. 3. § duæ. & ff. de fur. l. qdam & arg. ff. ad l. Aquiliam. in lege Aquilia. D[illegible] vero illorũ posset qñq; reprobare ex ipsis depositionib. & p testes ẽt post morte ipsorũ testiũ, & p[illegible]nas, dummodo testes haberet p quos posset hoc probare. C. de [illegible] 2. fine. 2. q. [illegible] C. si pen. app. quãuis, [illegible] merent [illegible], ideo ĩ. annum dẽt denuncia [illegible] reo receptionem [illegible] lem factã cõtra eũ: qđ nisi fecerit, non valebit talis receptio testium.

1 Et idem vbi vsurari[us] in testamento reddi iussit. nam tũc recipiuntur testes lite ñ cõtestata: & idem dicunt quidã vbi [illegible] que qs iurat aliquid [illegible] pa[illegible] nõ repetere [illegible], & ẽt [illegible] mento, sm Inn. Cũ ergo sit eadem ratio: ergo idẽ ius. de ạstit. translato. Ioã. And.

2 Ex sup exceptione, q dic, vt no. s. de off. dele. prudẽtiam. §. sexta. Ioã. Andr.

3 Idẽ Gof. In not. & Host. nec .n. est in eis bursale interesse sicut i ciuilib. sm Ab. sm Inn. est ratio, qa testes recipi nõ dẽnt nisi pcedat accusatio q habet fieri p psentẽ, & de psente. 2. q. 8. c. 2. & c. pscripta. Vin. dixit alternatiue tñ q in criminali possint recipi testes, de quorum morte timetur: qa tam. tenet actor ad talionẽ, sed hoc est verũ post inscriptionem de accusa. licet. Ioã. An.

Testes mortui an possint reprobari.

a ¶ Vel

a ¶ Vel aliæ.] exceptiones el dentes principale negotium, vt puta præscriptio, … am tūc poterat probare, vel pactum de non petēdo, vel cōsimiles: quia pōt esse q tūc tpis probationes sup … is haberi nō possent: arg … ad leg. Aquil. in lege. & ff. de rur. l. quidam.

…ctis. ff. de fideic. l. cū vero, § pen. & sunt tres modi cōtumaciæ, & quocunq; illorum aliquis contumax sit, habetur pro contumace. Primum modum habes hic: & alios duos modos cōtumaciæ hēs 11. q. 3. cer… e.t. ADDITIO. Vnde versus.

Casibus in tribus quis dicitur esse rebellis.
Impedit, occultat iussis parere recusat.

aliæ [a] locum habere non possint.

¶ *Cum agitur de matrimonio carnali vel spirituali, possunt contra contumacem et lite non contestata testes recipi, & senteia diffinitiua ferri: Si vero reus est absens, sed non contumaciter tunc in carnali non proceditur, sed expectatur absens. In spirituali vero si agatur de contracto, stabitur iuribus antiquis; si de contrahendo, expectatur absens per sex menses. Sed de hoc vltimo quando agitur de contrahendo, dic hodie vt in cap. quam sit. & cap. cupientes de elect. in 6. vbi aliter est prouisum hoc dicit.*

¶ Porro speciales causæ possunt occurrere, in quib. casualiter esset aliud obseruandum: vt (verbi gratia si sup alicuius [b] electione [c] vel copula† maritali quæstio moueatur) tunc etenim (ne propter longam moram in spiritualibus & temporalibus patiatur ecclesia lesionem: vel viro siue mulieri fornicationis occasio præbeatur. maxime cum propinquitatis gradus opponitur lege diuina prohibitus [d]) in huiusmodi [e] casibus (si cōtumax apparuerit is, in quem fuit actio dirigenda, siue quia peremptoria citatione recepta venire contemnit, siue quia maliciose seipsum occultat [f]†; siue quia impedit [g] ne possit ad eum citatio peruenire) testes lite non contestata sunt merito admittendi, & nihilominus (si de causa liqueat) ad diffinitiuam sententiam procedendum.

¶ Si vero aliter [h] absens fuerit, & agatur de spirituali coniugio inter prælatum & ecclesiam iam contracto, electione maxime [i] confirmata; illud in hoc articulo volumus obseruari, quòd super expectatione talium personarum, in sacris est canonibus [k] diffinitum. ¶ Quod si forsan agatur de spiri-

1 Puta Vellei ani, Macedoniani: vel q pecunia non sit versa in vtilitatē ecclesiæ & hmōi s̄m Inn. Io. Andr.

PORRO. In §. isto vsq; ad §. sunt & alij excipiuntur alij duo casus à regula supra posita, & pingui' excipiuntur isti quam p̄cedentes: cū in istis possit ēt ad sentētiā procedi. Et diuiditur in duas partes principales. Nam primo decidit quid iuris quādo reus est absens p cōtumaciā. Secūdo: ibi. Si vero. ponit qd qñ est absens sine cōtumacia. Et ista secūda subdiuidit in tres. Nā primo tractat de matrimonio spirituali iam cōtracto. Secūdo de cōtrahēdo: ibi Quod si. Tertio de carnali: ibi, Si autem. Ab. Siculus.

CASVS. In isto §. excipiuntur adhuc duo casus a prædicta regula, i quib. testes recipi possunt lite nō cōtestata. Primus est si super electione alicuius quæstio moueat. Secūdus, si sup matrimonio sine copula maritali q̄stio oriatur. In his duob. casibus ne propter longam moram in spiritualib. & temporalibus patiat ecclesia læsionē, & ne viro vel mulieri fornicationis occasio p̄beatur, si contumax fuerit ille cōtra quē actio fuerit proponēda, testes lite non contestata sunt admittendi, & si liquet de causa, ad diffinitiuam est procedendum.

SI VERO. In isto §. dicitur, q si ille cōtra quem procedit, sit absens, & non p contumaciam, & agatur de spirituali coniugio inter prælatū & ecclesiam iam cōtracto, illud obseruetur quod super expectatione talium est in sacris ordinibus cōstitutum. Sed si agat de spirituali cōiugio cōtrahendo, electus p spatium sex mensium expectetur, nisi superior plus vel minus viderit expectandum pensatis negotij circunstantijs. Si vero de carnali coniugio sit agendum, tamdiu alteruter cōiugum expectet, donec de ipsius obitu uero similiter p̄sumatur: quia cū sine culpa sit absens, vel iusto forsan impedimēto detineatur, vel voluntate propria, sed non malitiose in remotis partib. morā faciat, ita q in breui citari non possit, & ideo contra eum p̄cedi non dēt, cum si præsens esset, forsitā legitimas defensiones haberet, eo nō obstante q de lapsu carnis posset opponi, qa in matrimonio multi casus occurrunt, in quibus cōiuges continere, coguntur sine culpa, causa tamen subest.

† Cōtrahenda vel cōtracta, sed is q abest contumax est, & sic variat à sequēti, si autem. secun. Hosti. Ioan. Andr.

† Vide text. in l. contumacia. cum no. ff. de re iur.

b ¶ Alicuius.] electi, non confirmati, & qui nondum consensit.

c Electione.] puta q nō sit canonice celebrata, vel q electus sit criminosus, & licet videat loq capitulum in p̄lato, pōt idē dici in electione cuiuslibet clerici. qa ibi lædit eccl'. ex longa mora, vel ēt si vocat vt cōsentiat, & non veniat. s̄. de ele. c. statuimus. in conci. Lugdunen̄.

d ¶ Prohibitus.] j̄. de restitu spol. literas. & 30. q. 3. Pytacium.

e ¶ In huiusmodi casibus.] superfluit ... ablatiui, qa hoc aduerbium tunc, quod præcessit, suffecerat.

f ¶ Occultat.] ... 5. q. 1. q… s. de alie. iu. mu. cau. fac. c. 1. s̄. de offi. de leg. c. consultationibus.

g ¶ Impedit.] talis habet pro citato denunciatione facta publice ad domum suam. j̄. de cleri. non resi. ex tuæ. & j̄. de do. & contu. c. vlt. ff. de euic. c. si. dictū. §. si præsente. & l. si ideo. §. p̄senti. Et ita sufficit q publice edictum proponitur ad domum 2. suam vel eccl'iā vt dicunt iura prędicta: & citar: potest litteris vel edi

2 Cum vero domus, vel loc' habitationis tuto adiri nō potest, sufficit quod citatio fiat in palatio Papæ, vt latius prosequitur hic Ioānes And. de quo vide extraua. Bonifacij octaui, incipit. rē non. nouā.

h ¶ Aliter.] id est, non p contumaciam. s̄. de off. deleg. c. consultationibus. Ber.

c ¶ Maxime.] propriè sic s̄. de ele. cum inter. 3. ver. vt per mutuum, & c. Alij exponunt, maxime, idest, tantum,

[Gl. seq. ponit sex varietates temporum, de quibus loquuntur iura sup absentia clericorum, distinguēs; aut scitur vbi est clericus absēs, aut ignorat. Et a d hāc distinctionem opponit & soluit. subdit de expectatione electorum: & suorum aduersariorum, & de absentia accusatorum vel denunciatorum. Ioan. Andr.

K ¶ Canonibus.] de hac absentia varie loquuntur canones. Quidam dicunt de duobus mensibus. 7. q. 1. p̄sentium. Quidam de trib. septimanis vt ea, causa. qu. 1. si quis in clero. Et quidam de quinque annis. j̄. de cleri. non resi. c. 2. Quidam de tribus. Quidam de quinque mensibus 100. dist. quoniā. & 75. dist. quoniā. Quidam de una hora 91. dist. clericus. 92. dist. c. ulti. Super hac expectatione dicendum est, quod si aliquis est absens in eo loco vnde possit citari, vel in studio, vel in

aliquo

tuali coniugio contrahendo; is qui est in prælatum electus, per spatium sex mensium expectetur; nisi pensatis negotij circunstātijs, per superioris prouidentiam magis, vel minus fuerit expectandus. a

¶ Si autem de carnali coniugio sit agendum, b tamdiu alteruter coniugum expectetur, donec de ipsius obitu † verisimiliter † præsumatur: c quia cum sine culpa sit absēs; vt † si captiuitate, vel ægritudine, aut alio iusto impedimento forsitan teneatur; aut etiā propria, sed non malitiosa d volūtate, in remotis partibus moram faciat, † vt de facili vel in breui citari non posset e ei quidem præiudicari non debet: f cum habeat forsan exceptiones legitimas ad intentionem contrariam elidendam: eo nequaquam obstante quod de lapsu carnis posset opponi: quoniam in coniugio multi casus h occurrunt; in quibus coniuges sine culpa, sed non sine causa continere coguntur.

¶ *Ad perpetuam rei memo-*

aliquo loco vbi apparet manifeste, quia non latitat prælatus illius ipsum legitime monere debet vt ad suam ecclesiam reuertatur ĵ.tempus conueniens ſm locorum distantiam, & tpis qualitatem ipso prælato præfigendum. 1 Quod si non venerit, poterit postmodum suo beneficio spoliari, nisi rōnabilem cām ostendat, quare venire nō possit. ĵ.de cleri.non resi. inter quatuor. & c.ult. ĵ de app. peruenit 2. uel si aliàs de licentia p̄lati sui se absentat usque ad certū tp̄s sibi statutū ĵ.quod reuertatē, tūc si non reuertatur ad terminū, ep̄s potest illū priuare bñficio & officio: nisi iusta cā impediat. & sic loquitur illud c.7.q.1. p̄sentium. Dico tñ q̄ siue clericus sit absens de licētia ep̄i ad certum tp̄s, siue præter licēt. im, ep̄s sem p ipsum primo monere dēt ut redeat p iura prædicta. ĵ. de cle.non resi. c.inter. & c.ult. & ĵ.de app. peruenit 2. aliàs non teneret snīa lata contra absentem non uocatum neq; citatum; & iura antiqua, quę hic signant, sic intelligūtur. Verum est q̄ clerici ab ecclesijs suis abesse non dēnt, tñ si hoc contingat, taliter sunt uocandi anteq̄ spolientur, & ita secundum est circa eos qui cōparēt, & citari possunt. Si uero nescitur ubi sint, 2 nec citari possunt personaliter, trinæ citationis edictū apud eorum ecclesias publice proponatur, ut reuertantur. & si ultra sex menses uenire distulerint, suis beneficijs postea spolientur. ĵ.de cle.non resi.ex tuæ. & sic qualitercunque sit aliquis absens, semper debet citari p̄dicto modo. Item uī q̄ melior sit coditio illorum, q̄ malitiose se absentant, quam conditio illorum qui comparēt, & citari possunt personaliter: quia illi hīt sex menses, isti citantur ad arbitrium p̄lati uel ad mēsem, uel duos, uel plures, uel minus, ſm q̄ requirit & exigit distantia locorum, sed illud contingit, quia nescitur ubi sunt, quia potest esse q̄ sint multum remoti uel impediti, nec in breui p̄nt p consāguineos reuocari uel amicos Et ideo maius tempus, & certum datē eis ultra quod ecclesia uacare non dēt, ĵ.de cōcess.pb. nulla. & hoc l.cum habet in his clericis & p̄latis qui iam confirmati sunt, & possessionē diutius habuerūt, uel etiam consenserunt. De his uero qui solummodo electi sunt, nec confirmationē uel possessionē habuerunt, teneas qđ hic dr̄: quia expectantur p sex mēses plus uel minus ſm q̄ uisum fuerit superiori, cum p ɔtumaciam nō est absens. Si uero ille qui accusat electionē, aut excipit cōtra electum, non comparet anno elapso: electus pōtest ɔfirmari. ff.de mune. & ho.reus. Sed non credo q̄ tm̄ sit expectandus, immo superior præfigit ei certum terminum ĵ.quem compareat prosecuturus intentionem suam. alioquin confirmabit eum. ĵ.de accu.licet. & ĵ.de clan.despon.c.cum inhibitio. & ĵ.qui matri.accusa.pos.cum in tua. & hoc totum expeditum est. s̄.de elect.statuimus. sed in ep̄atu dantur accusatori tres menses. in Auth.de san.epis. §. si quid aūt.col.9. sed potius ista in arbitrio superioris consistunt ĵ.de do. & contu. cum olim 1. contra. sed ibi soluitur. si uero contra prelatum absentem agatur criminaliter, vel etiam ciuiliter per denunciationem alicuius: tunc citetur vt veniat ad defendendum se, si non veniat, excommunicetē pp contumaciam, & expectabitē p annum, & post annum procedatē cōtra ipsum sup bonis, non super crimine. ſm q̄ traditur. 11.q.3. rursus. & ca.quicunque & ĵ.de do. & cō tu. veritatis. vbi de hoc.

a ¶ Expectādus.] postmodum pcedit ɔtra eum, & recipientur testes, & diffinitiue procedetur, uel aliꝰ eligatur, si non uult consentire, & nil ei opponitur.

b ¶ Sit agendum.] cū non sit absens p contumaciam.

c ¶ Præsumatē.] p famam, q̄a senex erat, uel ēt q̄a i acie fuit, nec rediit, p̄sumitur q̄ bis casib. sit mortuus. & si contrahat credēs ita, excusatur ab adulterio, ēt si uiuat: pp ignorantiā. 35 q.5. cum per bellicā. q̄a non ɔmittitē adulteriū sine dolo. ff.de adul.l.pe. 3 uel si receperat lr̄as illorum cum quib. militauit, C.de rep. Auth. hodie dic tñ q̄ non dēt ɔhere, nisi primo sit certa de morte ipsius. ĵ.de secund.nup.dñs. ĵ.de spon.in præsentia. sed satis certum e. t illi p solas huiusmodi uiolentas præsumptiones postquam aliquanto tēpore duxerit expectandum, forte per annum uel etiam quinque ann. ut in prædicta Auth.hodie.

d ¶ Malitiosa.] 4.q.3.§.item his qui, non detractandi causa.

[Gl.seq.ar.q̄ non tenet, &c. tenet contrarium, quod postea moderatur.

e ¶ Citari non posset.] si non p̄ōt citari, ɔ̄ ipsum pcedi non pōt. Et sic est arg.q̄ nō tenet snīa, cum pemptorium non peruenit in notitiam absentis 3.q.9. canctē. ff.quæ sen.sine ap.rescin.l.1.§. item ex eo edicto.4.C. quomodo & q̄n iud.ea quę ff.locati.l.item quæritur. §.exercitu. Sed verius est q̄ sufficiat si diligens sit inquisitio facta, licet non sit inuentus. inf.de do. & ɔtu. cām. & c.vlt. & inf.de cle.non resi.ex tuæ. & 7.q.1. p̄sentium. & C.de iud.properandum; §.si quidem. ff.de euic.si ideo.§.præsenti. & l.si dictum.§.si præsente. & hoc verum est quando malitiose est absens: aliàs non proceditur contra eum quantum ad casum præsentis litteræ.

ADDITIO. Nam quantum ad missionem in possessionem bene procederetur q̄ dic vt inf. de eo qui mittitur in possessionem.c.fi.secundum Inn.Io.An.

[Gl.seq.successiue.signat. & soluit duo contraria.]

f ¶ Non dēt.] ar.contra.inf.qui fil.sint legi.platū, sed ibi agebatē tm̄ de p̄le an esset legitima vel non, & nō contra absentē ille fuit requisitus, vt ibi innuitē. Contra inf.qui mat.accu.pos.c.1. illa corrigitē p istā. Præterea illa fuit absens culpa sua propter maleficium q̄ commiserat, uñ non præiudicat mulieri. & sic differt casus ille ab isto: & ibi soluitur.

g ¶ Opponi.] respondet tacitæ quęstioni Diceret aliquis, si mulier tantum compellitur [illegible], incidet forte in fornicationem. & Papa respondet ad hoc.

h ¶ Multi casus.] ut si alter de [illegible] labāt in heresim. 5 ĵ.de diuor.quanto.uel.s.alter coniugum incidatur,

1 Et iō diuersa tēpora sunt statuta per canones, ut deno tei id arbitrarium ſm Hos.Io. An.

† Adde quot modis pbetē aliqs mortuus, docet Odofredus in l.fi. C. de sacrosan. ec. Cynus in l: si quidem. C sol. ma. & Maranta in rep.l. is pōt. vbi ponit 23. modos.

† verisimili

† In codice, Barbatiæ ita. vt in captiuitate, uel i firmitate: aut alio, &c.

2 Vnde dari non debuit tp̄s arbitrariū: de quo de ele.cupiētes.j.tñ.li.6. ignorato. n. loco impossibile foret illud arbitrari. Ioā. And.

† Adde de modo probandi iustā absentiā in l.pe.§.adorimen. ff. de pub.iud.

3 Qui ignorās mulierē non iure repudiatā aliā ducit, adulterium non committit, Io.And.

4 Ibi non puenit: quia nec propo si tum fuit ſm Io. qui hoc no. in canone statim al leg. & facit qđ no. s̄. de postula.ti.1. in 4.gl. Ioā. And.

5 Per heresī. n. nō dissoluitur matrimoniū. conci. Trid. ses. sio. 24. de sacramēto matrimonij, ca no. 5.

datur, vel si mulier impotens casu reddatur ad reddē dum debitū. 32. q. 7. illi qui sani. vel si alter furios⁹ fa ctus sit. 32. q. 7. neque furiosus & c. hi qui. vel si in ca ptiuitate alter teneret. ꝟ. de spon. in p̄sentia. vel si vir incidit in casum lepræ. inf. de coniug. lepro. c. 1.

SVNT. Hic excipiunt duo alij casus à regula. Et nō diuidit. Abbas Sic. In isto §. adhuc excipiuntur duo alij casus, in quibus testes recipiūtur lite nō cont. puta cū p̄latus ex officio suo procedit per inquisitionem circa subditorum excessus. Item qn̄ testes ad ꝑpetuā rei memoriam publicantur.

¶ In quibusdam antiquis: Sunt & alij cas⁹ speciales, ī quibus similiter, &c.

1 Hæc glossula non est in antiquis codicibus.

a ¶ Et alij.] alium 1 casum habes quando agitur de bono ecclesiastico obtinēdo, in decre. noua. ꝟ. de eo, qui mit. in pos. causa rei seruan. cum quis: lib. 6.]

b ¶ Inqsito.] & hoc est cum absens est ꝑ contumaciam ille cōtra quem fit inquisitio ꝟ. de accu. qualiter & quādo 2. §. debet & inf. de simon. licet Hely.

c ¶ Publicatio imminet.] hoc tūc fit qn̄ aliqs timet ꝙ sibi in posterū sup aliquo ꝯtractu ꝯtrouersia moueatur: tunc pōt petere a iudice vt testes q interfuerūt negotio, publicent̄ i. eorū dicta redigant̄ in publicam formam ad æternā rei memoriā. ꝟ. de testi. c. significauit. in Auth. de testi. § pen. coll. 7. & in hoc casu omnes testes recipiuntur, siue senes, siue debiles, siue iuuenes, & statim publicantur. & in hoc est differentia inter hanc receptionem, & illam de qua præmisit in principio capituli: quia ibi recipiuntur tantum senes & infirmi. vel de quorum absentia timetur, & illi non statim publicantur. vt dixi.

riam, vel cum agitur per viā inquisitionis, possunt testes sine litis contestatione recipi, & etiam publicari, hoc dicit vsque ad §. in alijs vero.

¶ Sunt † & alij [a] casus similiter speciales, in quib. absq; litis contestatione, legitime possunt testes ꝓduci: vt quando excessuū inquisitio, [b] vel testium publicatio [c] imminet facienda.

¶ Si reus lite non contestata est contumax, & agitur reali, mittitur actor in possessionē rei petitæ causa custodiæ: quā tamen recuperat reus veniēs infra annum si offerat cautionem de stando iuri, & restituat expensas, post annum vero his non seruatis non auditur, nisi super proprietate. Sed si conuenitur reali, qui nomine alieno possidet, nominabit dominum in iudicio, et statuetur ei terminus infra quem faciet dominum comparere, qui si infra terminū non venerit iudex illum citabit, quo adhuc non veniente, iudex mittet actorem in possessionem veram. Si vero reus contumax conuenitur actione personali, mittetur actor in possessione bonorum ipsius rei pro modo debiti declarati & primo mobilium, secundò immobilium si mobilia non existant vel excommunicabitur reus. h d. vsque ad finem.

¶ In alijs vero casibus prudenter est attendendum, vtrum cōtumax actione [d] reali, an personali conueniatur. Si reali, mittendus est actor in rei petitæ possessioné, vt tædio affect⁹ [e] reus veniat responsurus. Qui si venerit infra annum (iudicio sisti præstita cautione, [f] ac exhibita satisfactione congrua expensarum [g]) possessioné [h] recuperet. Quod si cautionem offerre neglexerit [i] infra annum, actor post annum verus [k] con-

IN ALIIS. Totus iste tex. vsq; ad finē loquit iuxta regulā, ſm quā lite non contest. non debet procedi ad sniam vel receptionē testium. ideo dicit, in alijs vero casibus. quia supra prosecutus est compilator qn̄ faciendum. qn̄ potest procedi lite non contesta. Diuidit principaliter in duas partes. In prima ponit modum procedendi, cum agitur reali. in secunda cum agitur personali. ibi, Si autem super personali. Abb. Sic.

CASVS. In §. isto dr̄ ꝙ in alijs casibus a prædictis sex. hoc modo est procedendum, videndum est vtrum agatur actione reali an personali: si agatur reali actione, & reus contumax fuerit, mittendus est actor in possessioné rei petitæ, vt tædio affectus reus veniat responsurus. & si infra annum venerit, præstita cautione de iudicio sisti, & satisfactione recepta de restituendis expensis, possessionem suam recuperet. ꝙ si cautionem offerre neglexerit infra annum, post annum verus erit possessor, reseruata defensione legitima super proprietate absenti.

d ¶ Actione.] duo sunt gn̄a actionum, aut sunt in rē, aut in personam, qualiter hoc sit intelligēdum, traditur be ne inst. de act. in prin. Ber.

[Glo. seq. declarat quid sit tædium passi missionem in reali & personali.]

e ¶ Affectus.] tędium erit in hoc casu, quia actor missus in possessionē expellet reū de possessione, & erit possessor, & ꝑcipiet fructus, & conseruabit eos. ꝟ. de sequest. c. 2. & 3. & si reus venerit ꝟ. annum præstita cautione iudicio sisti recuperabit rem cum fructib. deductis expēsis, vt inf. seq̄tur. sed in p̄sonali actione tędium erit, quia cum cultura spectet ad cōtumacem, ille admissus erit cū eo in agro vt custodiat fructus, ne ille cōsumat illos, ff. vt ī pos. leg. is cui. §. legatorum. 2 & ff. de dam. infec. l. si finita, §. si quis autem. de hoc dicetur plenius ꝟ. de dolo, & contu. cap. contingit.

2 Nec mirū si aliud in vno quā in alio: quia in reali dico me ius hr̄e in re in q̄ sū missus: qd̄ nō est in p̄sonali ſm Goff. de hoc i Spe. de primi. ꝯre. §. iā de effectu. uer. sed quæ est ratio. Io. And.

[Glo. seq notat ex verbo cautionis, ꝙ nuda, &c. tenet contrarium.]

f ¶ Cautione.] ex eo quod dicit, simplici cautione, videt sufficere nuda cautio. C. de ve. sig. l. sancimus. sed non est verum, immo sufficientē cautionem præstare debet. ꝟ. de sequestrati. ad hoc. in fin. & ita pignora vel fideiussores. ff. mand. l. si mandato. §. vlt. & ff. de fideicom. lib. l. ergo. §. adij ci. Bernar.

† Vide gl. in l. cum clericis. C. de episco. & cler.

g ¶ Expensarum.] primo ergo dēt satisfacere in expēsis anteq̄ audiatur vel absoluatur. sic. C. de bo. auc. iu. pos. Auth. qui iurat. C. de iud. l. sancimus. C. quomodo & quando iud. Auth. qui semel.

[Gl. seq no. contra opi. canonistarum, & soluit dupliciter.

h ¶ Possessionem recuperet.] ergo vr̄, ꝙ eam amiserit, & ne alter erit verus possessor. quod est contra nos. ff. de acqu. pos. possideri. Sed expone, possessionem, id est detentionem possessionis recipiat, quam ille habebat. & talis possessio est facti, & non iuris, & in aliena. Vel recuperet, idest, retineat veram possessionem quam non amisit. ff. 3. q. 5. quia suspecti; 27. q. 3. priusquam, in fi.

i ¶ Neglexerit.] nec sufficit offerre, nisi eam præstet. ꝟ. de eo qui mit. in pos. c. Car. ꝟ. de off ordi. pastoral s. in fi. ꝙ si eam non pōt p̄stare iudici, p̄stet epo vel alijs publicis p̄sonis, ut eo. c. pastoralis. ar. contra. ꝟ. de eo qui mit. in pos. c. 1. sed vbi iudex voluerit recipere eā; in c. pastoralis. nullus fuit iudex cui posset, vel deberet offerri.

K ¶ Verus.] idest, vere & incommutabiliter, nam & ante, secundum quosdam est verus possessor, sed non incommutabiliter; quia infra annum tenetur

relli-

restituere possessionē, & ita statim est verus possessor. arg. C. de præscrip. xxx. vel xl. ann. si quis emptionis. §. pen. Nos tamen contrarium dicimus ſm iura canonica. arg. s̃ de off. or. pastoralis. & ĩ. de dolo & contu. cap. contingit.

c ¶ Statim.] id est, ante libelli oblationem, vel etiam post anteq̃ rñdeat. Tenor istius. §. ponit quasi de verbo ad verbum C. vbi in rem act. l. 2.

d ¶ Perducendo.] per illum 2. qui in iudicio dominū nominauit.

† efficietur.

stituetur a † possessor super proprietate duntaxat aduersæ parti defensione legitima reseruata.

¶ Quod si super rebus immobilibus b quisquam conueniatur, qui eas possidet nomine alieno, debet statim c in iudicio dominū nominare, certo dierū spatio à iudice statuendo, † eoq; ad eius notitiā perducendo d, vt vel ipse veniens, vel idoneū dirigens responsalem, actoris intentionē excipiat e. Si vero post tempus indultum, [illegible] dispositum est, noluerit adimplere, tamquam lite, quę ingeritur, ex eo die quo possessor ad iudicium vocatus est, ad interrumpendam præscriptionē longi tēporis, contestata f: dominum possessionis iudex tribus † edictis g legitimis euocabit: & tunc ipso in eadem voluntate manente, negotium summatim h examinans, in possessionē ipsarum rerum actorem mittere non tardabit: omni allegatione absenti super principali quæstione reseruata. i

[Glo. seq. tractat, an secundum decretum sit necessarium, & remittit.]

a ¶ Constitueretur.] & ita est argum. ex eo quod dicit, constituetur, q̃ ante annum non sit verus possessor, vt dictum est in proxima notula. Sed qualiter cōstituitur? forte ab ipso iudice si petatur, & sine forte ĩ. de eo. qui mit. in posses. c. 1. & ff. de dam. infec. si finita. § sed & si quis. & §. sed. & argu. s̃. de offi. ord. pastoralis. in fin. Verius est [illegible] in realibus actionibus 1 non habet locum ſm decretum, nisi aliquis ad cautelā illud impetret: quia solus transcursus anni constituit aliquem possessorem verum, vt s̃. de off. ord. pastoralis [illegible] de dolo. & contu. contingit. In psonal[ibus] vero ſm decretum locum habet, sed non vniformiter. De hoc plenius dicitur in prædicta decre. contingit.

1 Vinc. dixit q̃ si missus in reali detinuit rem cā custodiæ: post annum sine iudice verus est possessor. Si vero nō detinuit p iudicē efficietur possessor. al le. de resti. spol. sæpe. Ioan. Andr.

† finiendo.

QVOD SI In §. pxi. dictum est, qñ quis conuenitur noīe suo. in isto. §. dr̃ q̃ si aliquis conuenit sup rebus immobilibus, quas possidet nomine alieno, dẽt ille statim nominare dñm in iudicio; & iudex dẽt ei terminum assignare vt hoc denunciet dño, & ipse coram eo veniat vel idoneum dirigat rñsalē, vt actioni rñdeat. Si vero dñs ad tempus statutum non venerit, tamq̃ lite contesta. quantum ad interrūpendam pscriptionem longi tēporis ex eo die quo possessor ad iudicium vocatus fuit, iudex vocabit eum legitimis edictis: & si non venerit, iudex summatim examinabit negotiū, & in possessionem rerum petitarum actorē mittere non tardabit, omni allegatione absenti super principali quæstione reseruata.

[Gl. seq. tractat an in rebus mobilibus sufficit dominum nominare, & an in rebus immobilibus ius habens id possit.

b ¶ Immobilibus.] secus enim vr̃ in rebus immobilibus, vbi non vr̃ prodesse nominare dominum in iudicio, cum habeat facultatem restituendi rem. ff. de rei vend. l. officium. in fin. Idem iuris est etiam in rebus mobilibus: quia potest & dẽt dñm nominare in iudicio. C. vbi de cri. agi. opor. Authē. qua in prouincia, [illegible] in rebus immobilibus; quas aliquis possidet nomine alieno, vbi nullum ius habet, si conueniatur, statim dẽt in iudicio dominum nominare, vt hic, & C. vbi in rem act. l. 2. si enim ius habet in re, non prodest dominum nominare, quia ipse posset agere pro iure suo, ergo tenetur se defendere. arg. op. ĩ. de fide instr. G. ppetuus. possessor enim semper conueniendus est. 12. q. 2. quicūque. & 16. q. 1. in canonibus. argu. ĩ. de app. ad audientiam. & s̃. de alien iud. mu. c. 1. & ff. quod met. cau. l. si cum exceptione. §. aliquando. ff. de noxa. de illo. ff. de admi. rer. ad ci. perti. imperatores. §. 1. arg. cōtra. 12. q. 2. de rebus & [illegible] de ser. co. l. in hoc. ff. de ptrahen. emp. l. vlt. e. ar. Lucius. & ff. de his quæ in frau. cre. quæ à debitore arg. ĩ. de præscrip. auditis. & 16. q. 3. inter memoratos.

e ¶ Excipiat.] id est, suscipiat, sic 33. qu. 5. non est nostrum. & ĩ [illegible]

2 Vel [illegible] cem, si forte nominās minus idoneus est ſm Io. & Host. & q̃a periculosum esset dño, [illegible] pella[illegible] cta colono cōstitueret ipsum dñm in mora cōtra id. ff. de peti. hæ. itē ueniunt. §. petita. ideo tutū consilium est, q̃ actor deducet vel faciet iudicē denūciare. nam si colonus nō [illegible] ciaret dño, sibi nō pīudicaret, p 2. alleg. §. Ioā. Andr.

f ¶ Contestata.] scilicet, ne currat præscriptio possessori, q̃m pscriptio possessoris interrupta est p hāc denūciationē: licet videat quasi contestata, non tñ actor audiretur volens pducere testes sup ppietate, ac si lis esset contestata: q̃a illud locum hẽt qñ lis est vere cōtestata, p narrationem & rñsionem: sed hic non est vere contestata: sed quasi, quo ad interrumpendam præscriptionē, vt hic dicit.

g ¶ Edictis.] id est, 3 citationibus ad domum eius missis. ĩ. de do. & contu. causam quæ, &c. vlt.

Glo. seq. tractat quid veniat in cognitione summaria.

h ¶ Summatim.] sic C. vbi in rē act. l. 2. & ff. vt in pos. lega. si is a quo. [illegible] de Carbo. edicto. l. 3. §. causæ. & C. de bo. aucto. iu. pos. Auth. & qui iurat. Et dic, summatim i. semiplene. non enim statim iudex pp contumaciam alterius partis constituet [illegible] entem possessorem, vel etiam mittet eum in possessionem causa rei seruandæ: nisi aliquam videat primo plumptionem pro eo: quia posset esse. q̃ sic aliquis calūniose peteret, vnde iudex primo recipiet ab actore iuramentum de calumnia. ff. de Car. edi. l. 3. §. causæ. & sic obseruatur. & istud iuramentum sufficiet, ita q̃ aliud vlterius non pstabit, si reus ĩ. annum rediret, volens in causa procedere. arg. ff. ad exhi. l. thesaurus, vnde potest ab actore iudex, vt sup hoc scilicet q̃ non calumniæ causā petat, hoc exhibeat calumniæ iuramentum. ff. ad exhi. l. thesaurus & ĩ. de resti. spol. litteras & s̃. de ele. cum dilecti. non enim dẽt iu[dex] festinare ad missionem faciendam: quia si reus probabit iustam absentiæ causam, restituetur. ff. de dam. inse. si finita. §. item si forte. & ĩ. de indi. ca. cum Bertoldus 4 & [illegible] obseruatur hodie de facto: & istud iuramētū sufficiet, ita q̃ aliud actor vlterius non pstabit si reus ĩ. anni redierit, volens procedere in causa, vt in §. 1. sed in casu huius. §. iterum iurabit actor tamq̃ reus, qñ conuenitur: quia primo iurabit vt actor, postea ut reus: & idem est si post annum agere [illegible] it, qui primo conueniebat, secundum quod est in casu huius. §.

† Dictio, tribus, deest in omnibus vetustis exēplarib. Raymundi, & in veteri compilatione.

3 Hæc glossula non est in antiquis codicibus.

4 Vel dic q̃ ideo iudex summatim examinat: q̃a colonus reclamat, & dicit dñm ius [illegible] ſm Ioā. An. in nouel.

[Gl. seq. quærit quandiu, &c. soluit solutioni opponit, [illegible] responder. ponit deinde [illegible] quam repro. vlt. quærit de diuersitatis ratione. [illegible] liciter soluit.

i ¶ Reseruata.] sed q̃diu reseruabitur quæstio proprietatis: ſm canones vr̃ q̃ perpetuo, cum res sit facta litigiosa. & debebat per hoc dubitare de iure suo. Dic q̃ in casu isto bñ potest præscribere: quia bonam fidem vr̃ habere: quia credit rem ad se pertinere: cum etiam iurauerit [illegible] itiose seu per calumniam. petitē illam. & ideo præscribere potest: & iuste possidet

qui an-

qui auctore ptore possidet.ff.de acq.poss.iuste. Quidā dicūt, q in casu isto sicut in priori seruatur qd super possessione vsq; ad annum absenti. Sed prius dictū verius credo 1 & absolute dr̄ hoc: nam sicut reseruatur ius solum possessionis vsq; ad annū. in §. proxim. sicut ibi expresse hoc dr̄, ita hic diceret si hoc esset verum. Sed quę est ratio quare ibi auditur vsque ad annum super possessione, hic vero statim est verus possessor, nec auditur vsq; ad annum super possessione? Ratio illa consueuit assignari: quia maior contumacia præsumitur in casu isto q̃ in priori. quia p plures citationes vocatus est, & plus cōtempsit. primo.n. vocauit colonum. & colonus denūciauit dño: post quam denuntiationē citatur dominus edictis legitimis; & ideo plus punitur, & sufficit legislatorē ita voluisse: sic enim est in lege. ff. q & à quibus, prospexit legis lator. & 9.q.3. scriptum est in lege. ergo ita tenendum est.

1 Hāc gl. sequunt legistę in l. ppe randū. C. de iud. & l. consentaneam C. qño, & qñ iu.

† Vide Antoniū Gomeziū tit. 3. varia. resolu. c. 1. nu. 38. & seq. & Iuliū Clarum in pract. crim. §. fin. q. 58. ve. solet ēt.

¶ Si autem super personali actione conueniatur: vel mittendus est actor in possessionem mobilium bonorum ipsius, vel immobilium [a], si forte mobilia non habeat, pro modo debiti declarati [b], vel in contumacem est ecclesiastica sententia proferenda: ita videlicet, quod alterutra † pœna, quæ magis timeri [c] debeat, iudex a principio sit contentus: ad alteram [d] nihilominus processurus, si hoc meruerit proteruitas contumacis: qui veniens infra annum, vel post annum etiā audietur, iuxta distinctionem [e] in alio casu superius adnotatam.

TITVLVS VII.

De iuramento calumniæ.

¶ Honorius secundus †.

¶ Clericus in causa ecclesiæ suæ iuramentum calumniæ potest alteri committere. & per se iurare non cogitur, nec debet sine superioris licentia.

SI AVTEM. In isto §. prosequitur aliud mēbrū distintionis, dr̄ hic q si aliquis conueniatur super actione psonali, & cōtumax fuerit: vel mittēdus est actor i possessione mobiliū bonorum ipsius, vel immobilia si forte non habeat mobilia, pro modo debiti in libello declarati: vel ptc contumax [illegible] q iudex à principio alterutra pœna sit cōtētus, q̃ magis viderit expedire, ad alterā nihilominus processurus, si hoc meruerit proteruitas contumacis. & si venerit ĩ annū vel etiā post annum audietur. [illegible] q audit ille q conuenit actione reali, q ĩ annum recuperat possessionem, vt dictū est. s̄. §. in alijs. eodem modo audit iste ante annum & post, sicut ille audit ante annum. Not. q ad iudicem ptinet habere curā & diligētiam vt salua sit rerum [illegible]. Itē no. regulam q lite non cōte. testes nō sunt recipiēdi, nisi de morte eorum timeat, vel ab sentia diuturna. Itē pp defectum pbationis recipiunt testes lite non cōte. Itē no. annualē pscriptionē, quæ currit ptra illum q [illegible] testes & valetudinarios, & alios de quorū [illegible] timet. Itē no. [illegible] arctāda [illegible] facultas. Item in matrimonio carnali & [illegible] recipiunt testes lite nō cōte [illegible] qñ altera pars est cōtumax. Item no. hic, q tribus modis dr̄ qs cōtumax. s. qn venire cōtemnit. vel qñ malitiose se [illegible] occultat, vel qñ impedit ne possit ad eum citatio peruenire. Itē q impedit ne citatio ad eum perueniat hr̄ pro citato. Itē mulier dēt virū suum expectare donec de ipsius morte sit certa, & econuerso. Itē qñq; punit quis sine culpa nō tñ sine cā. Itē no. qualiter agit ptra contumacē. Itē reus possessionē ptra se datā post ĩ. annum recuperare. Item missus in possessionem ca rei [illegible] canones verus possessor est. Item q cōuenit nomine alterius, dēt eum in iudicio nominare. Item illa pœna reo est infligenda, q̃ magis timet. Itē diuersis pœnis pōt iudex reum [illegible] item crescēte contumacia crescere [illegible] pœna.

a ¶ Vel immobiliū.] hoc ordine iudices sniam exequuntur, vltimo ad actio decurrit. ff. de [illegible] diuo Pio.

b ¶ Declarati.] in libello suo. C. de bon. aucto. iu. poss. auth. & qui iurat.

[Glo. seq. cum seq. sigant duo contraria. & solui t.]

c ¶ Magis timeri.] illa enim potius est infligenda: qa hoc solū bñ agit, & c. 23. q. 5. pdest. arg. ptra. s̄. de off. deleg. sane. & c. pastoralis. 1. tñ. sed ibi soluitur. 2

d ¶ Ad alterā.] quia crescente cōtumacia crescere dēt pęna ff. de pœ. l. delegati. Sic ergo duæ pęnæ ab initio nō sunt [illegible] s. de iud. at si clerici. Arg. ptra. 16. q. 1. statuimus.

[Glo. sequ. obijcit de l. si prius. ponit primo opi. Ioā. scđo op. La tertio suā op. & solutionem ptrij.]

¶ Verum qm̃ tam possessorium quam petitorium deductum fuerat in iudiciũ, & tam restitutionis, q̃ electionis quęstio plenius agitata, & constitit nobis electionẽ vtriusq; minus canonicam extitisse (cum iudex de qua re cognouerit, pronunciare † debeat) vtramque duximus sententialiter irritandam.

¶ Idem episcopo Nouionensi.

¶ *Qui agit de proprietate, ante conclusionẽ causæ possessorio adipiscendæ vel recuperandæ agere potest. post conclusionem vero & ante sententiam, hoc non potest, nisi iusta causa subsit.*

CASVS. Vacante Bethlehemitana ecclesia, duo electi fuerunt ad eam R. subdiaconus dñi Papæ, & P. canonicus sancti sepulchri. R. subdiaconus fuit confirmatus p Patriarchã Hierosolymitanum, & possessionem adeptus. sed postea per sæcularem potentiam spoliatus. Postmodũ uterq; electus ad sedẽ Ap. accedit: pdictus R. subdiaconus pposuit, q cum esset canonice electus, cõfirmatus ẽt p patriarcham, & spoliatus p potentiam sæcularem: petebat electionẽ suã cõfirmari, & restitui ad possessionem quã fuerat spoliatus. pdictus P. petebat suam electionẽ confirmari lite cõtestata super pdictis petitionibus, & probationibus hinc inde receptis, & examinatis quia dictus subdiaconus probauit se per potentiã sæcularem spoliatum, Papa iustitia mediante ipsum restituit: uerum quia tam possessoriũ q petitoriũ deductum fuit i iudiciũ, et tam restitutionis quam electionis qo plenius examinata, et constitit dño Papæ electionem vtriusque canonicã non fuisse, et iudex de qua recognouerat, pronunciare debeat, electionem utramque cassauit. No. q possessorium et petitorium simul potest intentari, et idem intellige hic quantum ad hoc quod no. ŝ. c. proxi.

b ¶ Confirmatus] ex hoc principio, et ex fin. colligitur, q ꝯfirmatio nil iuris cõfert: ubi electio canonica non fuit. de ele. cum inter cano nicos. & c. cũ dilecti. tñ si possessionem fuerit adeptus. et posmodum spolietur. debet restitui, quamuis non fuerit electio canonica, ut hic patet.

[Glo. seq. alleg. unam concor querit, et dupliciter soluit. secundo quærit, arg. affirmatiue per duas ll. cõtrarium soluit.]

c ¶ Restituendum.] solo uerbo restituit eum, quia in eadem snia destituit eum. sic. ŝ. c. proxi. Quid ergo pdest talis restitutio? quantũ ad hunc casum nil pdest; nisi quia satis fit iuri et petitioni actoris. ff. de iudi. de qua re. et hoc posset qñque prodesse quo ad fructus restituendos, ut spoliator restituat fructus perceptos et qui percipi potuerunt à tempore deiectionis usq; ad tempus litis cõtestatæ. super proprietate, et ita licet obtineat in pprietate, tñ ppea qa ius sibi dixit, qtũ ad possessionẽ restituere dẽt fructus pceptos. Sed nunquid ille q est i possessione, ut et fructibus? Vr q sic: qa alimẽto. a cã ueritati ñ prudicat. ff. d his q sui vl aliẽ. iur sunt. si index. Et pupillus p p. inopiã qnq; pcipit alimenta à scripto hærede, qui appellauerat, usq; ad finẽ litis. ff. de inof. testã. si instituta. §. de inofficioso. Sed ꝯtrariũ uerũ est, quia ca canonicũ nõ habuit ingressũ, dẽt restituere fructus, quos inde pcepit, & est expssum. ar. ĵ. de pb. dilecto. & melius ĵ. d iure pat. cũ dilectus. in fin. qa quasi intrusus est: unde nil debet inde commodi habere, ne de improbitate sua commodum consequatur. & est arg. ad hoc quasi expressum ĵ. de re. ti. spo. grauis. et fructus illi restituendi sunt ecclesiæ unde illos percepit.

[Glo. seq. not. duas petitiones: etc. alleg. 7. iura. secundo quærit, et dat tres sol.]

d ¶ Tam possessoriũ q petitoriũ.] et sic duæ petitiones eodẽ iudicio expediuntur. arg. C. de off. rec pro uin. l. 1. et in eodẽ libello, et sic uno processu duplex cõmodũ quis cõsequitur. arg ff. p socio. si fratres §. si plures, et ff. fa ercis. hæredes. §. si de plurib. ff. de act. emp. et uend non est nouũ et ff. quorum. leg l. 1. § qd autẽ. et ĵ. e. cũ dilectus. et ŝ. eo. c. 2. et ĵ. de cap el. mo dilectus. Sed qualiter possessoriũ et petitoriũ deductũ fuit in iudiciũ ab utraq; parte? de hoc dixi ŝ. eo. c. prox. Quidã dicũt q neuter possidebat, alias nõ potuit intentari. sed ab utraq; parte hoc nõ posset fieri. nisi uterq; fuerit spoliatus, sed alter tm̃ fuit spoliatus, unde pot dici, q in rebus incorporalibus datur actio possessori p tuendo iure suo, ut in proxi. c. dictum est. Vel uerius dicas, q hic alter tantum fuit spoliatus, qui intentauit simul petitorium et possessorium, reus uero possidebat, defendebat se super utroque. et sic quodammodo utraque pars deduxit vtrumque in iudicium. ĵ. eo. cũ dilectus, quia non debet actori licere quod reo non licet. ff. de regu. iur. non debet, sed verius est q alter tantum petitorium intentauit; qui dicebat se canonice electum, quia & hic non dicitur, quod vtraque pars deduxit in iudicium vtrumque, possessorium & petitorium.

e ¶ De quare.] ff. de iudi. de qua re. hæc regula fallit in causa criminali episcopi, 3. q. 6. quamuis, & c. dudũ fallit in sententia lata a superiori. ĵ. de re iu. l. de cetero fallit vbi sola cognitio demandata est. ĵ. de rescri. cũ olim. §. verũ. & sup. de offic. ord. delectus. item fallit in incidentibus quæstionibus, vt dictum est supra de ord cog. ca. 3. C. de ord iud. l. 1. & ... vnde ita intel. igitur de qua re cognouerit principaliter & de ea pronunciare debet, vt hic quia petitorio & possessorio principaliter agebatur ab altera parte.

ADDITIO. Item fallit propter appellationẽ, recusationem, vel reuocationem quia tunc pronunciare non potest minor iudex, qui cognouit. ĵ. de appel. dilectus. Io. And.

† Cap. 2. eo. ti. in 3. cõp.

† al. ita. Et qs se probauerat. alias ita; Eũ q se probauit.

1 Adde qd hec opi gl. est cõior & uerior, cum qua concor. Ì hrs. ff. d iu.

† In codic. Barbatiæ ita de ea pronũciare deat.

2 Concor. l. de quare. cũ sis ff de iudi. & l. a diuo Pio & ibi Bar. eo. tit.

Pasto-

Pastoralis.]Duæ sunt partes. In prima ponitur consultatio. In secunda responsio: ibi, consultationi, Secunda subdiuidit in duas partes. Nā primo rñdēdo distinguit, an sit vel non sit in causa cōclusum, Et sm membrum: ibi, Si uero. prima secundæ tria facit. primo rñdet ad primū membrū distinctionis. Secundo: ibi, Cū legali. rationem pro bat legem. Tertio: ibi, Alijs protestatur. Secunda secundæ et ā facit tria: q primo rñdet secundo membro, responsionis causam interendo: ibi, Ne lites Secundo in verb. Nisi. vnū casum excipit, quem statim exemplificat: ibi, puta. Tertio: ibi, His igitur. dat generalem doctrinam. Abbas Siculus.

†Cap. 3. eo. ti. 3. copil.

CAP. V.

Pastoralis † officii: & infra.

¶Sane (sicut intimasti) contingit aliquando, ut cum is qui se asserit spoliatorē, suum trahit spoliatorem in causam, inter ipsa iuris auspicia[a] requisitus,[b] quo malit experiri[c] iudicio, litem proprietatis ingreditur, de illata sibi violentia nullam faciens mentionem: cum autem fuerit ī causa processum, nouum iudicium super possessorio nititur inchoare: & infra.

¶ Consultationi tuæ taliter respondemus, quod possessorio quidem iudicio, quodd ď recuperanda

est hic arg. φ cum plures actiones nomine eiusdē rei competunt, ut ff. de mino. verum una illarum est eligēda. ff. de tuto. φ in hæreditatem. §. eligere. ff. de reg. iur. nemo. 2. §. quoties.

[Glo. seq. prosequitur triplex possessorium: scilicet adipiscendæ, recuperandæ, & retinendæ: & ponit tria interdicta primi, duo secundi, & a uo tertij, demum ponit quadruplicem lecturam illius ver. Alijs possessorijs prima quod loquitur de possessoriis retinendæ. & soluit cōtrarium de §. nihil. secunda loquitur de interdictis; q̄ habent mixtam causam. tertia de præparatoriis. quarta secū dum casum l. 1. C. de appel. & in fi. primam approbat.

CASVS. Aliquis fuit spoliatus ab aduersario suo: spoliatus traxit suum spoliatorem in causam requisitus a iudice quo iudicio velit experiri, ipse statim obtulit libellum super ꝓprietate, de illata uiolentia nullam faciens mentionem, postquam fuit in causa processum, uult redire ad possessorium, & agere de uiolētia sibi illata, nouum iudicium super possessorio intētando. quæritur quid iuris sit? Rñdet φ ille qui cœpit rem vendicare, bene potest agere possessorio iudicio, quod proponitur pro recuperanda possessione, seu ēt adipiscenda, antequam sit renunciatum aut conclusū in iudicio proprietatis primitus instituto. & hoc ꝓbatur per legem, qua dr̄, φ ille qui fundum cœpit ab illo vendicare, cum quo interdicto vnde vi poterat experiri, pēdente iudicio proprietatis pōt nihilo minus agere interdicto vnde vi, alijs possessorijs iudicijs, scilicet interdicto vti possidetis, & vtrobi, i suo robore duraturis, q̄ de sui natura præcedant vendicationem dominij, nec simul tractari possunt cum proprietate. Si vero renunciatum sit aut conclusum in iudicio proprietatis, vt iam possit ꝑ diffinitiuam sñiam terminari, ne lites ex litibus oriantur; & via possit fraudibus aperiri, causa non decisa, possessorio non erit vtendū, nisi iudex, qui de causa cognoscit, ex iusta causa viderit hoc expedire, puta, si ex apertis indicijs facile arguatur iniquitas inuasoris, vel per malitiam, qui casu spoliato subtraxerit facultatem probādi dominium. His & alijs causis inspectis[quæ continent æquitatē, aut iuste mouerint animum iudicātis] poterit agi iudicio possessorio, postquam ēt fuerit conclusum i iudicio proprietatis. No. φ a iudicio proprietatis, anteq̄ sit in eo cōclusum, potest quis redire ad iudiciū possessorium, & etiam postquam conclusum fuerit, ex iusta causa, vt dicitur hic in fi.

1 Sol. illud pōt intelligi, qñ delegatus expresse prohibuit ne cognoscere ď possessione, vl ubi petitorium tm̄ sit propositum & nō possessorio pronū ciatū: sup. de offi. deleg. cū dilectus. ad finē: verius est q per sniam lētā super possessione, nō ꝑimitur vo lēt. agere super propriētate. Host. & And.

a ¶ Auspicia.] idest, exordia litis. C. de excep. l. pen. & C. de codic. l. vlt. 1. respon.

[Gl. seq. not. tres casus, quibus delegatus petitoriū & possessorium cognoscit, & signat contrarium]

b ¶ Requisitus.] a iudice scilicet, & hoc cum vtraque causa commissa est iudici, vt s. eod. cap. 1. Idem uidetur si causa proprietatis est ei commissa. arg. C. de rei vend. ordinarij. Idem est etiam vbi causa est simpliciter commissa. infra de sequestra. ca. 1. Licet sit contra argum. C. si a non compe. iud. si de proprietate. 1 quia continentia causæ diuidi non debet. C. de iudic. nulli. & supra eod. cap. 1.

c ¶ Experiri.] idem, agere. alibi ponitur pro defendere s. de iudic. cap. 1. nemo enim sine actione experit. sup. de iud. examinata. ff. de adminis. tuto. quoties. §. item si temporali. ff. de neg. gest. si pupilli. §. fin. Item

d ¶ Quod de recuperanda.] ad intelligentiam huiusmodi, not. φ triplex est iudicium possessorium, vel ꝓ adipiscenda possessione, vel recuperanda, vel retinenda. pro adipiscēda possessione proponitur īterdictū quorum bonorum, & interdictum quorum legatorū, & Saluianum interdictū. ff. quo. bono. l. 1. & ff. quorū lega. l. 1. & ff. de Salui a. interdi. l. 1. interdictū pro adipiscenda possessione datur bonorum possessori. & hæredibus hæreditarijs insti. de interd. §. adipiscēdæ. Bonorum possessor nomen est iuris, sicut & bonorū possessio. ff. de verb. signifi. hæreditatis. l. 1. & bonorū possessor dicitur ille qui succedit de iure prætorio. instit. de interdic. §. restitutoris. in glo. bonorum. Et dicitur ideo adipiscēdæ possessionis: quia licet hæres hoc ipso φ sit institutus, & hereditatē adijt, efficiatur dominus rerum hæreditariarū, tamen possessionem earum non adipiscitur, nisi apprehendat possessionem. ff. de acqui. possessio. cum hæredes. in princ. & si ab alio possideantur, potest adipisci earum possessionem per istud interdictum. pro recuperanda possessione datur interdictum vnde vi, & quod ui aut clam. pro retinenda possessione datur interdictum vti possidetis, ꝓ re imobili: vel vtrobi ꝓ re mobili. hoc habes instit. de interd. §. adipiscendæ. & §. seq. & infra de probat. c. licet. Si ergo aliquis cœpit agere rei vendicatione, potest redire ad iudicium possessoriū, quod proponitur pro recuperanda possessione, vel adipiscenda, pendente iudicio proprietatis, vt hic dicitur, & infra de testi. significauerunt. in princ. & ff. de vi. & vi armata, cum fundū. §. ult. & econuerso de possessorio potest redire ad iudicium proprietatis, sed ad interdictum de retinenda possessione, non potest redire pendente iudicio proprietatis primitus instituto, scilicet vti possidetis, uel utrobi, quæ proponuntur pro retinēda possessione: nec econuerso potest redire ad iudicium proprietatis, postquam cœpit agere vti ꝑossidetis: quia sibi met esset contrarius: qui enim proponit rei vendicationē, dicit alium possidere, vt s̄ de iudi examinata, quia possidenti non datur actio. institu. de actio. §. iste quoque. & qui agit vti possidetis, dicit se possidere: vnde pendente iudicio proprietatis non potest redire ad aliud. Nec obstat quod legitur. ff. de acquirenda possessione. naturaliter. §. nihil. in fin. vbi dicitur φ non negatur ei interdictum vti possidetis, qui cœpit rem vendicare: quia illud intelligitur de eo qui ignorabat se possidere. Vel potest dici, quod ibi renunciauit primæ actioni antequam incohearet secundā. Et de his interdictis, s. vti possidetis, & vtrobi, pōt intelligi, qđ sequitur in littera, alijs possessorijs iudicijs in suo robore duraturis, &c. ... his interdictis

2 De materia interdictorū late ꝑ Iasonem, & alios in §. omnium. insti. de actio. & alibi sępe in multis paragraphis eiusdē tituli.

3 Idē Inno. & si dicas qūo potuit ignorare se possidere? Rñdet. Ho. φ is cui successit possidebat, & hoc potuit hæres ꝓbabiliter ignorare. ff. de reg. iur. q ī alterius, & sic dēt probabili ignorantiæ subueniri, cum ea q not. de cle. excom. mi. Apo o- licæ. Io. A.

prius oportet scire qs sit possessor. q̄ quis sit petitor, ut insti. de interd. §. retinedæ. & ideo dicit hic q̄ iudiciū possessionis de sui natura pcedit vēdicationē dominii. Ioan. A. n volebat intelligere q̄ dr̄. aliis possessoriis iudiciis in suo robore; &c. de illis interdictis, quæ mixtam habent causam, in quib. debet quis probare dominiū seruitutis, & possessionem suam, scilicet se iuisse xx. diebus illo anno, sicut est interdictū de itinere actuque priuato, quod datur uolenti reficere iter. ff. de itenere actuq priua. l. 1. §. hoc autem interdicto. & l. 1. & 2. & sic ǰ. de restitu. spolia. ex trāsmissa. & idem in interdicto quod datur de aqua ex castello ducenda. ff. de aqua quoti. & æsti. l. 1. §. ait prætor. in talibus enim interdictis non redit quis ad causam possessionis omissa causa domini. Sed certe de illis non uidetur quod possit intelligi: quia illa interdicta de sui natura non præcedunt quæstionē dominii: qa ibi simul agitur de possessiōe & de iure dominii, ut dicitur. ff. de itin actuq; priuato. l. 3. §. hoc autem interdicto. Vel intellige illud de aliis interdictis, quæ sunt quasi præparatoria ad rei vēdicationē, ut sunt interdicta de liberis exhibēdis, & de tabulis exhibēdis, ut prius appareat quis possideat, & tunc detur alteri rei vendicatio. argu. C. de rei v n. ordinarij. Vel potest intelligi, quia cum agitur de possessione & uiolentia prius agi debet de possessione, ut appareat quis possideat, ut postea qui possidebat, de uiolentia sibi illata experiatur, & sic nunquam ecōuerso. C. de ap. l. 1. & illa verba: quæ uendicationem, &c. non fatiunt implicationem, sed demōstrationem notant, quasi dicat, possessoria interdicta uolunt prius tractari, quam reiuendicatio ff. de rei uend. is qui distinauerit. licet quandoque secus fiat. prior tamen intellectus verior est.

seu adipiscenda possessione proponitur antequam renunciatum sit, aut conclusum[a] in proprietatis iudicio primitus instituto, agi potest[b] ab eo, qui rem cœperit uendicare: Cum legali sit prouisione statutum, eum qui fundum uendicauerit, ab eo cum quo interdicto vnde ui potuit experiri, pendente[c] iudicio interdictum[d] posse nihilo minus intentare:[e] Aliis possessoriis iudiciis in suo robore duraturis, quæ uendicationem dominii sui natura præcedunt.

a ¶ Conclusum.] hoc sumptum est ab Auth. de testi. §. quia uero multi: coll. 7. sic ǰ. de fi. instr. cum dilectus & si mandatum revocetur post conclusionem, nihilominus fertur sententia non obstante tali reuocatione s̄. de procu. auditis. in glo. ad illum.

b ¶ Agi potest.] non tn̄ iudicio, & renunciato priori, & sic saluabis opinionem Ioan. & B. quæ hic reprobari vr̄, & ǰ. c proxi. qui dixit q̄ nunquam simul agendum est possessorio & petitorio, etiam ab eodem. C. de rei uend. ordinarij. & C. quorum bon. l. ultim. & C. de interd. incerti. sic intelligitur illa lex. ff. de acquir. posses. natura liter. §. nihil. qa ibi renūciauit primæ, qui inchoauit secundum.

c ¶ Pendente.] id est, renunciato. secundum Iac. But. sed hæc expositio multū ē extranea & ɔtraria huic litteræ, nec pbat ali pro iure sm̄ canonicā æquitatē plane stat verbū in sua significatione; vt ǰ. de testi significauerunt, vel pendente quousq; constet de possessorio, ut si succumbat in possessorio, reuertat ad petitoriū. Sed si obtineat in possessorio, qd erit de priori iudicio; Fiat qd̄ dicitur in pdicta decre. significauerunt.

d ¶ Interdictum.] interdictū dicitur; quia inter duos redditur; non ab interdicendo. insti. de interd. §. sunt tamen. Interdictum olim erat quædam formata & solennis conceptio verborum, quibus prætor aliquid fieri iubebat vel prohibebat. instit. de interd. in prin. hodie non seruatur solennitas interdictorum: sed loco cuiuslibet interdicti datur utilis actio in factum. insti. de interdi. §. vl. Bernar.

[Glo. seq. q̄rit. arg. affirmatiue, soluit ɔtrariū. Vel ponit tres effectus sentētiæ latæ super possessorio, secundum Panor.]

e ¶ Intentare.] sed nunquid si probauerit uiolentiam, dēt ei adiudicari ppriétas? Videt q̄ sic. 16. q. 6. placuit. C. vnde vi. si quis in tantam, sed hoc non est verum. q̄ quis amittat dominiū rei, ideo quia commisit violentiā? & hoc non est ex natura interdicti, sed ex pœna illius cōstitutionis, si quis in tantam, vnde si vult sibi rem adiudicari. proponat condictionem ex illa lege si quis in tantam. quia per interdictum unde ui, non cōsequitur hoc, sed possessionem cum fructibus.

¶ Si uero renunciatum fuerit uel conclusum, ut iā possit causa proprietatis diffinitiuæ sententiæ calculo terminari: (Ne lites litibus inculcentur, & via possit fraudibus aperiri) causa[f] nō decisa, possessorio nō erit utendum: Nisi iudex q de causa cognoscit, hoc ipsū ex iusta causa uiderit expedire: †Puta cū ex perspicuis indiciis facile arguit iniquitas inuasoris; & spoliato casu seu malitia pbandi dominiū subtraxerit facultatē,[g] ¶ His igit̄ & aliis causis [h]inspectis (q continent

[Glo. seq. no. q̄ succumbens &c. obijcit, & soluit.]

f ¶ Causa nō decisa.] ergo si aliquis succubuit in iudicio proprietatis: adhuc post sententiam potest redire ad possessorium: sicut econuerso s̄. arg. s̄. de elec. querelam. & ǰ. eo. tit. c. 3. quia alius est modus agendi. & aliud petitur, quam prius. ff. de excep. rei iudicatæ. cū quæritur. & l. seq. Argu. eod. c. proxi. ubi ille qui obtinet in proprietate, obtinet in possessorio possessio enim uidetur esse pars proprietatis: sicut usussfructus pars dominij. ff. de vsufru ca. l. 4. vnde obstat exceptio rei iudicatæ. ff. de excep. rei iudi. si quis cum tot. in fi. Ad hoc dicas q̄ si nuda proprietas deducta est in iudicio, post sententiam potest agi de possessione: quia nil habet commune proprietas cum possessione. ff. de acqui. pos. naturaliter. §. nihil. secus si vtrumq; deductum est in iudicium. s̄. eod. c. 1. 3. & 4. & ǰ. c. proxi. Iudex tn̄ q condēnat de proprietate, per consequens cōdemnabit de possessione: nisi reus excipiat de possessione, scilicet pactum vel vsucapionem, & hoc faciat ante sententiam. ff. de rei uen. officium. uen. ubi enim. Io. Si enim aliquis probauit de possessione & non de proprietate; & indeterminate[3] de vtraq; actum est, succumbit in vtroque. s̄. eo. c. 1. & 3. & ǰ. c. proxi. Verū est ergo q̄ qui succumbit in proprietate, & in possessorio: adeo enim præualet proprietas possessioni. q̄ q obtinet in proprietate, erit potior in possessione, cum de utraque simul actum est. licet solo uerbo perdiderit commodum possessionis arg. 16. q. 3. ca. placuit. §. quod si mala fide. & possessio semper sequitur pprietatē ff. de rei uen. officium. in fi. arg. ff. depositi. l. bona fides. verum tamen iudex qui de proprietate tantū datus est, non potest cognoscere de possessione. C. si a non compe. iud. si de proprietate.

[Glo. seq. quærit obiiciendo, & respondet.]

g ¶ Facultatem.] si non potuit probare dominium [ut hic dicit] quid ualet redire ad possessorium cum uideatur condemnandus quia sententia super proprietate trahit ad se sententiā super possessione ǰ. c. proximo? Respondeo, potest ualere quo ad fructus, quos recuperat

† Vide text. in l. dolum, cum gl. 1. & no. C. de dol.

3 Cōcor. gl. fin. in l. certi. C. de itin. di. & Cyn. in l. 2. ff. eo.

3 Quasi secus sit si quasi duobus modis agendi ab eodem agebatur: & de possessione per se: & de pro prietate per se. ǰ. titu. 1. cū ad sedē. & de elec. querelam. Io. And.

2 Procuratoris non iudicis, ne sit cōtra. ǰ. tit. 1. audita Ioā. And.

emperat à tempore deiectionis. Item quia ex quo habuit possessionem, habebit cōmodum retētionis, nisi aduersarius ꝓprietatem probauerit C. de rei ventres alienas. Et quia si spoliator rē petat, potest ei obijci ꝙ amisit ius, si quod habebat ꝑ conditionem ex l. prędicta, si qs in tātam.

a ¶ Aequitatem.] quā iudex semꝑ debet habere præ oculis. ff. de eo, ꝙ certo lo. ꝙ si Ephesi, in fi. & vbi proditum non est ius, procedere debet iudex æquitate pēsata. s. de transac. c. vlt. Ber.

CVm dilectus.] In ꝓcedendi facultate possunt concurrere petitoriū & possessorium; in terminandi modo possessorium petitorio præfertur: in exequendo vero petitoriū possessorio præualet. h. d. Primo ponit decisa ꝯsultatio. Secūdo rñsio: ibi. Ad quartū. q̄ facit tria, primo præsupponit modum procedendi. Secundo declarat ordinem terminandi. Tertio effectum exequēdi Abb. Siculus. Pars huius habetur. s. de arb. cum dilectus. & j. de fi. instru. cum dilectus.

æquitatem,a aut iuste mouerint animum iudicantis) postquam etiam conclusū fuerit, posse agi possessorio iudicio non negamus.

¶ Idem episcopo & officiali Sancti Andreæ.

¶ Si petitorio & possessorio simul est actum, una sententia terminatur & præmittitur possessorium in terminando sed in exequendo præualet petitorium.

CAP. VI.

CVm † dilectus: & infra. ¶ Ad quartum breuiter respondemus, ꝙ cum super possessorio b & petitorio simul est actum: vtrumq; vna sententia debet terminari.† Sed licet ī pronunciatione sit possessio præmittenda, in executione tamen debet proprietas præualere.c

¶ Idem Veroñ, episcopo.

¶ Adiudicatur illi beneficiū qui probauit collatorem suū fuisse in possessione conferendi collationis tempore, per hoc tamen nō prohibetur succumbens agere de proprietate iuris conferendi cum ipso collatore. hoc vult tota littera.

CAP. VII.

CVm † olim quæstio, quæ inter archidiaconum ex vna parte, & archipresbyterū, & canonicos Vincētinæ ecclesiæ ex

CASVS. Aliquis possessorio & petitorio simul egit ꝯtra aduersarium suū: quęsiuit iudex, qualiter deberet ferre snīam. Rñdet Papa, ꝙ cū simul est acta possessorio & petitorio, vtrumq; debet vna snīa terminari, sed in ꝓnunciatione præmittēda possessio, & in executione debet proprietas præualere. Fm quod facta fuit s. eo. cum ecclesia. & c. cum sup. Not. ꝙ petitorio & possessorio simul pōt agi, & vtrumq; vna snīa terminari debet. Item in executione sentētiæ quæstio proprietatis præfertur quæstioni possessionis.

[Glo. seq. ponit vnam lecturā, cui signat cōtrariū. ponit aliam, cui signat etiam contrariā: ex quibus concluditur contra conclusionem alleg. de. §. quia autem & solum tenetur ad secundam opinionem, quā dicit [illegible] M. & respondet ad ipsius contraria.]

b ¶ Possessorio & petitorio.] quidā intelligunt quod hic dicit, qd vnus agebat iudicio vti possidetis: & adu. alius agebat cōtra eū rei vendicatione: & sic intelligitur s. e. ad vltimum & ita planus est casus. Sed cōtra est qd legitur. ff. vti possid. l. 1. §. inter litigatores. quia vti possidetis, dicitur dari inter duos q dicunt se possidere, vt ibi. Vnde verius est, ꝙ idem homo proponebat simul de recuperanda possessione, & proprietate cōtra aduersariū suū & fm hoc signant cōtraria. C. de rei vend. ordinarij & ff. de iud. si de vi. C. de interdic. l. incerti. C. quo. bon. l. vlti. Per illas dicebāt I. & B. ꝙ nunquam poterat simul agi iudicio possessionis & proprietatis. ar. ff. cōtra. ff. quorum leg. 1. §. quia autē: Sed illud est, ꝙ reus non certificabat actorē, & ideo simul proponitur petitio hæreditatis, & quorum legatorum. M. in cōtraria fuit opi. quod possit simul de illis, & nos sumus in eadem opinione, scilicet quod simul possit agi de possessione recuperanda, & de proprietate ab eadem persona: nec est illud contra ordinem iuris, nec contrarietas vel repugnantia hic inuenitur: quia non sunt contraria: vt hic patet, & s. eod. cum ecclesia & ca. cum super: & j. de capel. & mō. dilectus. & ll. prædictæ, ordinarij. incerti. & C. quo. bon. l. fi. non intelliguntur de tali possessorio pro recuperanda possessione: sed interdicto vti possidetis. ibi enim ordinarium est ꝙ possessoriū primo tractet: quia ꝓp euidētē ꝯtrarietatē simul agi nō potest de ꝓprietate, & vti possidetis ab eadē parte, vt dictum est s. c. prox. Si vero vnus vult agere possessorio, & alter petitorio, illud nullo modo est admittendū j. tit. proxi. solicite. in litteris. ‡ item cū qs & c. ex cōquestione, quia q̄stio spoliationis priuilegiata est. s. de ordi. cogn. sup spoliatione & 3. q. 1. & 2. per totū. & cum actor agit vtroq; iudicio, reus pōt se defendere sup vtroque. s. e. cū ecclesia. & c. cū sup. C. de offic. rec. pro. l. 3. Bernard.

[Gloss. seq. signat contrarium.

c ¶ Præualere.] semp enī ꝓprietas tamquā dignior trahit ad se possessionem, ut sequatur dominium: quia iustior est petitio proprietatis. ff. deposi. bona fides. uersic. & hāc probo. & ibi per glo. arg. ff. de pig act. si rem alienā. arg. 16. q. 3. c. placuit. §. ꝙ si mala. arg. j. de sequestra. c. 1. Arg. ꝯtra j. de re iudi. abortā. & quod dicit præualere, intellige quod simul est actum, ut hic dicit. Bernardus.

CVm olim.] Potest summari principaliter duobus modis. Vno modo ut faciat ad primam partē rubricæ, sed de causa possessionis, ut faciat largo modo, uidelicet respectu cōmodi possessionis, & hoc intendit: Sufficit ei cui bñficium seu dignitas est collata, si probat quod cōferēs erat in possessione conferēdi, collationis tempore. Secundo modo potest summari magis proprie, & ad titulum, & ad secundam partem rubricæ, & sic. Succumbēs possessorio, de proprietate potest agere. Et certe hęc lectura licet sit uera in se, non tamē colligitur ex littera. Et primo decise narrat processum. Secundo ibi, Quoniam reddit distinctionis causam, soluit obstacula, & diffinit. Tertio: ibi, Reseruata, protestatur. & causam subdit. Abbas.

CASVS. Inter archidiaconum Vincentinū ex una parte, & archipresbyterum, & canonicos eiusdē ecclesiæ ex altera, orta fuit quæstio super iure eligendi archidiaconū. dicebant enim canonici, ꝙ ad eos pertinebat electio archidiaconi: quare uolebāt eum remouere cum non fuisset electus ab eis: archidiaconus dicebat, ꝙ electus fuerat canonice ab epō Vincē. cui erat in quieta possessione eligēdi archidiaconū & duos antecessores ipsius elegerat epūs Vincēn sine ꝯtradictione canonicorū. sup hoc procuratores utriusq; partis ad sedē Apostolicam accesserunt coram Papa: petebat procurator canonicam electionem archidiaconi cassari, procurator archidiaconi petebat eā confirmari ex causa ꝓdicta; & litē contesta fuerunt sup qōne pmissa, & quia ibi de pmissis contestare non poterat.

Cap 4 co. in 3. cop.

† Vide text. in l. etiam, & ibi Bar. ff. de minor.

‡ Concor. l. si à te. ī prī. ff. de excep. 4. ff. de peti. here.

† Omissis multis intellectibus huius. c. de quibus late Doctores hoc loco, hic vt satis aptus: q̄uis Archidiaconus p eūm eēt electus, non tñ possidebat, vel quasi. & ī [illegible] ipsum archidiaconatū: qđ īpugnabāt canonici hic integra cōsulat vt clarior sit itelligētia.

Imò daī ēt possidēti ꝯtra eū q nō possidet: Ro [illegible] j. de proba. licet. vbi de hoc lo. Andr.

An scilicet ꝑ hīde vel possessore, an ꝓlegua [illegible] Io. And.

terat, de cõi cõsensu procuratoris vtriusq; partis, causa fuit iudicibus delegatis cõmissa. iudices receptis litteris citauerunt partes, canonici petebant inducias deliberatorias, vt possent iudices recusare, iudices non obstantibus allegationib. canonicorũ receperunt testes archidiaconi, & causam ipsam cum attestationibus ad sedem Aposto. remiserunt. Dñs Papa examinato negotio; qa constitit ei per attestationẽ, q archidiaconatus ecclesiæ Vincẽn. ab episcopis Vincenti. collatus fuit duobus archidiaconis continue. qui ante ipsum extiterant, sine contradictione aliqua canonicorum & quia canonici prædicti non potuerunt iudices recusare, nec inducias deliberatorias petere, cũ de assensu procuratoris vtriusque partis dati fuissent, archidiaconatũ p̄dictum dicto archidiacono per diffinitiuã sniam adiudicauit, canonicis Vincen. perpetuũ silentiũ imponẽs. salua qõne proprietatis super collatione archidiaconatus ipsius, si contra epm Vincẽ. contendere voluerint, cum res inter alios acta, alijs obesse nõ debeat. Nota q ille qui est electus & institutus ab eo qui est in pacifica possessione eligẽdi, obtinet ex sola possessione licet postea appareat ius ad alios ptinere. Itẽ iudex datus de assensu pcuratoris dñi, recusari ab ipso ñ põt. Itẽ res inter alios acta, nõ nocet alijs. Itẽ sententia lata propter possessionem, non prǽiudicat proprietati,

altera, & infra.

¶ Quoniam per attestationes nobis constitit euidenter, quod ab episcopis Vincentinis archidiaconatus ipse sine reclamatione aliqua canonicorum, duobus a archidiaconis continue (qui ante ipsum extiterant) fuerat assignatus: & quia canonici prædicti iudices b recusare minime debuerunt, cum causa prædictis iudicibus delegata fuisset, de vtriusque partis procuratorum assensu, c prædictum archidiaconatum eidem per diffinitiuam sententiam adiudicare curauimus: canonicis Vincentinis perpetuum silentium imponentes; d Reseruata e tamen

[Gl. seq obijcit contra binum actum, & soluit.]

a ¶ Duobus.] sed qualiter potuit ille archidiaconus bino actu epi cõseq ius, cũ nec trinus tribuat s. eo cũ ecclesia. sed quadruplex actus necessarius vr. C. de serui. l. vltima. § alijs autem. Sed hoc ideo contingit: qa qui est in quieta possessione eligendi vel præsentãdi, potest eligere & præsentare, & ille consequit ius ex hoc. s. de elect. querelã. j. de iure patro. consultationibus. qui enim est in quieta possessione, debet uti iure suo 1 quousque euincatur ab eo. j. vt lit. penden. c. 1. & 2. 16. q. 4. volumus. & sic consequitur aliquis dominium ab eo qui nõ est dominus, & sufficit hoc electo vel præsentatio tantũ in possessori c obtinere. id est. q elector sit in quasi possessione eligendi, ad hoc vt cofirmetur electio vel præsentatio per iura prædicta.

1 Vnde ſm Hos. ẽt si vacante archidiaconatu canonici appellassẽt. nec eps pferret. & eps nihilominus contulissẽt, tenet collatio epi cui appellatio possessione suã non aufert. ad hoc de iud. neg. pl. c. fi. vbi dixi de hoc. & d mai. & obe. dilecti i gl. sed qd. I. A.

[Gl. seq: obijcit & soluit distinguendo & ad instructionem casus iterum distinguit Secũdo obijcit quod lit. non contest. &c. dat tres solutiones, quarum prima plus placet.]

b ¶ Iudices recusare.] sic patet ex hoc loco, q si procurator tuus impetrauit tibi iudicem, q non potes eum postea recusare, ac si tu ipse eum impetrasses. s. de offi. de le. super quæstionem §. verum. Sed mirum videtur. q factum procuratoris in hoc casu præiudicet domino. cum hic non posset habere dñs recursum ɔtra pcuratorẽ, quia in casu isto procurator est non soluendo: vnde nõ debet nocere domino ff. de dolo. & elegẽter §. pen. & ff. de eo per quem fa. erit. l. vlti in princi. Sed illa iura intelliguntur cum procurator dolum cõmisit secus esset si negligẽter versatus esset: & sibi imputet qui minus diligentem procuratorem cõstituit. ff. de mino. cum mandato. in fin. potest tñ pars læsa propter negligentiã procuratoris nomine ecclesiæ petere in integrum restitutionem. 7. de in integ. rest. cum uenissent. In casu isto dico, q si dominus dedit certam formam de certis psonis pro iudicibus obtinendis, & ipse egressus est illam formam petendo alios iudices, tunc non fit præiudicium domino, quin possit illos recusare si voluerit. ar. s. de offi. dele. cum olim, & C. de procu. si procurator. & hoc est expressum j. de app. significante. circa medium: ibi, cõtra inhibitionẽ & p glo. ibi. Sed si simpliciter fuit constitutus procurator ad impetrandum iudices, non dando certum mandatum de certis personis: tunc non potest iudicem recusare. arg. l. prædictæ, si procurator. Qñ præiudicet factũ procuratoris domino, & quando non, dicitur s. vt li. nõ contest. c. c. 1. 2 Sed qualiter fuerũt hic recepti testes lit. non contestata. post recusationem, si non consentiebant in iudices; licet de consensu procuratoris eorum fuerunt obtenti? Ideo recepti sunt non obstante recusatione, qa in p̄sentia Papæ lis fuerat p illos pcuratores contestata, vt patet in antiqua decre. 3 alias non fuissent recepti si nõ cõsensissent. vel non valuisset receptio testiũ lite non contestata s. vt lit. non contesta. per totũ. vel dic q bene valuissent attestationes ẽt lite non contest. cũ illi canonici fuissent actores, si fuerunt cõtumaces vt j. de do. & contu. causam quæ. vbi de hoc not. & s. vt li. non conte. qm frequẽter. in prin. vel si erant rei: quod verius vr per ipsam litteram: & si contumaces 4 fuerunt, bene possunt testes recipi lit. nõ conte. supra vt li non contest: qm frequenter. quia agebatur de electione: sed verum est q lis erat contestata.

2 Adde p l. si pr. ff. d his q i frau. cre. & l. 1. §. dictum ff. ne vis fiat ei.

3 Et in registro ſm In. qui dicit ibi patere, qd post litẽ ɔt. de ɔsensu pcuratoris dati fuerit tres iudices quorum alter erat canonici qa ɔsãguineus archidiaconi. Io. And.

c ¶ Assensu.] & ab eis esset rescriptum impetratum: nec induciæ deliberatoriæ dandæ sunt impetranti, 3. q. 3, induciæ. §. ei autẽ. nec dilationis inducias petere debent, cum apud sedem Apostolicã per procuratores vtriusq: partis lis erat cõtestata: & hæc littera probat q canonici erant actores, qñ impetrauerunt rescriptũ.

d ¶ Imponentes.] & hæc lr̃a pbat q canonici erant actores: quia reo non imponit silentium: sed absoluit actore non probante. Ber.

4 Dato etiã q appellauerint: ex p̄dicta cã frustratoria ſm Inn. ad hoc. j. de dol. & con u. cum, qui. li. 6. Io. And.

[Gio. seq. obijcit q exceptio rei iudicatæ, &c. & dupl'r soluit, & in fine soluit improprietatẽ ad titulũ.]

e ¶ Reseruata tñ, &c.] sic s. de ele. querelam. Sed nunquid eps põt repellere istos p exceptionẽ rei iudicatæ: nam cum ille obtinuit, qui habuit causam ab epo illud debet epo, pdesse: sicut pactum factum a debitoribus hæreditarijs (ne ab ipsis petat) cum emptore hr̃ditatis; nocet venditori ipsius hæreditatis, ff. de pact. si cũ emptores. Sed non est verũ, qa exceptio rei iudicatæ trãsit ab actore suo ad alium, scilicet emptorẽ sed non reuertit ad actorẽ suum. ff. de excep. rei iu. siã te. §. vlti. sic s. de elect. querelam. Est ẽt alia ratio quia hæc snia lata est ratione possessionis inter capitulũ & archidiaconum. sed si capitulum postea voluerit agere ɔtra epm. illa erit qõ pprietatis, & sic erit oĩno alia causa, quia lata sup possessione nõ obstat agere volenti de pprietate, sed hic res inter alios acta fuit, vt j dicit. vnde nõ obstat sup proprietate etiam inter easdem psonas.] Hactenus procedit glo. Ber. qd sequit, est additio. 5

Ista decre. cõpetẽtius debere poni in tit. de elect. sicut decr. querelã qa ri. iste loquit qñ inter eadẽ psonas qõ vertit possessionis & pprietatis, vt patet s. e. p tot: tit. q hic non fit nec dñ hic proprio qõ possessionis qa non est actum possessorio iudicio; in quo casu loquit ille ti. sed archidiaconus obtinuit: qa eps erat in possessione uel quasi iuris eligẽdi. Vel dic q d ista decr. respicit tantum, secundã partẽ rubricæ. Ber.

5 In antiqs exẽplaribus qd legit velut glo. Bernardi scripta inuenit, nec dubitãdum qn sit Bern.

a ¶ Res in-

a ¶ Res inter alios acta.] j. de re iud. c. pe. j. de pb. dilecto, in fi. & j. de do. inter dilectos. in fi. & s. de offic. dele. super eo. & j. de fide instru. inter dilectos.

In causa.] In prima decisa diffinitio. In secunda protestatio. ibi, Ad hæc. Ab. Sicu.

CASVS. Patriarcha Gradeñ. petebat subiectionem in monasterio S. Georgii. & l. solidos Venetorum ad iudiciũ subiectionis, intẽtans possessorium, s. & petitorium. super duobus pdictis articulis lite cont. pars vtraq; suas probationes induxit & quia patriarcha p bauit se possedisse, ac percepisse pdicta: cum diceret se spoliatum prædictis, dñs Papa ipsum restituit verũ qa vtraq; pars deduxerat in iudiciũ qcqd iuris habuerat in prædictis, P. visis priuilegijs pdecessorum suorum ex parte monasterij pductorum, pnunciauit monasterium liberum & ad Romanam eccl. nullo medio pertinere, absoluendo monasterium ĩpmissis, & alijs q̃ iurisdictione & subiectionẽ respiciunt ab impetitione patriarchæ nõ obstãte possessione ab ipso Patriarcha pbata: quia nõ pbauit tanto tpe se pcepisse pdicta, q p hoc renunciatum fuerit priuilegijs libertatis: sed cum de prædictis 50. solidis quos patriarcha petebat ad iudiciũ subiectionis, sit actũ ab ipso, p sniam q sup hoc contrariam reportauit, Papa sibi non adimit ptãtẽ si alio iure de pmissis l. solidis voluerit experiri No. q non obstat res iudicata, si ex alia causa eadem res petatur super qua fuerat aduersarius absolutus.

eis quæstione proprietatis, super collatione archidiaconatus ipsius, si forte super hoc contendere voluerint aduersus episcopum Vincentinum: cum res inter alios a acta non debeat eis præiudicium generare.

¶ Honorius iij. abbati S. Cypriani Torcel. diœcesis, & sanctæ Mariæ nouæ de Venetijs.

¶ *Si petens rem ex vna causa succumbit; & ex alia causa petere poterit h. d. quo ad literam. Vel sic: Petenti rem iure dominij, possessionem probare non sufficit. h. d. quo ad titulum.*

CAP. VIII.

In causa, q̃ inter patriarcham Gradeñ. ex vna parte, & abbatẽ & cõuentum monasterij sancti Georgij de Venetijs, super subiectione ipsius monasterij, ex altera vertebat: inuenimus pro eodẽ patriarcha probatũ, q inter alia abbas quãdoq; iuit ad eius synodum, quinquaginta solidos Venetorum ei p plures annos exoluẽs†: & infra. Ad hęc cũ de pręmissis quinquaginta solidis, quos petijt ad subiectionis iudiciũ b, a patriarcha sit actum per sententiam diffinitiuam, quam super hoc contrariã reportauit: ei non adimimus (si alio iure c de ipsis experiri voluerit) potestatem.

[Glo. seq. soluit impertinentiam tituli.

b ¶ Ad subiectionis iudicium.] petebat patriarcha subiectionem in monasterio S. Georgij. & l. solidos ad iudiciũ subiectionis ab isto abbate, vt pbaret, p hoc, q ei subesset. & j. de censi. oĩs anima 10. qu. 3. illud. & C. de episco. & cle. nulli. & in his actum fuit à patriarcha possessorio & petitorio: in possessorio obtinuit, in petitorio succũbuit. & sic facit ad titulum: aliàs nõ vr facere ad titulum, & sic patet q male fuit decisa, & melius fuisse: posita in tit. de re iud. siue de exce: Quãq; vero census talis, est signum exceptionis, quandoque solummodo signum protectionis. j. de priu leg. recepimus. & tunc non eximit à iurisdictione diœcesani, vt dicto c. recepimus, in fi. & in gl. fi. 1. sed hic petebatur in signum subiectionis, sicut etiam j. de censi. cum venerabilis, sed quia monasterium liberũ erat, & exemptum p priuile. Rom. Pon. succubuit in illo casu. & in alijs: qa non percepit ille tanto tpe q renunciatum vel præscriptum fuerit priuilegium libertatis. vt patet in integra.

1 Concor. l. cum quid. §. diuis. ff. de vsu. & l. Celsus cum not. ff. de v-suca.

c ¶ Iure.] sic patet q qui rem petit, & pcipue in personali actione ex vna causa, si succumbat q non obstat ei exceptio rei iudicatæ, si postea petat eandẽ rẽ ex alia cã. ff. de exce. rei iud. cum quæritur. & l. & an eadem. §. actiones Idem est in rei vendicatione si exprimatur tantum vna causa. ff. de exce rei iud. si mater. §. eandem. Idem est ẽt in possessorio. j. de dona. inter dilectos. & ff. de acqui. poss. possideri. §. ex pluribus 2 arg. de hoc dictum est s. de lib. ob. cap. vbi de hoc.

† Facit ad hoc text. l. cum quid. ff. si certum peta.

2 Emptor q vsu cepit pro fide, p suo & pro emptore. & hæres emptoris pro hærede, & p emptore. Io. A.

TITVLVS XIII.

De restitutione spoliatorum.

¶ Gregorius nonus † episcopo Constan.

¶ *Aduersus restitutionem petentem, non est audiendus reus de proprietate opponens, nisi actore consentiente.*

DE RESTITVtione spoliatorum.

¶ Visum est s. de cã possessionis, sed quia causa restitutionis possessoria est, ideo de illa summittit secundum Gof. Vel sic. Viso qualiter possessio perdatur: quia pdita restituenda est: ideo, &c. secundum Hos. Vel sic: Vidimus s. quo ordine causæ possessionis & proprietatis tractandæ sunt, sed quia dubitari posset, an spoliatus sit indistincte restituẽdus: iõ subiecit hanc rubricam Abb. Siculus.

De hac materia tractatur. 2. qu. 2. & 3. quæ. 1. & 2. per totum.

† In omnibus manuscriptis exẽplarib. deest vox, nonus. Cõtius ex serie capitum, Gregoriũ se primũ, legẽdũ admonet Antoni⁹ Augustinus ex lib. 7. epistola 126. siue 130. registri B. Gregorij obseruat scribẽdum ita: Gregorius Constantio Mediolanẽsi epõ habetur c. 7. eo. tit. in 1. compil.

CAP. I.

Licet multũ & infra. ¶ Conquestus est nobis Philasius † cęcus, eius campum ab† ecclesię hominibus irrationabiliter occupatum. ¶ Quod si ita est,

† Philarius. Philagrius.

† In codice Barbatiæ ita: ab ecclesiæ vestræ.

Licet multũ.] Si psentit is q restõnẽ petit, põt sibi qõ pprietatis referri. h. d. In prima spoliati conquestio. In secunda: ibi, Quod si ita, causæ commissio bimembris, Et secunda; ibi, Alioquin Abb. Sic.

CASVS. Quidam cæcus conquestus fuit dño Papæ, q homines ecclesiæ, cãpum ipsius cæci occupauerant irrationabiliter: Quidã diaconus ipsius ecclesiæ Euentus nomine aduersario respõdit, q campus erat ipsius ecclesiæ: & hoc obtulit se probaturum: & cæcus rñdet si hoc probare posset, q esset contentus: vnde sup hoc scribit Papa Constantio epõ dicens; quamuis antequã qõ proprietatis tractari dẽat, possessio violẽter ablata ipsi cæco, deberet restitui: tñ quia diaconus pdictus consentiẽte ipso cæco, obtulit se probaturum dictum campum ad suam ecclesiam pertinere, inquirat de hoc veritatem: & si hoc probatum fuerit ipsi cæco silentiũ imponat: alioquin res ei ablata reddatur. Not. q causa possessionis prius tractanda est, & restitutio facienda, quàm quæstio proprietatis, sed cæcus iste in hoc iuri suo renunciauit.

[Glos.

[Gl. seq. obijcit ad ti. per tres ll. & vnam decr. & ad illas respondet.]

a ¶ Contẽtionem.] si hoc petiuisset. ỹ. eo. c. prox. & c. in litteris. & c. item cum quis. & s. de ord. cog. super spoliatione. & 2. q. 2. p totum. & 3. q. 1. & per totum. & sibi imputet iste cæcus qui renunciauit iudicio possessorio 2. q. 2. cuius rei causa in gl. probare. Sed vr̃ q non est restituendus si aduersarius incõtinenti vel let pbare dñium ff. ad exhi. l. 3. §. ibi, lẽ. & ff. ad Treb. ille à quo §. 1. & melius. ff. vt in pos. leg. si is. à quo. primo tñ & ỹ. eo. litteras. ad fi. sed non obstãt leges illæ: quia non loquũtur in interdicto vñ vi. & immo in interdicto de adipiscenda possessione. & pdicit decre. litteras. illud ipsũ est pp periculum animæ, in casib. vbi ecclesia dispensare non potest, vt ibi patet.

quamquam ante omnem contentionem [a] possessio ei debuerat violenter ablata restitui [b]; tñ qa Euentus diaconus ipsius ecclesiæ, consentiente illo constituit se legitime probaturum, dictũ campũ eiusdem ecclesiæ iuris esse, veritatem inquire: & si hoc probatum fuerit, huic dicendum est, vt à sua intentione discedat, Alioquin res ei ablata reddatur.

† Vigoreñ. Vigorn.

¶ Alex. iij. Vigornieñ. † episcopo.

¶ Petenti restitutionem beneficij, non obstat renunciatione facta post spoliationem; quia præsumitur non spontanea. Et sortiose ad ludu; quia præsumitur non spontanea, quoniã etsi probaretur spontanea, deberet obstare talis exceptio, vel renunciatio in beneficialibus.

[Gl. seq. quærit, & soluit.]

b ¶ Restitui.] cum fructibus perceptis: & qui pcipi poterũt à tpe. deiectionis. ỹ. eo. c. proxi. & c. grauis. Sed quid si sumptus aliquos fecit ille diaconus in rem illam? 1 Rñdeo, nec petitionẽ hẽt inuasor, nec retentionem: quia donare vr̃ tanquã malæ fidei possessor, inst. de rerum diui. §. ex diuerso. & quicquid plantatur, seritur, vel ædificatur, or solo cedit, si radices prius egit. inst. de rerum diui. §. si Titius. immo tenetur etiam de eo quod casu periit. ff. de lega. 1. cum res. in fin. tamen sumptus necessarios sine quibus res facta esset deterior, non debet restituere. C. de rei vend. domum, & ff. de peti. hær. si à domino. §. vlti.

1 Vide de hac materia per Bar. in l. fundo. cum glo. ff. de rei ven. & tex. no. cum gl. in l. plane. ff. de pet. hære.

Solicitè.] Petenti restitutionẽ non obstat exceptio abiurationis facta post spoliationem. h. d. ẽm glo. Io. An. Diuiditur, Primo ponit causæ commissionem, in qua prius prouidet replicationi, qua pbata repellit exceptionem, submittens rationem: ibi, Quia non est. Secundo ponit finalem determinationem: ibi, Sed testes. Abb. Sic.

CASVS. Quidam clericus H. noĩe dicebat se spoliatum ecclesia sua: vnde petebat restitui sibi ecclesiam: Rñdebatur econtra, q nõ fuerat spoliatus, sed sponte ipsi renunciauerat, dum eam possidebat: vñ non erat audiendus: & hoc pbare volebat? Rñdebat q & si verum esset q renũciauerat, spoliatus tñ renũciauit & inuitus: & hoc pbare volebat. Cõsultus Papa quid super hoc esset agendũ, mandat Vigornieñ. epo, vt diligenter inquirat quo tpe H. renunciauit ecclesiæ, & si constiterit illum spoliatũ, cum eidẽ ecclesiæ renunciauit, contra ipsum testes alterius partis de spontanea renunciatione, & iuramento pstito non admittat, antequam fuerit restitutus: qa non est verisimile q spõte iuri suo renunciauerit, qui spoliatus renunciat: sed testes ipsius H. recipiantur, quib. probare intendit, q violenter pdicta ecclesia fuerit spoliatus. N. q ei qui petit restitui, nõ potest referri quæstio proprietatis, q ius non habeat; sic quæstio proprietatis non præiudicat quæstioni possessionis: quia quæstio spoliationis priuilegiata est, vt ei nihil possit opponi, q tangat quæstionem proprietatis, nisi primo fuerit restitutus.

[Glo. seq. arg. à contrario. secundo obijcit, quod ante ingressum. & c. soluit, signat contrarium de decre. super hoc. & remittit.]

CAP. II.

Solicitè † cures perquirere, quo tempore H. renunciauit ecclesiæ, & si tibi constiterit eum spoliatum [c], cum eidem ecclesiæ renunciauit, contra eũ testes alterius partis, de iuramento, & renũciatione sponte facta (antequã restitutus fuerit) non admittas †, quia nõ est verisimile [d] quod sponte iuri suo renunciauerit, qui renunciat spoliatus. Sed testes eiusdem H. quibus intendit se probare, quòd

c ¶ Cum spoliatũ.] ergo à cõtrario sensu si non esset spoliatus, bene reciperentur testes cõtra eum ỹ. c. pxi. ex eo enim q spoliat⁹ renunciauit, præsumitur q inuitus & coactus renunciauit. vñ contra talem presumptionẽ non admittuntur testes (vt hic innuitur) nisi facta restitutione. Sed quare mandat Papa inquiri quo tpe renunciauit cum spoliatus añ causæ ingressum debeat restitui s. c. prox. & ỹ. eo. in litteris. & c. item cum quis? Ideo de hoc inquiritur: qa si renunciasset eo tpe quo possidebat, & ipse postea peteret ecclã dicẽs se spoliatum: tunc reciperent testes contra eum, q sponte renunciauit, vt sic defenderet se iste reus contra istum petentem restitutionem, vt sequitur in gl. ad fi. & s. de renun. super hoc, quæ consueuit signari contraria huic: sed non contradicit: quia in alio casu loquitur, vt ibi dictũ est. Sed si aliquis spoliatus petit restitutionem beneficij sui, & obijciatur ei q non fuerit canonice restitutus, vel q spõte renunciauit, vel abiurauit: nõ est audiendus: quia ei non põt referri quæstio proprietatis, nisi post quam fuerit restitutus: quod esset si audiretur obijciens in iure minus canonicam institutionem, vel abiurationem spontaneam, vt ỹ. eo. in litteris c. item cũ quis. & c. ex conquestione, quia qõ spoliationis priuilegiata est, s. de ord. cog. sup spoliatione. Hic ergo tñ agitur possessorio: vnde aduersarius non est audiendus, mouens ei qõnem proprietatis: quia nihil habet cõe qõ proprietatis cum possessione. ff. de acq. pos. naturaliter. §. nihil. quare non obstat iuramentum restitutionem petenti cum in ea non agatur de iure pprietatis: sed iurm. & renunciatio spontanea tangunt ius proprietatis cui abiurando renunciauit spoliatus. sed possessioni non renunciauit vel abiurauit: quia iam amiserat eam per spoliationem, & ei quod non possidebat, renũciare nõ poterat, quare petit restitutionẽ. Si vero constaret q non spoliatus renunciasset: bene reciperent testes aduersarij 3 q sponte renunciauerit. dum quiete possidebat, vt in c. seq. Et sic est arg. q lata sña super proprietate, non obstat agere volẽti de possessione, vt no. s. de causa pos. cap. pastoralis, & etiã arg. contra colligit ibi, quod obstet, in gl. ergo si aliquis, &c.

[Gl. seq. ad rationem tit. addit aliam, secundo signat contrarium de decr. seq. ponit opinionem: dupliciter soluit.]

d ¶ Quia nõ est verisimile.] contra hãc præsumptionẽ non admittuntur testes, ex quo cõstat q spoliatus sic renunciauit: & hoc non tantũ ex vi psumptionis, sed potius

† Post concil. Lateran. sub Alexan. iij. par. 22. c. 1. & c. 1. eo. tit. in 1. cõpil.

† Istũ text. dt hic Abb. esse singu. ad hoc q qñ aliqua exceptio proponitur in genere, quæ in specie certa contẽta sub pñe concludit intẽtum excipientis, incerta non dẽt p hoc excludi.

2 Vel quia veniẽs non fuit admissus: vel quia fuit electus cum renunciando possessionẽ amiserit, ẽm Inn. alle. decre. sup hoc Io. And.

3 Quasi istud non sit excipere ɔtra petitionẽ, sed reprobare pbationẽ, secundũ Petr. Ia. & Ab. Io. Andr.

sigillorum suorum impressione signatis, arbitrium proferre deberent, vnus ipsorum viam fuit vniuersæ carnis ingressus, & alius † in archiepiscopum [a] Ebredunen̄. † assumptus, qui distat per duodecim dietas & amplius ab eisdem. Vnde cum prædicto R. solo, [b] minime arbitrari valente, videatur arbitrium [c] expirasse.

¶ Discretioni vestræ mandamus, quatenus causam iuxta huiusmodi acta [d] fine debito terminetis, opinione capitulo reseruata, vt vel recipiant depositiones eorum, qui supersunt productorum testiū contra eos: vel eas respuentes consentiant, vt iidem testes admittantur iterū. saluo iure quod in vtroq; casu [e] eidem capitulo competit, tam in personas testium, quam in dicta.

¶ Idem Pen̄. episcopo.

¶ Non creditur testi etiam religioso, qui sine iuramento deponit.

NVper nobis. Communis diuisio Secunda ibi, Respondemus. Abb Sic.

CASVS. Quidam presbyter A. nomine, ordinem fratrū Minorum intrauit causa probationis, & postmodum nulla facta pfessione exinde infra annū exiuit: sed fratres ipsum super hoc molestabant: vnde petiit a Papa sibi super hoc misericorditer prouideri: mandat Papa Pennen̄. epō, vt si res taliter se habere, denunciaret il lum ad obseruationem illius ordinis non teneri: corā episcopo Custos fratrum ad probandum, q idem presbyter professionem fecisset, quosdam testes de ordine suo induxit: qui deposuerunt super hoc non iurati, non tradicente supradicto presbytero: vnde presbyter illud significauit domino Papæ, & ipse respondet episcopo, quod non est credendū testimonio alicuius q̄ cunque religiosus existat in præiudicium alterius, nisi iuratus deponat. Nota, quod nulli credendū est i p̄iudiciū alterius, nisi sit iuratus.

CAP. LI.

NVper † nobis A. presbytero supplicante innotuit, vt cum ipse ordinē fratrum Minorum causa probationis intrasset, Custos ad probandum, quod idem presbyter professionem fecisset: quosdā ordinis [f] sui testes induxit, qui deposuerunt super hoc (cō tradicentes [g] dicto presbytero) nō iurati: & infra.

¶ Rn̄demus, q nullius testimonio, quantumcunq; religiosus existat (nisi iuratus [h] deposuerit) in alterī præiudicium debet credi.

¶ Idem Corisopiten̄. † & Trecoren̄. episcopis.

¶ Diligenter & sigillatim examinandi sunt testes, supple etiam agitur de vita & miraculis alicuius canonizandi. Abb.

CAP. LII.

VEnerabili † fratri nostro episcopo & capitulo Corisopitensi † ac vniuersis abbatibus apud Cisterc. † in generali

f ¶ Ordinis sui,] qđ facere potuit. s. eod. cum nuncius & c in super. & j de iureiu. & si Christus. in fin. 14 q. 2. super prudentia, & illi præcipue sunt admittendi: cū talis professio in eorum præsentia fiat, q̄ etiam per alios non posset ita bene probari, qui ad talia non vocantur. sup. eod. veniens. in fi.

g ¶ Contradicente.] secus si volente & cō sentiente: quia tunc bene valet testimonium, sup. eo. tuis.

[Glo. seq. alleg. 3. concord. de iuramento. & 3. de vno solo. ad vtrunque signat 5. rium de sex canonibus soluit. & dat casum exceptum.

h ¶ Ni si iuratus,] sic 34 q 3. ca. si testes, §. item iurisiurandi. & C. eod. tit. iurisiurandi. & 3. q. 9. hortamur & vni testi non creditur s. eod. veniens. &c. licet vniuersis siue sit iuratus, siue non in alterius præiudicium, vt hic in fin. & 33. q. 2. admonere. Argum. contra, quod vni creditur etiam non iurato 28. distinct. de Syracusanæ. 86. distinct. tanta 8. q. 3 talia. & 97. distin nobilissimus. & 23 quæstio. 4. inter querelas & 20. q. 3. præsens clericus. Sed in his non creditur, nisi quo ad præsumptionem, sed ad plenam probationem non. Quandoque tamen bene creditur vni, quando non fit præiudicium alicui, puta, vtrum aliquis sit baptizatus, vel vtrum esset ecclesia consecrata. de consecr. dist. 4. paruulos. & c cum itaque. & vbi quis vult probare, se egisse pœnitentiam per confessorem suum. 4 & inf. decimo. nemo & arg. inf. de pœ. & remis. omnis vtriusque. 5.

VEnerabili]In prima parte ponitur petitio. In secūda testium recipiendorum commissio, ibi, Discretioni Abb Sic.

CASVS. multi episcopi, & abbates, & alii viri religiosi apud Cister. in generali capitulo congregati, domino Papæ significauerunt, quod meritis bonæ memoriæ M. quondam abbatis S. Martini ordinis Cistercien̄. Coriso. diœce. a domino multa miracula apparue

† Videte p alias hic Guidonē Papæ, & de materia, q nō credatur testi nisi iurato, vide Felinū in c. litteris. de p̄sum. & Deciū cōsi. 91 & consi. 120.

† Corisopoten̄.

† De materia vide late per Cassanen̄ in catalogo glor. mundi par. 3 cōsideratio. 47. 48. 49. & 50.

† Cisterc.

† Cister.

3 De materia huius glossæ q̄n credatur vni testi, tractat Antonius Gabriel li. 1. com. conclu. ti. de testib. concl. 1.

4 De hoc j. eo. testimonium. & itē j 11. q. 3. quicunque alias in c. oēs. dic q ponit priuilegium epōrū, qđ eis cōcessit Imperator in causis, q vertunt i iudicio seculari nā de ecclesiastico, vel ecclesiasti cis nullū priuilegiū dare posset, & m In fi. ad. qđ alle. Hoc re. ec non alias c. fi. & deci tra. lo. An.

runt, vnde supplicauerunt eidem, vt ipsum catalogo sanctorum faceret annumerari: Vnde mandauit quibusdam, vt diligenter veritatem inquirerent, super vita & miraculis dicti abbatis, & eam sibi significarent: ipsi receperunt multos testes, & eos domino Papæ remiserunt. dominus Papa inuenit ex relatione ipsorum inquisitorũ, quod testes illi non erant recepti secreto & sigillatim, cum ea diligentia quæ solet in testibus adhiberi: vnde non adhibuit fidem eorum dictis: & ideo mandat episcopis præsentibus, quatenus testes quos abbas & monachi sancti Martini Cisterc. super vita & miraculis piæ memoriæ M. abbatis monasterij supradicti, duxerint producendos, sigillatim & secreto examinare procurent, cum ea diligentia quæ solet & debet & in receptione testium adhiberi. Nota quod testes sigillatim & secreto sunt examinãdi, alias non valent.

† In codice Barbatiæ ita & monachi monasterij sancti Maur. Cisterc. &c.

capitulo cõgregatis: & infra. ¶ Discretioni vestræ mãdamus, quatenus testes quos abbas & monachi † sancti Martini Cisterciẽ. ordinis super vita & miraculis [a] piæ memoriæ M. abbatis, monasterij, supradicti duxerint producẽdos, examinate sigillatim [b] curetis, cum ea diligentia, [c] quæ solet, & debet in receptione † testiũ adhiberi.

† receptionibus.

¶ Gregorius nonus.

¶ Iterum examinandus est testis, qui obscure deposuit: supple tu, ex iudicis officio.

CAP. LIII.

CVm † clamor validus contra Acherõtinũ [d] archiepiscopum super simonia, & alijs criminibus ascendisset, Melfiteñ. & Rubeñ. episcopis dedimus in mandatis, vt super his diligenter veritatem inquirerent: & infra. ¶ Verum quia apertis attestationibus L. & G. super simonia ita deposuere confuse, [e] quod ex dictis eorum non potest veritas declarari. Mãdamus, quatenus examinetis eos iterum diligenter, & tam eorum, quam aliorũ quos receperitis, testificata, sub sigillis vestris nobis fideliter referatis.

† Vide Archidiaconũ in c vt officiũ § verum. de hęr. li. 6. & Eymericum in Directorio Inquisitorũ par. 3. q. 62. & quę ibi co. li. 4 adnotatio. Scol. 319

¶ Idem.

¶ Perseuerans in crimine, et in ciuili repellitur a testimonio, emendatus vero non infamus admittitur in ciuili, & et criminali mota ciuiliter, fallit in periuro, qui in criminali repellitur.

[Gloss. seq tractat quare copulat hæc duo inquirenda de vita & miraculis.]

a ¶ Sup vita & miraculis.] non solum de miraculis, sed etiam de vita est inquirẽdum: quia etiam miracula fiũt quãq; p malos. 1 na Petrus faciebat miracula, & Simon magus faciebat multa: & magi similia Moysi, vt 1. q. 1. teneamus. & ante necesse est vt sciamus illa impetrasse de Deo, quæ martyres mandant. 50. dist. si quis præpostera. & inf. de hære. cum ex iniuncto & ad hoc vt aliquis pro sancto habeatur, prius ab ecclesia debet approbari. inf. de reli. & vener. sanct. c. 1. ne aliquis vanis figmentis decipi valeat, vt eo tit. c. 2.

1 De hoc articulo vide B Thomam 2.2. q. 178. ar. 8.

[Glo. seq. inducit exemplum & rationem, & dat duo similia, scilicet de electione, & confessione.]

b ¶ Examinare sigillatim.] secreto enim siue sigillatim testes examinandi sunt, arg. C. de testi. nullum. & inf. de ac. inquisitionis sic etiam vota canonicorum in electionibus faciendis inquirenda sunt secrete, sup. de electio quia propter. sicut Daniel secreto & separatim examinauit illos sacerdotes qui accusabant Susannam. Et ideo examinandi sunt secrete & separatim, quia vnus instrueret alium, & sequeretur dictum alterius. & ita non posset falsitas eorum facile deprehendi. sic etiam 2 in præsentia quis debet solus suo sacerdoti confiteri peccata. 3. de pe. & remis. omnis vtriusque.

2 Quod si & quãdiu cogatur in canonizatione Sãctorũ, vide tractatũ Casfaneus in catalogo gloriæ mũdi. par. 3. consideratione. 10.

c ¶ Diligentia.] quæ solet adhiberi: imo etiam cum maiori: quia circa maiora maius periculum vertitur, & ideo cautius est agendum. 42. dist quiescamus. & 61. dist. miramur. & 7. q. 2. c. vlt. & ff ad Car. l. 1. §. 2. ne aliqui vanis & falsis decipiãtur figmentis, vt inf. de reliq. & vene sanct. c. 2. Ber.

CVm clamor.] Diuiditur: quia in prima ponitur querela, in secunda mandatum: ibi, Mandamus, quatenus. Abb. Sic.

CASVS. Archiepiscopus Acherontinus super simonia & alijs criminibus erat apud dominum Papam multipliciter infamatus: vnde frequentibus clamoribus excitatus, dedit duobus episcopis in mandatis, vt super his diligenter inquirerent veritatem, & sibi, quod inuenirent, rescriberent diligẽter. ipsi super simonia & alijs excessibus testes receperunt, & eorum attestationes remiserunt dño Papæ apertis attestationibus L. & G. super simonia ita confuse deposuerunt, quod ex dictis eorũ veritas non poterat declarari vñ iterum mandat Papa, quatenus testes illos examinent diligenter, & alios qui super hoc sciuerint veritatem, & dicta illorum & aliorum quos receperint, sub sigillis suis dño Papæ remittant. No. quod iudex qui ex officio inquirit, iterum potest examinare testes, qui obscure dixerunt, post ipsorum publicationem: secus credo in ordinario iudicio.

d ¶ Acherontin.] de isto archiepo habes inf. de collus. c vlt.

[Gl seq. dupliciter obijcit contra ob alleg. & soluit]

e ¶ Ita deposuere cõfuse.] sed quare hic percipit Papa apertis attestationibus illos iterũ examinari, cum deberet fieri interpretatio cõtra illum, qui testes ipsos produxit: sup. de probat. in præsentia. & obscuritas ei obesse potius debet, q potuit eam apertius declarare. ff. de pœnda emptio. Labeo et l cum in lege, ff d. pact. ueteribus, & uerba interpretanda sunt cõtra stipulatorẽ, ff de uerb. obli in l. stipulatio ista, §. in stipulationibus, & præterea timeri potest subornatio testium, et apertis attestationibus non sunt ulterius testes ijdem, uel alij recipiendi super eodem capitulo, ut sup eo. fraternitatis, in text. et in glos. et cap. constitutis 2. Argumen. contra quod obscuritas non nocet ei, imo quod utile est ei, accipiendum est, ff. de iudi. si quis intentione, 3 Dicas quod iudex ex officio suo hoc facere debet, & præcipue hic, ubi agebatur ex officio iudicis per inquisitionem, non ad petitionem alicuius. sed ad clamorem, & famam, infra de coll. decrẽ. cap. ultimo. quod est pars istius, & maxime in crimine simoniæ, de quo fiebat inquisitio. Et ideo si obscure dixit, iterum examinetur testis, & declaret, siue interpretetur dictum suum: quia in ambigua ratione spectatur sententia eius qui eam protulit, ff. de regulis iuris. in ambiguis orationibus. & qualitercunque potest iudex inquirere ueritatem, inquirere debet, 30. quęstio. 5. iudicantem, & ante publicationem, & post quandocunque uisum fuerit iudici, potest interrogare, ff de interroga. actio. ubicunque. & inf. de fide instrumen. cum ioannes uerbi & quia publicæ utilitatis interest, ut crimina non maneant impunita, inf. de sententia excommunic. ut fame. circa fi. ne ad malitiam quisquam prosiliat, C. de pœn. si operis. & magna ratio suadet ob maleficia pœnis solui, ff. de fideiuss. si a reo, §. illud quod. vnde talis confusio debuit declarari, ff. de testa. hæredes palam, §. qui uero. Bernardus.

3 Vide de testi. ipso c cũ ad sedẽ. supra glo. 1.

Testi

TEstimonium eius cui ab aduersa parte.] Sunt duæ partes. Prima tractat de criminoso perseuerante. Secunda vero de emendato: ibi, Si vero. Secunda subdiuiditur. In prima tractat de emendato, qui producitur in ciuili, vel criminali mota ciuiliter. In secunda de illo qui producit criminali mota crimina liter: ibi, In criminali. Abbas.

simo tuas. ibi, dr̃ ꝙ in crimine cum ciuiliter agitur, vtiles testes, & non emendati recipiuntur, hic vr̃ a ꝯtio sensu, ꝙ non recipiantur. Solue, ut ibi dicitur.

c ¶ Periurij,] periurus enim post quantamcumque pœnitentiam ad testimonium amplius non recipitur, ut hic patet, & 6. q. 1. q̃cunque. & 22. quęst. 5. paruuli. & ca. si quis, & ar. 2. q. 7. non põt, & j̃. de præsump, litteras, 2 & qui sciẽter venit contra iura tam transactionem, infamis est, C. de trã-sact. si quis maior.

d ¶ Confessus,] qui enim in iudicio condemnatus fuit de crimine, sufficit ad hoc vt a testimonio repellatur in causa criminali. licet egerit pœnitentiam, nec necesse est, vt amplius cõuincatur: vt hic patet, nec talis admittitur ad purgationem alicuius, inf. de pur. cano. constitutus sic & int. de except. deniq. §. 1. vbi repellitur a testimonio qui conuictus fuerit de crimine, vel confessus. Et intellige, §. illum secundum istam decre. vt repellatur in criminali causa, si egit pœnitentiam, si non egit, repellatur ẽt in ciuili, si crimine perseuerat, ut diximus.

CAP. LIIII.

† de materia huius decr. vide Albericũ trac. de statu p 4. qõ 71. & 72. & plene p Arc. in ca. paruuli, 22. qõ. 5. huc referas Burch. li. 1. decr. c. 164.

CASVS. Testis inductus est in aliqua cã ciuili, vel criminali: ab aduersa parte opponitur crimen ipsi testi, vt a testimonio repellatur: probatum est crimen contra ipsum: quæritur an valeat testimoniũ eius: Dicit Papa, si testis adhuc in crimine pseuerat, siue causa ciuilis sit, siue criminalis, testimonium eius nõ valet. Si uero sit emendatus de crimine, & eum nõ comitetur infamia, non dẽt repelli a testimonio in causa ciuili, nec in criminali, cum ciuiliter de crimine agitur, præterquam pro reatu periurij, quia periurus nullo casu ad testimonium admittitur. In criminali vero causa si conuictus fuit de crimine in alio iudicio, instituta contra ipsum accusatione, uel modo etiã per exceptionẽ exinde conuincat, vel si grauata sit opinio eius, pro eo, ꝙ quandoque fuit in tali modo repulsus, pot remoueri a testimonio, licet egerit penitentia. Sed in hoc casu vltimo cũ sit grauata eius opinio, non repellitur in causa ciuili. Not. ꝙ testis qui crimine detinetur, secundũ canones non admittitur ad testimonium in aliqua causa, si est emendatus, admittitur cum distinctione prædicta.

TEstimoniũ † eius, cui ab aduersa parte opponitur crimen, merito reprobatur in criminali cã, siue ciuili, si in ipso crimine perseueret. [a]

¶ Si vero sit de crimine emendatus, [b] & eũ non comitetur infamia, non est in causa ciuili, vel etiã cum de crimine ciuiliter agitur (præterquam pro reatu periurij [c]) repellendus. In criminali autem si in alio iudicio, instituta accusatione contra ipsum, de crimine conuictus extitit, vel confessus: [d] vel si nunc per exceptionem exinde conuincatur: aut grauata sit eius opinio [e] pro eo quòd quandoq; fuit tali modo repulsus, quamuis in hoc casu [f] non excluderetur

2 Adde rõnẽ: q̃a efficit infamis. l. si qs maior C. de trã-sact. & l. quoties, C. de dig. lib. 12.

a ¶ Crimine perseueret,] nota ꝙ testis, qui in crimine detinetur, siue in ciuili causa, siue in criminali repellitur. vt hic patet, quia non est credendum ꝯ alios eis q in criminalibus implicantur, 3. q. 11. neganda, & c. non est. & q. 7. qui sine peccato, & c. pollutatus. & quandiu in culpa fuerit, testimonium ferre non potest. 32. quæst. quinta. præceptum. Nec criminosus criminosum accusare potest, ut in prædictis iuribus: quia de quo minus videtur, &c. 3. q. 7. c. infames, §. porro. in fi. & 1. q. 1. multi. circa prin.

1 Ciuilẽ: licet sec⁹ sit de canonica, fm Inn. qui dicit 1. c. intelligendũ de crimine, d quo testis non est cõdẽnat⁹: nec ipso iure infamis: qd̃cunq; horũ eẽt, repelleret etiã post sniã et in ciuili. Facit tñ, q ar.) dicat arg: x de hor, 6. q. 1. c. 2 Io. Andr.

[Glo sequen. coadiuuat tex. in eo quod loquitur de emendato.]

b ¶ Emendatus,] vnde admitti debet. quia iam incipit esse qd' non fuit. 50. dist. ferrum. & dr̃ in canone, age pœnitentiam, & prima opera fac. 50. dist. quia tua & ca. dño sancto, & j̃ de simo per tuas. & ff. de edil. edi. qd' ita, & hoc in causa ciuili, & criminali cum ciuiliter agitur, ut hic, & c. per tuas, ita ꝙ ex illo non ten āserit sub nota infamiæ acta pœnitentia, quia repellitur tunc ꝓpter infamiam. 1 inf. in proxi. præterea: puta si esset condemnatus de furto suo nomine: quia non potest facere iudex quin condemnatũ de furto suo nomine nõ sequatur infamia, ff. de fur. non potest. Et alijs modis potest notari, ut 3. q. 7. c. infames, §. porro. in fine. Quia licet per pœnitentiam animas saluare possumus, infamiam tamen abolere non possumus. 2. qõ. 3. Euphemium, § hinc colligitur, & sic pœnitentia non prodest eis, quantum ad hoc, ꝙ actus legitimi sunt infamibus interdicti. sup. eo licet ex quadam, nisi prius fuerint in integrum restituti. 4. q. 3. ca. si testes, §. item lege Iulia. 2. q. 3. si quem. § præsumitur. in fi. & infamibus portæ dignitatis non debent patere. inf. de exce. præl. inter dilectos, C. de infa. l. vnica. l. b. 10. & C. de dign. neque famosis l. b. 12. & serre testimonium dignitas est. 42. q. 5. præceptum. Item possit assignari contrarium, int. de

[Gl. seq. no. cum eius opi &c. probat, & dat simile. demum, arg. obijciendo, & soluit.]

e ¶ Opinio,] sic patet ꝙ si opinio alicuius grauata est, ad testimonium admitti non debet in causa criminali, cum sine omni infamia debeat esse testis, int. de exce. denique & 2. q. 7. testes, ꝙ præcipue in causa criminali, vt hic nec ẽt tales admittendi sunt ad honores, 81. di. tantis, & inf. de accu. omnipotens, & int. eo. c. vlti. in nullo .n. debet vacillare opinio ordinandi, 33. dist. laici & argu. ad hoc. C. de proc. reum criminis, & ff. de decur. eos. Et est arg. ex hac littera, ꝙ res sine iniuria inter alios acta facit fidem in alio iudicio. sic 24. q. 1. subdiaconus. Sed hoc solum, ꝙ in alio iudicio repulsus fuit, non sufficit vt in alio repellatur, sed infamia inde orta saltem repellit, alias iterum oporteret crimen probari ad hoc, vt repelleretur.

[Glo. seq. quærit, & soluit. Iterum quærit affirmatiue per duo iura, & soluit negatiue solutioni signat contrarium. solutionem coadiuuat, & remittit.]

f ¶ In hoc casu,] scilicet qñ grauata est eius opinio, 3 tunc enim pp hoc non repellitur in causa ciuili, & idẽ in duobus casibus pręmissis, & idem est si de crimine ciuiliter agitur, dummodo emendatus sit de crimine, vt superius patet. Sed qualiter probabit, q. sit emendatus de crimine? Satis potest probari per sacerdotem suum qui de ipso dẽt testimoniũ perhibere, 50. d. in capi. & 2. q. 1. si peccauerit. in fi. C. de simo. nemo. Sed nunquid testis cui obijcitur crimen, potest obiicere, quod obijciens sit criminosus? Arg. ꝙ sic. 2. q. 7. si hęreticus, quia tales litigatores digni sunt talibus testibus, C. de hæret. l. pen. Dico, qđ non potest: quia iste causam suam prosequitur, & nemo prohibetur a prosecutione iuris sui, licet sit criminosus, vt 4. q. 6. omnibus. Nisi esset excommunicatus, vel talis cui esset forum interdictum, vel infamis. cui actus legitimi sunt interdicti, sup. eo. licet imo excommunicatus, vel infamis non repelliĩ, cũ sit reus: quia quęlibet legitima defensio sibi reseruatur, int. de excep. cum inter. & quia contra testẽ directe non agit. sed potius ꝯ aduersarium, quia in testem actio non dirigit, sup. de or. cog. cum dilectus. in fi. pari ratione nec aduersarius meus pot. mihi obijcere crimen ꝓpter hoc. Vnde si testis vult probare, se contraxisse cum aliqua

3 Alij exponũt in hoc casu, i. q̃n p exceptionẽ fuit ꝓbatu in alio iudicio, & est de crimine emẽdat⁹, nec infamis ẽ de iure. I.A.

aliqua libera sciente eum seruum esse, cum in hoc casu habeat personā standi in iudicio, potest excipere contra testes aduersarij, quod ipsi sunt serui, licet ipse laboret simili impedimento, Arg. cōtra, s. eo personas, & 3. q. 7. iudicet, & 25 dist. primum. nam si seruus accusatur eadem sibi competit defensio quæ & libero, ff. de accus. hos accusare. § si seruus. Q. n. crimina obijcieda sunt testibus dicitur sup. eod. præsentium Ber.

a ¶ Ciuili.] Idem si etiam de crimine, ciuiliter agatur.

Vltra tertiam.] Primo ponitur regula, secundo exceptio: ibi, Nisi. Abb.

CASVS. Aliquis tertiam habuit productionē testiū, adhuc petit quartam: quæritur utrum debeat audiri? Rñdet Papa, quod non, nisi præstito iuramento, quod neq; per se, neq; per aliū testificata didicerit, nec per dolū aliquem aut aliquam machinationē quartam petit, sed quia illos habere nō potuit: quos nunc producere intendit. Not. quod præter iuramentum calumniæ aliud iuramentum præstatur lite contest.

in causa ciuili, [a] potest a testimonio (licet egerit pœnitentiam) remoueri.

¶ Idem.

Quarta productio non est danda sine solemnitate legali, de qua hic.

CAP. LV.

Vltra † tertiam productionē [b] non debent testes produci in cā. † Nisi præstito ab eo, qui hoc postulat, iu.io, [c] quod neq; per se, neque per alium, testificata [d] subtraxerit, vel fecerit percunctatus: [e] nec per dolum [f] aut autem aliqua, quartam productionē expostulat, sed quia quos desiderat de nouo producere prius habere nequiuit. [g]

b ¶ Productionem,] id est dilationem, de hoc dictum est sup. eo. in causis et ibi recurre.

c ¶ Iuramento,] hoc quod hic dicitur, sumptum est de auth. de test. § qui uero, col. 7 Sed quare iteratur iuramentum maxime vbi iuratum est de calumnia, cum iuramentum illud extendat ad omnia, quæ postea occurrunt in causa, C. de iura. cal. auth. Hoc sacramentum, et in Authen. de ijs qui ingre. ad app. § vlt. coll. 5 quia sæpius non est iurādum, vt ibi dr. 2 Dicas quod illud iuramentū est aliud iuramentum, quod sit iurm de calumnia, et io vnum aliud non excludit. Illud iuramentū est de veritate dicenda, quod patet ex ipsa littera, s. quod dēt iurare, qd' neque per se, neq; per alios didicit testificata, nec per aliquē dolū hoc facit. Iurm de calumnia est de eo, quod credit, et a sumat, C. de iur. cal. l. 2. § 1 et ideo istud iuramentū præstatur idem et si cā talis sit ubi iurat tantum de veritate dicenda: quia istud iuramentum de ueritate dicenda, non extenditur ad hoc, sed ad principale negotium tantum. Vnde quarta dilatio dari non debet sine isto iuramento qualitercunq; sit etiam causa: & præsumptio est contra eum, ex eo quod tertio producit, & propterea speciale est ut exigatur hoc iuramentum in hoc casu.

d ¶ Testificata,] siue 4 sua, siue alterius partis.

e ¶ Percunctatus,] i. 4 perfecto scrutatus.

f ¶ Per dolum,] puta 4 expectat, quod aliquis interim moriatur, vel se absentet.

g ¶ Nequiuit,] simile, inf. de excep. pastoralis, & s. eo. plerūq;, sed si here nequiuerit illos, et obesse nō debet, si per eū nō stetit. arg. sup. de relen. sj autem, & c. plerunque, & sup. ut lit. non conte. qm. 1. rñ & 2. q. 6 anterior. § ad hoc, & ita vr, q. et sine iuro deberet admitti, quod non est uerū, quia sine iuro hoc ei credi non debet, maxime cum ante tertiā productionem hoc nō fuerit protestatus; unde iurare tenetur, prout hic continetur. Præterea hæc quarta productio dari non debet, vbi sufficiens productio testium facta fuit, s. c. sigurficauerunt, imo nec secunda dilatio, nec tertia danda esset, si sufficiens productio facta sit, 5 nā in pecuniarijs causis vltra vnam dilationē dari non debet secunda dilatio, ff de fer. l. vlt. nisi causa cognita, sibi,

1 Hęc gl. nō habet̃ ĩ antiquorib. codicibus.

† Vide Bald. & Io. in l. 2. §. inspectio ff. quemad. te. aper. & Gemi. in c. sciendū, 29. di. adde Bal. in l. in ciuile. ff. de tre. c. 164.

† In oĩb. manu. ac cęteris vetustiorib. exemplarib. ita nō dsit testes in cā produci, nā dictio Vlterius, q̃ nr cōsertur in vulgatis perperam est adiecta.

† Vide sex. in authen. q. semel. C. de proba.

2 Secūdū Hos. desinit iō, q̃a iurm calūnię nō defendit, q dilationē petit sup aliā vide dic, q exigitur ad tollendū iuris præsumptionem, quę est, quod q̃s sit iuratum de calūnia, mal. tiose petat hęc dilatio. Io. Andr.

3 Adde qn debet peti, & [illegible]

N On debet.] Primo ponitur regula & exceptio: ibi, Nisi forsan. Secundo probatur regula per duo similia: ibi, Cū etiam. Abb. Sicul.

CASVS. Aliquis est accusatus de crimine pendente accusatione cōtra ipsum petitur in testimonium in alia causa criminali: quæritur vtrū debeat admitti? Rñdet quod pēdente accusatione cōtra ipsum, non dēt admitti, nisi forsitan in exceptis: qa et accusati ab accusatione, & ordinum susceptione repelluntur, nisi prius se probauerint innocentes. No. quod accusatus de crimine, pendente accusatione sua, non potest testis esse in criminali, nec accusare aliū, nec ordinari.

¶ Idem.

Accusatus criminaliter nō admittitur in testem contra reum in causa criminali, sua accusatione pendente, nisi in exceptis criminibus.

CAP. LVI.

NOn † debet quis in criminibus. (Nisi forsan exceptis) ad testificandum admitti, pendēte accusatione [h] de crimine contra ipsum: cum etiam accusari (nisi prius se probauerint innocentes) ab accusatione ac susceptione ordinum repellantur.

[Glo. seq no. quod hæc tria, &c. & addit quartā. reliqua pars reci. per tres quæstiones prima, quid in ciu li: secunda, quid de exceptis criminibus, tertia, quid de condemnato, qui appellauit.]

h ¶ Pendente accusatione,] nota ergo quod cum aliquis accusatus est de crimine, statim grauata est eius opinio: vnde non potest in criminibus ad testimonium admitti, ut hic patet, & sup. e. testimoniū, quia testes sine omni suspicione esse debet, & infamia 2. q. 7. testes & inf. de excep. demq; Nec etiam potest promoueri ad ordines, ut hic dr in h. & 81. dist. tantis Daniel. & inf. de accus. omnipotens. & 33. dist. laici, & ff de decur. eos. Itē nec potest alium accusare: quia non relatione criminis, sed innocentia reus purgatur, ff de pub. iud. is qui. & hic in fi Item nec potest constitui procurator, C. de procura l. reum nec accusare. Ex hac enim decre. patet, quod testimonium in criminali actione accusatio, & ordinum susceptio pari passu incedunt, ex eo, qd' accusatus pendente sua accusatione repellitur a testimonio, ab accusatione, et ordinu susceptione. Præterea ex eo qd' dicit in principio in criminib. patet quod secus est in ciuili, quia tunc nō obstante accusatione, vr quod interim possit admitti in testem in causa ciuili, sup. eo. testimonium, & est verum si sit emendatus de crimine, & eū non comitetur infamia, vt ibi, ar inf. de simo. per tuas. quia nec si accusetur, non statim reus est. 15. q. vlti c. vlti. quia pendente accusatione remanet in officio suo, & interim subditi eius ei obedire tenent, inf. de acc. olim, & 8 q. 4. nonne. Item patet hic, quod minus idonei testes, quo. u opinio vacillare vr, admittunt in exceptis criminibus, ex eo quod dicit, nisi forsan, in exceptis criminibus: sed hoc forte est intelligendum sm distinctionē illius c. 2 q. 1. in primis. vtrum, 6 sit malæ famæ vel malæ opinionis: et tunc cum est malæ opinionis, admittatur: licet c. illud loquatur in accusatione, aliter admitti non debet, cum etiam si ciuiliter ageretur, non eēnt admittendi, nisi essent emendati, et cum alijs adminiculis, inf. de simo. per tuas. sed licet accusetur, non tamen statim reus est, ut sup. dr. et ideo potest admitti in crimine excepto, cum adhuc remaneat in statu suo.

l. 1. C. de dila. & 3. q. 3 induc. e § spatium.

4 Hęc tres glo. ñ hñt̃ ĩ vetustis exemplaribus.

5 Denegatur etiam secunda, & tertia, q. post prima perā statns esset dicta testiū, q̃ nunc hois § q̃a veni sm Inno. & Host. Io. And.

† Vide Burchardū lib. 3. decretorū, c. 164.

6 Scilicet sit iste accusat' excepto. Io. And.

Item ex hoc c. & sup. c. testimonium. patet solutio quæstionis, quæ fieri consueuit, si aliquis condemnatus sit de crimine & appellet, vtrum recipiẽdus sit in testem, si pendente appellatione inducatur. Et satis patet ex his duobus c. quid iuris sit, ꝙ in criminali nequaquam, in ciuili vero bene potest admitti: quia pendente appellatione non dr̃ condẽnatus, ff. de pœ. l. 2. § vlt. & integer est status eius, vt interim fungatur honorib. ff. nihil innouari ap. iter. po. l. vni. §. integer, & melius in §. si qs deportatus, quia licet sit dãnatus, ¹ adhuc non hr̃ infamis ex quo appellationem suam prosequitur, ff. de ijs, qui no. infam. furti.

† In aliquot vetustis desũt, hæc duo verba, vel non.

¹ Et de crimine famoso, vt ĩ l. alleg. in prin. Ioã. And.

DE TESTIBVS cogendis, vel non.

¶ Quia officium testium quasi publicũ est, & ad illud interdum inuiti cogãtur, ideo post tractatum de testibus, &c. sic cõtinuat Io. And.

† Cap. 1. e. tit. in 1. cõpil. Et pro intellectu textus, & glossarum vide p cęteris Guidonẽ Papæ hic.

Ego contĩnuo sic: Visum est sup. de testibus, sed q̃a posset dubitari vtrum ad testificandũ possint cõpelli, merito subdiẽ̃ita. Abb. Sic.

De hac materia habetur 2 q. 6. statuendum.

CAusã matrimonij, q̃ inter.] In causa matrimoniali cogẽdi sunt testes ferre testimonium, ita cõiter summatur, sed non placet inquantum ponit specialitatem in matrimonio: quia similoqui videntur iura in alia materia ciuili. In prima parte ponit causæ commissionem. In secunda prouidet partibus. Ibi ideoque. Abb Sic.

† Dictio, eorũ, deest ĩ vetustioribus exẽplaribus.

CASVS. Quædam causa matrimonialis vertebatur inter mulierem & virum suum: commissa fuit iudicibus. Mandat Papa Papien. electo, quatenus moneat testes ad ferendum testimonium, quos vtraque pars sibi duxerit nominandos. Si vero odio, amore, vel timore, se subtraxerint, quo ad ferendum testimonium corã prędictis iudicibus, vel nuncio, quem ad hoc miserint, cõpellat eos per Ecclesiasticam censuram. No. testes compellendos, sed prius monendos.

[Gl. seq. ponit duplicẽ cãm compulsionis testium.]

a ¶ Occultent.] sic 14. q. 2. q̃q̃. hæc. n. est cã quare testes cõpelluntur, ne veritas occultet, & ne malus, vt bonus ęstimet, vt in c. q̃q̃, & q veritatẽ occultat, peccatũ cõmittit mortale, ² 11. q. 3. quisquis, idemque compellitur.

² An sit peccatum mortale nõ testificari, pter tradita hic p Doctõ. vid. B. Tho. 2. 2. q. 70. ar. 1. adde Ias. ĩ l. ꝑscriptione, C. si cõ. ius, vel vtil. pub.

b ¶ Timore.] tunc enim testes sunt compellendi, alias non vr̃ ꝙ compelli debeãt, ĩ. eo. super eo. ex eo enim ꝙ non vult ferre testimonium, præsumitur cõ ipsum: vnde dico illum statim compellendum, nisi constaret per alios, quod bene possit veritas comprobari.

TITVLVS XXI.

De testibus cogẽdis, (vel non.)

¶ Alex. III. Papien electo.

¶ In causa ciuili monendi, & inducendi testes sunt ad testificandum, & si se subtrahant odio, gratia, &c. compelluntur.

CAP. I.



CAusam † matrimonij, q̃ inter M. mulierem, & filium R. vertitur, commisimus iudicibus terminandam.

¶ Ideoque mandamus, quatenus testes ab alterutra partium in suæ assertionis testimoniũ inuocatos, ne veritatem occultent, [a] diligentius moneas & inducas. Si autem odio, vel gratia, vel timore [b] se subtrahant, eos ad ferendum testimonium coram præfatis iudicibus, vel eorum † nuncio, [c] quem ad hoc miserint, ecclesiastica districtione compellas.

[Gl. seq. signat contrarium, & dupliciter soluit.]

c ¶ Eorũ nuncio.] puta, si fuerint debiles, vel infirmi, vel egregia ꝑsona. sup. ti prox. si q testium, & ff. d iureiu. ad ꝑsonas arg. cõtra 3. q. 9. testes. ibi dicit ꝙ præsentes debent esse testes, illud intellige de illis personis q̃ ad iudicium venire possunt. Vel intellige illud ĩ criminali, vbi testes debent esse in p̃sentia iudicis: hoc in ciuili, & hoc bene distinguitur, C. de fi. instr. auth. apud eloquentissimum exigitur enim, vt in criminali sint coram iudice, & non solum ex dictis, sed etiam ex gestis iudex informet motum animi sui, ff. de testi. l. 3. §. item Diuus.

¶ Idem presbyteris Pontiæ. †

† In aliquot antiquis ita: Pontiæ, & Asiæ, sed Asisij puto scribendũ, alias Pontiæ, & Asiliæ.

¶ Vbi testimonium est necessarium, compellendi sunt testes ad illud ferendum, etiam per suspensionis, excommunicationis, & depositionis sententiam.

CAP. II.

CVm † super causa, quę vertitur inter Prænestinum Episcopum, & Sublac. Abbatem, sit testimonium vestrum necessariũ: Mandamus, quatenus perhibituri testimonium veritati, Apostolico vos conspectui præsentetis. Si vero non veneritis, [d] sciatis vos ab officio, [e] & beneficio ecclesiastico Apostolica auctoritate suspensos. Et [f] si nec sic veneritis, excommunicationis, & depositionis [g] sententiam poteritis formidare.

† Cap. 3. e. titu. in 1. cõp. & post Conc. Lateran. sub Alex. III. par. 7. c. 1.

CVm super.] Per excõicationis, suspensionis, & depositionis sñiam, cogendi sunt testes. Tria facit. Primo p̃cipit. Secundo punit cõtẽnentẽ. Tertio aggrauat. Scda ibi. Si vero. Tertia ibi Et si Abbas. CASVS Mandat Papa quibusdã presbyteris quatenus ad p̃sentiã suam accedat perhibituri testimonium veritati, sup cã q̃ vertitur iter Epm Prænestinum, & Abbatem Sublacẽ. Si vero nõ venerint, sciãt se ab officio, & beneficio suspensos, & si nec sic venerint, sententiam excõicationis poterunt formidare. Nota, ꝙ crescẽte cõtumacia, crescere debet, & pœna.

d ¶ Veneritis.] In termino constituto supple, & tunc sufficit, vt veniant ea hora qua possint expedire officium suum, sup. de offi. deleg. consuluit, & arg. ff. de condi. & demon. l. 4. in fi.

[Gl. seq. reci. per contrarium de decr. cum non ab homine, vbi remittit.]

e ¶ Ab officio.] is est ordo, cum culpa incipit a contumacia, tunc debet excommunicari, 23. q. 1. forte. Secus si a crimine, tunc debet deponi 81. distinctio. dictum, & supra de iudi. cum non ab homine vbi de hoc.

[Gl. seq. no. quod plures, &c.]

f ¶ Et si nec veneritis.] no. arg. quod in vna citatione possunt fieri plures citationes: sicut etiam fit de consuetudine propter difficultatem citationum, vt sup. de do. & contu. veritatis, & c. cum dilecti, & sup. de in integ. rest. cum ex litteris.

[Gl. seq. quærit, & soluit.]

g ¶ Depositionis.] & sic crescente contumacia crescere debet & pœna, sup. vt lit. non contest. quoniam, in fi. ff. de poe. relegati, nisi necessitas sit impedimento, arg. ff. de arbi. Celsus, §. idem ait, non enim in omni casu excommunicare eum intelligitur, arg. ff. de solu. si seruus decẽ, in fi. Quid si excõmunicaret eum, nisi venisset in

tea anno

termino nulla exceptione facta, nunquid erit excommunicatus si non potuit venire? 1 In casu tali saltem quo ad Deum, nõ est excõmunicatus, quia impossibile præceptum non ligat ff. quæ sent. sine app. rescind. l. Paulus 2. Sed quia ecclesia illud ignorat, doceat de impedimento, & absoluetur sine difficultate a grauamine, ar. j. de sen. excõ. sacro. sic ex eadẽ cã reuocatur snĩa diffinitiua, nec miranda est executio nisi de iu. si ptor, & j. de re iu. cũ Bertoldus, & c. cũ olim, multotorius excõicationis snĩa tenet: sed pbato impedimẽto sine grauamine (vt dixi) debent absolui.

1 anun. †In. Epõ.

¶ Idem Genuen. † Archiepiscopo.

¶ Testis, qui timore aduersæ partis se subtrahit, testificari compellitur adde etiam in criminali secundum communem intellectum; & sic aliquid additur ad capit. 1. supra eo. & c. dilectorum, infra eo.

CAP. III.

SVper † eo[a] & infra. ¶ Consultationi tuæ taliter respondemus, quod si factum est notorium, nõ eget testium depositionibus declarari, cum talia probationem, vel ordinẽ iudiciarium, non requirant; [b] Verum si non est notorium, & is qui conuenitur, factum negauerit, testes qui interfuerunt facto, monendi sunt, non cogendi [c] ad ferendum testimonium veritati. Nisi forte timore [d] aduersæ partis constiterit iudici, eos a ferendo testimonio reuocari. Licet ad hoc passim [e] possint † de iuris humani rigore compelli.

SVper eo.] In prima ponitur decisa consultatio. In secunda ibi, Cõsultationi, in qua distinguit, & fin membrũ prosequitur: ibi, Verum, cuius responsio moderatur: ibi, Nisi, & demum quærentem instruit: ibi, Licet. Abbas.

CASVS. Aliquis cõuenitur de aliquo facto coram iudice, illa factum negat, quæritur an illi, qui interfuerunt negotio, cogendi sint ferre testimonium veritati? Respondet Papa. si factu notoriũ est, non sunt necessarij testes, cum talia probationem, vel ordinem iudiciarium non requirant. Si vero non est notorium, & is qui conuenitur, factum negauerit, testes qui interfuerunt, monendi sunt, non cogendi: nisi forte timore aduersæ patris a ferendo testimonio reuocentur, de iuris rigore tamen indistincte sunt cogendi. Not quod factum notorium non requirit probationem. Item not. quod testes sunt compellendi dicere veritatem.

†Cap 4. &. tit in 1. ɔpil & c 7. par. 8. post ɔci. Liter. sub Alex. III Et de materia notorij, & an ĩ eo requirat pbatio, vid late p Sal Alber. & alios in l. ea q̃ sc, C de accus. & per Iul. Cla, ĩ pract. cri. §. fi. q. 9.

† Dictio de, deest ĩ vetustioribus.

§ Hæc q. no. 4 q. 5. c vno, in gl sed pone, & in Spe. d̃ cit. § ve ad fi. & licet q̃ not j. de sol. O fort dic. & q̃d dix. de off. si ... P. & G ... expedi.tu de sen excom vene rabilib §. idem, lib. 6. Io. An.

[Gl. seq incipit casum]

a ¶ Super eo.] qd fuit talis: Aliquis ɔuenitur de aliquo facto manifesto, q̃ritur an illi, qui facto interfuerunt sunt ad secundum testimonium compellendi.

b ¶ Non requirant] quantum ad examinationem, vel probationem, sicut nec in confitente necessariæ sunt partes iudicis, ff ad legem Aqui. proinde si occisus, sententia tamen necessaria est, j. de diuor. porro.

[Glo. seq. recitetur per contrarium de decret. supra proxima]

c ¶ Non cogendi.] hoc intellige a principio. primo.n. sunt monendi, & post. a si noluerint sunt cogendi, vt sup eo. c. prox. clerici vero in causa laicorum cogi non debent, nisi cum aliæ probationes haberi non possunt, 14 q 2 quenquam.

[Gl seq quærit & soluit.]

d ¶ Timor.] sed quis probauit hoc? Certe eo ipso, q̃ monitus est, & non vult testificari, præsumitur contra ipsum, q̃ non bono animo hoc faciat, & ex hac præsumptione compellitur. ar. C. qui mili. non pos. super seruis lib. 12. & testes inuiti cogendi sunt. C. de testi. si quando. Auth. sed hodie. & sic hodie seruat, 2 & si cõstaret q̃ pars aduersa hoc faceret, debet excõicari, s. tit. pxi. cum cãm, 1. § q̃ si forte, & c. constitutis 1.

e ¶ Passim.] 3 in ciuilibus, sed in criminalibus non, nisi agatur ciuiliter, vt j. eo. c. dilectorum.

2 Standũ est ergo ĩterpretationi ɔsuetudinis secundũ Io. And.

3 Hæc glosula non hr̃ in antiquis exẽplaribus.

¶ Idem.

¶ Compelluntur testes etiam in criminali, quos accusatus malitiose accusatoris subtraxit. h. d. secundum verum, & communem intellectum. Abbas.

CAP. IIII.

PEruenit † ad audientiã nostram, quod cum I. Prior S. Laurentij, coram te fuisset de simoniæ, & adulterij crimine accusatus, quendam, qui contra eum ducendus erat in testimonium, iuramento [f] adstrinxit, vt non deponeret contra ipsum: & infra. ¶ Nos igitur attendentes, quod nemo debet [g] aduersario instrumenta [h] (quorum appellatione testes continentur) subtrahere; & quod tam ille, qui subripit instrumenta, quam qui aduersario parem † aduocationis copiam subtrahit, iniquam ostendit [i] a se litem foueri, & experiri debet in se iudicis auctoritatem elusam; [k] Respondemus, ad

PEruenit.] Cõpellitur testis illius fraudem detegere, qui aduersario probationes copiam subtrahit, sic cõiter summat. Cõis diuisio. Secunda ibi, Nos igitur. Abb. Sic.

CASVS. Quidam nomine Ioan de S. Laurentio accusatus coram iudice suo de simonia, & adulterio, astrinxit per iuramentum quendam, qui ɔ eum ducendus erat in testimonium, q̃ ɔ ipsum non deponeret. Dubitauit iudex qualiter aduersus cũ sit procedendũ, & an testis ille sit cogẽdus ad testimoniũ proferendum: quæsiuit a Papa quid iuris sit? Papa considerans, q̃ nemo debet aduersario suo instrũ subtrahere, quorum appellatione, & testes continẽtur, & q̃ ille, qui hoc facit, & qui parẽ copiam aduocatiõis subtrahit aduersario suo, iniquam ostẽdit a se litem foueri: rñdet ipsum testem cõpetendum ad detegendum commentum tantæ calliditatis, & fraudis. Not. quod nullus det subtrahere aduersario suo instrumenta, vel testes, vel parem copiam aduocationis, alias potest puniri a iudice. Item nomine instrumentorum continentur. & testes.

†Cap. 1. 2. tit. de præsump ĩ 2. compil & vid l. 1. ff. de fi inst. & l. dũ q̃ d̃ iniuri s, & gl. in l. si qñ, C. d̃ testib. & Spec. titu, de testiũ cõpulsione.

† In aliquot antiquis exẽplarẽ aduocatiõis seu defensionis copiam, &c. al. partem ĩ duobus vetustissimis.

f ¶ Iuramento astrinxit] q̃ fuit temerarium, & illicitũ & ideo non seruandum: vnde non obstante tali iurõ compelli debet ferre testimonium super negotio principali, sup. tit proxi. intimauit, & c. constitutis, & debet denunciari non teneri illo iuramento, vt in c. constitutis, & j. de accu. olim, vbi de hoc Ber.

g ¶ Nemo debet.] hæc verba habuisti, sup, tit. proxim, constitutis, & 3. q 7. c infames, § sunt autem, ver. siquis autem, & C. de postu. prouidendum. Bern.

h ¶ Instrumenta.] 4 quod qui fecerit, tenetur ad interesse, 11 q. 2 si quis de clericis.

i ¶ Ostendit.] præsumptiue: sicut præsumitur contra illum, qui ad pecuniæ corruptelam descendit, C. de pœ. iu. qui ma iud. l. 1.

k ¶ Elusam.] quia instrui iudex non poterat super causa illa procurante, ff. de offic. proconsul nec quicquam, §. vlt.

4 Adde hic, q̃ appellatiõe instrorũ, vt d̃t text. veniũt testes tñ in termino dato ad pductione instr. non pñt testes produci, l. testiũ C. eod.

[Glo.

[Gol seq. reci. per q. an super principali cogi debeat. Ponit opin Lau quam partim approbat demum ponit contrarium cui signat contrarium, inf eo. cap. penul. & ibi remittit.]

a ¶ Cōmentu m,] ex hoc uidetur, quod non sit cogendu, dicere veritatem super principali, sed tantummodo reuelare hanc fraudem, & hoc dicebat Lau & debebat procedi in cā tanquam depo suisset cōtra illum, & sic habebat illū pro producto fraude reuelata, 1 & sic seruibit iurm̄ suum, & hoc colligi uidebatur ex antiqua decr. Sed hoc non est verū, vt hic dicit, & quod dictū est, ad detegendum tantæ fraudis, & c. supple. & nihilominus super principali debent cōpelli, vt dicunt illa iura, ar. s. ti proxi. intimau t, & cap. constitutis, & arg. i. eo. c vlt et ar. cōtra, i eo. dilectorū. vbi soluitur. Dic, ꝙ non compellitur super principali, vt dicebat Lau sed ad fraudē detegendā. debet cōpelli, vt postea denunciet non teneri illo iuramēto, postea poterit iurare super principali si voluerit, sed non dēt compelli, & sic planum est, & nullū contrarium, vt dicit Lau.

1 al commerciū, q rox ēt est in antiq. compi.

Segobien. Gobien.

† Cap. 1. eo ti in 2. cōp Et de materia vide laur. Clar in pract. crim. § .n q. 24.

1 Quasi dicat, ꝙ si haberet aliū testē vinceret, ad hoc C. de pb. si possessionē, qꝫ nō credit Vincē sed forte pīn eu deferi tēc iurm̄, sup. de p cu ex insinuatione. Io. Aud.

deregendum tātę fraudis & calliditatis commentū, a † ipsum testem merito compellendum.

Clemens iij. Segobien. episcopo.

Si res aliter probare non potest etiam in causa criminali compellendi sunt testes, h. d. secundum lecturam notabiliorem.

CAP. V.

ij Peruenit † ad nos, ꝙ cum a laicis enormis & intolerabilis iniuria clerico multis astantibus, & videntibus inferatur, iniuriantes in causam tracti, negāt se tantum facinus commisisse, & cum lęsus eorum testimonio, qui pręsentes extiterāt, hoc, probare desideret, illi nolunt veritati testimonium perhibere, & infra.

Consultationi tuæ taliter respondemus, quod hi, qui de rebus ecclesiasticis b testificati recusant, c si aliter veritas nequiuerit elici, ad illud sunt per censuram ecclesiasticam compellendi.

Peruenit,] Super probanda iniuria clerico illata cogēdi sunt testes, h. d. Cōis diuisio. Secunda: ibi. Consultationi. Abb. Sicul.

CASVS. Laici frequenter enormem, et intolerabilē iniuriā inferunt clericis multis pręsentib & uidentibus: iniuriantes in cām tracti negant se tale facinus commisisse, clericus per illos, qui pręsentes erāt desiderat intentionē suā probare, sed illi nolunt testimoniū perhibere, quęritur sunt a Papa quid iuris esset? Et ipse rñdet indirecte, q ii, qui de rebus ecclesiasticis testificari recusant, si aliter veritas haberi non pōt, ad illud sunt per censurā ecclesiasticam compellendi. Not. ꝙ qui de rebus ecclesiasticis nolunt testificari, sunt indistincte cogendi.

b [Ecclesiasticis,] nomine 2 rerum ecclesiasticarum intelligo clericos, et ita videntes clericū lędi, testificari cōpelluntur. 12. q 2. ecclesiarū seruos, et inf de vi. & hon. cle. c. vlt. & ita pōt intelligi, q a iniuria crimen est, nam qui de iniuria condēnat. infamis efficitur, inf de re iu. cum te, ff. de iis qui no infa. athleta § vlt.

2 Hęc glo. nō habet in antiq. explicibus.

[Gl seq. obijcit, & dupliciter soluit, ad primam solutionem signat contrarium, & remittit.]

c ¶ Recusant,] attende consultationem, et responsionem. & sic videbis, qꝫ nō directe rñdet ad interrogata. sim. s. de test. cū in tua. vbi ita indirecte rñdet. Sed dicas, ꝙ eo ipso, ꝙ rñdet, vt super reb. ecclesiasticis cōpellendi sunt, a cōtrario sensu rñdet, ꝙ super illa iniuria nō sunt cōpellendi ferre testimoniū, qꝫ. n. de vno cōtitetur, de altero negare, vr inf de pīum nōne. & 25. dist. qualis, & hoc ideo: quia in criminalibus testes nō compelluntur, inf. eo. dilectorum: quia iniuria crimen est: vnde qui de iniuria condēnatur, infamis efficitur, inf. de re iudica. cum te. ff. de iis qui no infa. athletas, § vlti Ar. cōtra inf eo sup his, & c. seq soluitur hæc contrarietas, inf. eo dilectorum. Vel dic, ꝙ 3 plecutio iniuriæ appellatur hic res ecclesiastica, & itellige, ꝙ ciuiliter hic agebat p suo interesse; de iniuria, alias nō compellunt testes. 4 qꝫ itelligo de iniuria facta ordini clericali, B.

¶ Idem.

Super consanguinitate probāda cogendi sunt testes. Ita communiter summatur. Sed Panor. non placet hoc summarium, & ideo summat sicut c. 1. supra eod.

CAP. VI.

Caeterum † quod super consanguinitate cogendus sit testis phibere testimonium veritati, non dubitatur a nobis cū id tā ius scriptum d approbet ꝙ cōsuetudo actibus e vtentium approbata, † si ipsum f constiterit odio, vel gratia, ueritatem supprimere, aut timore. g

¶ Cœlestinus Tertius.

Testis synodalis, qui coram ordinario super matrimonio deposuit, non compellitur iurare super eo coram delegato hoc primo. Propter superuenientem infamiam a testimonio repellitur, hoc secundo. Potest tamen si errauerit incontinenti non ex interuallo dictum suum corrigere, hoc dicit.

Caeterum.] CASVS. Quærebat, si testes sunt cogendi in causa matrimonij dicere testimonium super cām? Et rñdet ꝙ sic, tam de iure qua m dē consuetudine comprobata, 14. q. 2. quamquā. Not. qꝫ in causa matrimoniali testes sunt compellendi ad ferendū testimonium, & est notabile in causis de facto

d ¶ Scriptum,] tam canonicum, quā ciuile, 14. q. 2 quamquam, & sup. e per totu n. et C. de testibus. si qñ. e ¶ Quum consuetudo actibus,] est autem (ut hic satis apparet) consuetudo ius quod iam moribus vtentium approbatum, quod pro lege suscipitur, cum deficit lex. dist. 1. consuetudo. & consuetudo est optima legum interpres, sup. de consue. cum dilectus. et sic compellendi sunt testes tam iure scripto quam non scripto s. consuetudine sup de consue. cum dilectus, vt hic patet.

3 Puta ad impensas factas, & operas amissas secūdū Pet. & Ab. Io. And.

† Cap 2. e. ti. i 2 cōp.

† Vide tex. in l. 3. & ibi Cy. C. quę sit lon. ꝯsue.

4 In anti. subiungebat, ꝙ si clerici iniuriā pbare nō possent, stare tur ipsorum iuro, sed q a cōtinebat iniquitatē fuit remotū p ꝙ ar. Hos de ītētiōe Papæ fuisse teste cogē dos. Io. A.

[Glo. seq. quærit, & soluit]

f ¶ Ipsum constiterit.] et quis probabit, iam dictum est, quia eo ipso, ꝙ monitus non vult testificari, præsumatur contra ipsum, vt statim compellatur, nec est alia necessaria probatio, et hæc leuis præsumptio sufficit, argumen. ff. de petit. hære, si quis libertatem, §. plane. Bernardus.

[Gl. seq. dupliciter exponit, ꝙ hic de odio dicitur.]

g ¶ Timore,] timor potest referri ad multa siue odio personæ, vel timore hoc contingat, cōpelli debēt, sup. ti. proxi constitutis, et c. intimauit, et s eo. peruenit, 5 ēt odio ipsius sacramenti, quod quidem tenui religione abhorrent, C. de fi. instrumē. l vlt. et inf de simon. & si qōnes & tunc fortius debēt compelli, alias si noliēt iurare damnando 6 iuramentum, tanquam hæretici debent condemnari, inf. de hære. excommunicamus. §. si.

5 Cōcor. I. 1 § in operis, & ibi Bal. de no. ope. nun.

6 Hęc fuit hæresis Pseudo apostolorū & Valdēsiū. Eymericus in Directo. rio Inqsitor. p. 2. q. 12. & 14.

Pig.

PRaeterea.] Cōmuniter summatur, vt in rubro, sed quia varijs modis intelligitur posset aliter summari. Et quia haec summatio generalis potest conuenire cuilibet intellectui, transeo pro nunc cum communi summario. nam ex inf. dicendis patebit clare intellectus. Tres sunt partes, quae per se patent. Abb Sicul.

CAP. VII.

† Cap. 3. e. titu in 2. compi.

PRęterea † testes publici, quos tua ciuitas nūcupat synodales, [a] sup causa matrimonij coram te, vel tuo capitulo semel testimonium reddiderint, non debent compelli, vt in praesentia alicuius delegati iudicis, super eadem causa iterato [b] prębeāt iuramentum: dummodo aliter [c] fiat fides iudici delegato, nisi forte articulus nouae quęstionis [d] emergat.

¶ Huiusmodi † vero testes publico iure possunt propter infamiam a perhibendo [e] testimonium remoueri, [f] si eam postq̄ in cōmuni [g] recepti fuerint, cōtigerit cōtraxisse. Quorum testimonia si quādoque non studiose, sed in proferendo errauerint, & se incontinenti [h] correxerint, reprobari nō debēt: secus autem erit si correctionis suae interposuerint interuallum.

† In pluribus ueteribus codic. ita. Hmōi uero testes publici, iure pnt, &cę. & in paucis hr. ut I cōtextu.

¶ Inno. III. Priori Sancti Fridiani, & magistro P. canonico Pisano.

¶ Cum de fama, vel vitio falsitatis inquiritur, cogendi sunt testes, h.d. secundum Io And. sed secundum Pano. nimis restringit textum.

CAP. VIII.

Litteras † vestras accepimus continentes, q cum causa, quæ vertebatur inter Altissiodoreñ. episcopum, & quosdam Burgenses de charitate, quos idem episcopus de hæresi impetebat, vobis & abbati Colloñ. a sede Apostolica delegata fuisset, vtraque pars vos duos sub certa pęna sibi arbitros [a] statuerunt, [b] delegata. vobis potestate nihilominus reseruata: G. autem lator presentium vnus ex illis, hæresim suam fuerat publica voce confessus, [c] & de fratre [d] suo similiter recognouerat [e], quòd eodem secum laborabat errore: & infra. ¶ Nos vero prædictum G. suspectum [f] de hæresi vehementer habuimus, tum quia quod ante dixerat, postea se dixisse negauit: tum quia vel mendacium prius dixit in fratrem asserendo illum hęreticum, vel periurium postea commisit in Deum, purgando [g] illum de hęresi: quorum vtrumque reddit illum valde suspectum: quamquam verisimilius [h] videatur, † quod eo tempore quo tanquam vere pœnitens ab hęresi reuertebatur ad fidem, tam graue [i] mendacium non dixisset: præ-

a ¶ Arbitros,] & sic patet, qđ delegatus pt esse arbiter retenta etiam delegata iurisdictione, sic j. de pbē. c. nisi & s̄. de arbit. cum olim. & ca. innotuit. Sic et ordinarius potest esse arbiter. arg. s̄. de elect. causam q̃ & s̄. de arbit. cū tempore. Sed cōtra vr̃ 3 q. 7. c. infamis. §. tria in fi. ff. de arb. sed & si seruū. §. 2. Nō sunt contraria, & iudex non potest iubere, vt in eū cōpromittat [1]: sicuti ibi dicit; sed si partes volunt in ipsū cōpromittere, bñ possunt, arg. ff de tut. & cur. da. ab his, prætor ait. & in Auth. vt dif. te. iud. §. si vero contigerit, coll. 9. Item est ar hic, q in arbitriū possit de crimine cōpromitti. vnde signatur contra, ff. de arbi. non distinguemus, § Iulianus, & sup. de in integ. restitu. cap. penul. in fin. vbi hoc. Item arg q possit. 5. q. 2 si primates.

b ¶ Statuerunt.] cū [2] agit de crimine, aut illud infamat, & tūc si agatur criminose, non potest compromitti, ff. de arbit. nō distinguemus, §. Iulianus, si ciuiliter ad cōfiscationē bonorū bene cōpromittitur, vt hic. Aut non infamat, & tunc potest compromitti. ff. de his qui not. infa. quid ergo. §. ex compromisso.

c ¶ Confessus,] pœnitendo de ea, & redeundo ad ecclesiam.

d ¶ De fratre.] bene poterat testificari in hoc casu ɔ̄tra fratrē [3] si enim frater tuus, vel amicus tuus, vel vxor tua, quæ in sinu tuo dormit, deprauare voluerit veritatem, sit manus tua sup eos 13. q. 8. legi. & q. 5. si audieris, & dicere debes patri & matri, non noui vos. 93. dist. diaconi, & inf. tit. proxi. quemadmodum, alias in magnis criminibus non auditur contra eum, C. qui accusa. non pos. si magnum, in leuibus bene; C. eodem tit. si sororem. & 4. q. 3. c. si testes, §. parentes.

e ¶ Recognouerat,] id est. confessus fuerat.

f ¶ Suspectum.] nam sola suspicione suspectus habetur, nisi se purget ad arbitrium sui episcopi, [4] quod si non fecerit, excommunicari debet, j. de hære. excommunicamus, §. 4. Ber.

g ¶ Purgando illum,] scilicet fratrem coram archiepo Bituricesi, corā quo cōueniebatur frater ille de hæresi, & ei fuit indicta purgatio, vt per ipsum G. deberet se purgare, & ipse fratrem suū compurgauit: propter quod episcopus dicebat ipsum periurum & hæreticum: quia primo dixit illum hæreticum, & postea eum compurgauit. Sed ipse G. dicebat, q licet de se confessus fuisset, de fratre tū nihil dixerat, sed contrarium probauit episcopus: vnde isti iudices habentes suspectum ipsum, cum litteris suis remiserunt ad Papam.

h ¶ Verisimilius,] de nemine præsumitur, quod sit immemor suæ salutis, 1. q. 7. sancimus.

i ¶ Tam graue,] imo in vltimo articulo non semp præsumitur, q verū dicat aliquis, C. de pbationi. rationes. ff. de proba. qui testamentum, ff de leg 2. Lucius §. quisquis mihi 2. & ff de leg. 3. cum quis §. Titia. Sol. licet præsumatur, quod verum dicat, non tamen fit sufficiens probatio iudici arg. ff. de pig. act grauis. Et licet hæredes necesse habeant stare religioni defuncti, non tamē creditores C. de proba. auth. quod obtinet.

1 Concor. l. furti. § q iussu. ff d his q no. infa. & Bal in 1. consi. 1. C. †Quid cōtineat sub hoc infra patet i gl. super verbo; purgādo.

2 Hęc glossula nō hr̃ i vetustis codicib. † Vr̃ videbatur.

3 Tradit late Gigas tracta. de crimine læsæ maiestatis li. 2. tit. quo mo. & per quos. q. 9.

4 Cōcor. l. si fideiussor. in gl. officiū cū no. ff qui satisda. cog.

sertim in fratrem, [a] quem tanquam charissimum non asseruisset hæreticum, nisi fuisset accensus zelo fidei orthodoxæ. vnde præsumitur, quod cum postea purgauit [b] illum de hæresi, turpiter deierauit.

¶ Quocirca mandamus, quatenus cum propter solam suspicionem (quamuis uehementem [c]) nolumus illum de tam graui crimine condemnari, talem & tantam securitatem recipiatis ab ipso præter iuratoriam [d] cautionem, quod timore pœnæ corporalis † debeat coerceri: discretam ei pœnitentiam iniungentes, ex qua valeat apparere, vtrum in tenebris ambulet, an in luce: vtrum vere sit pœnitens, an ficte conuersus: & si eum hoc modo verum catholicum cognoueritis, non finatis ipsum indebite molestari: alioquin eum tamquam hæreticum condemneris.

¶ Idem Cenadien̄ episcopo, & Abbati Deciquorū.

¶ Non præsumitur incontinent in senectute, qui in iuuētute continuit, maxime si est litteratus.

CAP. XV.

CVm † in iuuentute sua Quinq; ecclesien̄. episcopus adeo se maturum, honestum, [e] & prouidum exhibuerit, vt ab ecclesia Romana meruerit pallio decorari, non est de leui credendum, quod † postquam ad senilem [f] peruenit ætatem, turpiter abiecerit iugum Domini, fœtores libidinis amplexādo: cum labes huiusmodi quæ nonnunquam in iuuentute contrahitur, in senectute frequentius [g]

a ¶ Præsertim in fratrem.] præsumitur aliquid rōne cōsanguinitatis vel affinitatis, s̄. eodem afferte de testi. requisisti, j. de simo. sicut, & s̄. de æta. & qualit. tuam, ff. de ri. nupt. non solum. §. 1. C. de rei vxo. actio. l. vnica, §. sileat, 1. arg. 3. q 5. accusatores, vel testes lo.

† Pro liberis nō fit dotis retētio cū naturalis stimulus parētes hortetur ad liberorū suorū educationē. Io. And.

[Glossa, sequēs notat & signat contrarium.]

b ¶ Purgauit,] hoc est notabile, ꝙ semper est standū primo dicto alicuius, si postea contrarium dicat etiam in alio iudicio, s̄. de testi. cum in tua, & etiā extra iudicium s̄. de probatio. per tuas & sic piurus reputatꝰ ꝙ vnū vno iudicio vel eodē dicit, & postea aliud. Itē hic vna præsumptio præpōderat alteri ff. de in integ. restitutio. diuus. Arg. contra sup. de elect. cum inter R.

c ¶ Vehementem.] imo ex leui causa probatur quis hæreticus, arg. C. de hæreti. l. 2. scilicet quantum ad hoc vt suspectus de hæresi habeatur, & vt procedatur quasi contra suspectum, sed non vt condemnet de hæresi Itē vehemens præsumptio pro probatione accipitur 32. q. 1. dixit dominus & s̄. eod. afferte. 52. dist. fraternitatē, j. de iudæ. ca. vlt. R. n̄. ꝙ non vehemens, sed violenta tantum, de qua prædicta cap loquuntur, & ff de re du. si mulier, & l. præceden. nec etiam omnis violenta, si probetur contrarium 27. q. 1. nec aliqua, s̄. de proba. proposuisti, & 35 q. 3. extraordinaria.

† Temporalis, reperit in omnibus vetustiorib. exēplaribus, quod est et in veteri cōpilatio.

d ¶ Præter iuratoriam,] hoc ideo dicit: quia postquam quis semel periurus est, amplius ad iuramentum non debet admitti, 22. q. 5. paruuli. & cap. si quis conuictus, & 2 q 7. non potest. & 6. q. 1 quicunque, & sup. de testibus, testimonium, quia timor est ne incidat iterum in periurium, infra de coha. cler. & mul. clericos. Ber.

ADDITIO. Gl. ista procedit si dictio, præter, in isto textu stat exclusiue. Sed secundum doctores accipitur inclusiue, vt sic vltra cautionem iurare teneatur, & hæc verior. Nec obstat motiuum glo. quia istud iuramentū est oneris, & non honoris.

CVm in.] Diuiditur in quinq; partes. In prima ptæmittit exordium circa excusationem episcopi. In secunda: ibi, Licet. ponit dilationem ipsius. In tertia ibi, Quia tamen, ponit dilationis repulsionem & causam. In quarta: ibi, Sed vt, ponit inquisitionis commissionem. In quinta: ibi, Qui nobis inquisitorum relationem. Abbas.

CASVS. Episcopus Quinque ecclesien̄ de Hungaria diffamatus erat apud regem, quod cum quadam nepte sua perpetrabat incestum, propter ꝙ rex Hungariæ litteras suas misit domino Papæ denunciando sibi crimē ipsius, postulans vt malum hoc perniciosum exemplo de Hungaria remoueret: Sed quia huiusmodi suggestio non procedebat bono zelo, noluit Papa fidem adhibere dictis eius; sed voluit scire vtrum hoc ex charitate procederet, scripsit episcopo Aurien̄. vt prudēter & caute a coepiscopis alijs inquireret diligenter, vtrum crederent illum tali peccato respersum: & ipsi episcopi postmodum rescripserūt domino Papæ, ꝙ ipsi credebant eum virū honestæ conuersationis, personam ipsius multipliciter commendantes: vnde super hoc scribit Papa isti episcopo & abbati, dicens, quod episcopus ipse adeo se maturum, honestū, & prouidum exhibuit, quod ab ecclesia Romana pallio meruit decorari: quare non est de leui credendum, ꝙ postquam ad senilem peruenit ætatē, turpiter abiecerit iugū dn̄i, quia huiusmodi labes, quæ aliqn̄ in iuuentute contrahitur, in senectute frequēter purgatur: præterea non est credendum, ꝙ vir talis ad hoc se conuerteret, vt cum propria nepte abominabilem perpetraret incestum, quia etiam secundum leges naturales fœdus nihil permittit inter tales personas sæui criminis suspicari. Not quod ex præterita vita præsumitur de præsenti. Item propter meritum personæ conceditur priuilegium. Item inter coniunctas personas naturale fœdus non permittit turpe aliquid suspicari. Item denunciatio ex charitate fieri debet. Item superior nō statim debet credere de subditis, quæ referuntur eidem, sed prius debet ab alijs inquirere. Item propter infamiam a maleuolis ortam, non est inquisitio facienda.

† Cap. 2. eo. ti. in 3. comp.

† al. ita. ꝙ postq̄ venit ad senilem ætatem, &c.

e ¶ Honestum,] ex quo enim adeptus est tantam dignitatem, præsumitur, quod ratione suæ virtutis adeptus sit, 61. dist. c. 1. & c miramur, & is gradus cæteros antecellit, quem labor prolixior & stipendia meliora fecerit anteire, C. de offi. magistri officiorum nemo.

f ¶ Ad senilem.] arg ꝙ ex quo quis honestus fuit, quod & postea fuerit honestus, s̄. eo. mandata, & 2. q 3. in primis. in si ff de re mili non omnes, § a barbaris. Item præsumitur pro senili ætate potius quam pro iuuenili, arg. 34. dist fraternitatis. 20. dist. de quibus, & iurisperitus ex verbis senum rusticorum argumentatur, ff. de lega. 3. si chorus. § 1.

Stultitia est quæ ta non sinit esse senem. & illud:

Quod noua testa capit, inueterata sapit.

2 Idē no. 1. q. 1. quibusdā. Horatius in epis. Quo semel est imbuta recens seruabit odorē Testa diu. Ioan. And.

g ¶ Frequentius,] non tamen semper, iuxta illud: Et difficile continentiam seruat, qui illicito se concubitu maculare non metuit. 34. dist § quod vero, & peccator cum venerit in profundum vitiorum, contemnit. 27 dist. nec licuit.

ADDITIO.] Vnde versus.

Militat

Militat in teneris annis amor hospes amantis,
Est in canicie ridiculosa Venus. & illud:
Exultat leuitate puer, grauitate senectus.
Inter vtrumq; manens, stat iuuenile decus.

a ¶ Naturale fœdus.] infra, de cohabit. cler. & mulier. cap penult. & C. de episco. & cler. cum qui.

b ¶ Detulisset,] denunciando : quoniam laicus non potest clericum accusare, infra de accus. cum P & supra de testibus. de cætero, nec præsens absentem, 3. q 9 c 1. & 2. q. 7 ipsi apostoli.

†couertetur.

c ¶ Charitatis radice. vnde non debuit admitti. ȷ. de accus. cum oporteat & cap. meminimus.

d ¶ Malignis delationibus.] id est, detractionibus Et est arg. quod propter infamiam a maleuolis ortam non est inquisitio facienda, † vel purgatio indicenda, infra de purg cau. cum in iuuentute, quę est pars illius, & 11. qō. 3 in cunctis, infra de accusa. qualiter & quando.

† Vide l. vt vim & ibi glo & Doc ff de iusti. & iure.

† imo videtur h. c. probari cōtra nā sed dic q hic cōmissa fuit non solēnis inquisitio veritatis, sed occulta indagatio credulitatis, & famę. l. An. Iae vult hic Felinus, & alij.

e ¶ Rescripserunt.] bene debuit eis credi, cum elset ad hoc deputati a dño Papa, arg. ȷ. de probat. post cessionem, & 11. q 3. curæ ȷ. de fide. instr. c 1. & præterea per has litteras nulli nocebat pręiudicium.

D Vdum.] prima ponit querelā. Secunda dat iudicē: ibi, Causam. Abbas siculus.

† al. ita : Sed vt probaremus spiritus si esset ex Deo, &c.

CASVS. Quidam scholaris C nomine impetrauit litteras ad Mediolan. Archidiacon. vt ipsum faceret recipi in clericum, & in fratrem, si persona esset idonea a presbytero ecclesiæ sancti Victoris, in qua cōsueuerūt esse clericus & sacerdos: Sed presbyter ille coram arch. constitutus proposuit, q facultates ecclesię duobus clericis non sufficiebant, adijciens, quod idem C. non erat idoneus ab beneficiū illius ecclesiæ obtinendum; dubitatum fuit & contentio erat super hac idoneitate, an deberet iste, C. probare se idoneum : vnde propter hoc partes redierunt ad Papam, mandat papa iis iudicibus, vt ex clausula, scilicet, si persona fuerit idonea: qua in rescripto erat inserta, eidem scholari probandi se idoneum nulla necessitas imponatur,

† al. Ianuen.

†al archiepiscopo.

expietur.

¶ Quis præterea de facili crederet, quod vir prẽditus scientia litterarum, propriæ salutis oblitus, ad eā passionis ignominiam se conuerteret, † vt cum propria nepte abominabilem perpetraret incestum; cum etiam secundum sententiam ethnicorum naturale fœdus [a] inter tales personas nihil permittat sæui criminis suspicari †

¶ Licet igitur Rex Hungariæ eundem episcopum nobis per nuncios & litteras de tali crimine detulisset, [b] postulans vt malum huiusmodi perniciosum exemplo, de Hungarica ecclesia tolleremus; Quia tamen eius suggestio non de charitatis radice [c] procedere videbatur, noluimus aures nostras quasi malignis delationibus [d] inclinare. Sed † vt probaremus si spiritus esset ex Deo, Auriensi † episcopo dedimus in mandatis, vt prudenter & caute a coepiscopis indagaret, vtrum præfatū episcopum crederent tali labe respersum. Qui nobis postmodū rescripserunt, [e] quod eum virum honestæ conuersationis esse credebant, personam illius multipliciter commendantes.

¶ Idem archidiacono † & præposito Mediolanē.

cum prima facie præsumatur idoneus, nisi probetur indignus. No. quod quilibet præsumitur idoneus, nisi probetur contrarium.

[Glossa sequens quęrit & soluit, solutioni alleg. cōtrarium.]

¶ Is, pro quo beneficiando scribitur cum clausula, si idoneus fuerit, non tenetur probare se idoneum, cum idoneus præsumatur.

CAP. XVI.

DVdum † archidiacono Mediolanen. dedimus in mandatis, vt, C. scholarem a presbytero sancti Victoris in clericū eiusdem ecclesiæ recipi faceret & in fratrem: & infra.

¶ Sed presbyter memoratus archidiaconi declinans examen asseruit, q nequaquam sufficiebant [f] duobus clericis facultates ecclesiæ memoratæ: adijciens quod prædictus, C. nō erat idoneus ad illius ecclesiæ beneficium obtinendum: & infra.

¶ Causam nobis duximus committēdam, ita vt ex illa clausula [g] scilicet: si persona † fuerit idonea; quæ nostro rescripto reperitur inserta, eidem scholari probandi se idoneum nulla necessitas imponatur, cū prima facie præsumatur idoneus: [h] nisi aliud in cōtrarium ostendatur.

TITVLVS XXIIII.

De iureiurando.

¶ Gregorius tertius. †

¶ *Agi, potest ad relaxationem iuramenti, cuius imple-*

f ¶ Sufficiebant.] hæc exceptio vltima est, quia tot sunt ponendi in ecclesia, quot ex facultatib. ipsius possunt cōmodè sustentari. ȷ. de institu. c 1. & c auctoritate, & ȷ de concess. præbenæ ex parte S. d quis probabit ecclesiā esse soluendo, vel nō esse? Respondeo, ille, qui dicit, non est soluendo, ostendendo facultates & reditus ecclesiæ. vt hic innuitur, & arg. C. de inoffi test omnium. & ff de legat. 2. cum pater §. rogo. Argu. contra C de probat. ex persona.

g ¶ Ex illa clausula.] quæ & si non fuisset apposita, subintelligitur. ȷ de rescr. cum adeo, & ȷ. de elect. causam, & ff de serui. si cui. ff de ri. nup. quamquam.

[Gl seq. alle duas concor. inducit simile, obijcit & remittit, quærit & soluit.]

h ¶ Præsumatur idoneus.] sic ȷ. de seru. c. vnic. & 86. distin. si quid, sic præsumitur quis bonę fidei, nisi probetur contrariū C. qui mili. non pos. super seruis, li. 12. & C. de non num. pecu. auth cōtra qui propriam. Vnc. Et sic videtur, q negatiua probari debeat ex eo qd dicit, nisi aliud in cōtrarium ostendatur: sed negatiua probari nō potest, sup de ele. bonæ. vbi de hac negatiua satis dicitur. Sed qualiter probabit illum non esse idoneum? si dicatur non idoneus ratione sciētiæ, tūc iudex illum examinabit, an sit quantum ad hoc idoneus, sup de æta. & qualita. accepimus, si ratione delicti vel irregularitatis, ille qui hoc obijcit, illud probet secundum illam regulam Ei qui dicit, incumbit prohibitio ff. de probationib l 2.

† Ex hac decretali colligitur quēlibet præsumi bonū de quo articulo pēr Felinū & alios hic, vide Alec. cōsil. 127. inci. Saluatoris. ĩ 3. vol.

† Adde q hęc clausula potius importat modū q̃ cōditionē vt notat ĩ cle. j. de off. deleg. vide Bal ĩ l neque C. de probatio.

† In duobus vetustissimis, nouus, in cęteris tertius habetur.

DE IVREIVRANDO.

¶ Quia in defectum probationum recurritur ad iuramenta ȷ eo. c. fi. & sup. de procur. ex insinuatione, ideo post tractatum de probationibus tam in specie, quam in genere, merito subditur hæc rubrica. Est enim iuramen-

ramentum maximū litium expediendarū remedium. l.1. eod. & alibi dicitur, ꝙ omnis controuersię finis est iuramentum, ̄j eod & si Christus. Vide ad materiam glo.no. 22 q.1. in summa, quæ ponit quid sit iuramentum, quid iurare, quæ fuit causa institutionis iuramenti, item formam iurandi, & pœnam periurij. Abbas Siculus.

De hac materia tractatur 22 quæst. 1. & qō 2. & quæst. 4. & q 5 & 15. q.5. per totum 15 q.6. c auctoritatem §. a fidelitatis, visque ad fi. quæstionis & 2. q.6 fere per totum.



Xadministrationis. Iere ditores compellūt relaxare iuramētu d vsuris sibi soluendis. h.d. quo ad litteram. a ¶ Iuramenta. Irecepta a debitorib pro persoluendis vsuris creditoribus, quæ in præiudicium, animarum quo ad creditores seruari nō possunt, & ideo ratione peccati, compelluntur creditores relaxare huiusmodi iuramenta, sup. de iudic. nouit sed quantum ad iurantes non est peccatum. 1 ̄j. eo. debitores. vnde tolluere tenentur, sed si iurauit non repetere, potest illud denūciare ecclesiæ: & sic compelleretur creditor restituere vsuras quasi indirecte officio iudicis, infra. eo. ad nostrā, 3. arg. infra de cogna. spiritua. & 2 q. 1 si peccauerit Vel compellitur relaxare iuramentum, vt hic: vel si nōdum sunt solutę, compelluntur desistere ab exactione, infra de vsur. Bern.

b ¶ Districtione. i. suspensione vel excommunicatione. 2. infra de verb. sign. quærenti.

c ¶ Cogatis.] tanquam delegati auctoritate huius canonis, vt ̄s de off ord. irrefragabili, §. cæterum, & ̄j. de hæret. ad abolendam, in fi. 3 vel etiam tamquam ordinarij, arg sup. de vsur post miserabilem. Bern.

PEruenit. Legitur duob. modis, primo ꝙ iuramentum fuit præstitū super rebus ecclesiæ. Secundo nō intelligitur, ꝙ fuit præstitū super rebus proprijs ipsius prælati. Cōmunis diuisio. Secunda: ibi, Cognita. Abb.

C A S V S. Comes Arnulphus spoliauit episcopū Laudicen. rebus ecclesiæ suæ, & compulit ipsum iurare, ꝙ non repeteret sic ablata: peruenit hoc ad dominum papam: Ipse hoc audito valde doluit dicens, ꝙ per illud iuramentū nullo modo fuit obligatus vel astrictus, 5 tamen ad cautelam ipsum absoluit, quia taliter coactus iurauit. Nota ꝙ iuramentum præstitum per metum de rebus ecclesiæ non repetendis non obligat. Item a tali iuramento absoluitur ad cautelam.

d ¶ Rebus suis.] i. ecclesię suę. nam si de rebus proprijs iurasset, tenetur iuramentum seruare ̄j. eo. si vero. ̄s. quod met. cau. ad audientiam.

A D D I T I O. Sed quę est rō diuersitatis? Ratio est, quia super suis pōt iurare, & facere pro voluntate sua, C. de Iudæis. nemo. sed super bonis ecclesiæ non, cum ecclesia, fiscus, & minor pari passu ambulent, C. de sacros. eccl. vt inter diuinum. ̄s. de in integ rest. auditis. vnde minor etiā si tutor iurauerit, bona sua alienata nō repetere, si læsus ē minor, repetere potest, C si tut. vel cura l. etiam. ergo & ecclesia siue prælatus, cū non sit ipse dominus, sed procurator. 12. q. 1. §. fin. 14 q. 1. §. 1. vel defensor ecclesiæ. 16. q. 1. in canonibus.

mentum turpitudinem continet ex parte suscipiētis. hoc dicit quo ad intellectum, & est casus notabilis. Abb. Sicu.

C A P. I.



X † administrationis: & infra. ¶ Mandamus, quatenus creditores ad iuramenta [a] super vsuris sibi soluendis præstita relaxanda, ecclesiastica districtione [b] cogatis. [c] †

¶ Ex † registro Gregorij.

¶ Non valet iuramentum præstitum a prælato de non repetendis rebus ecclesiæ. Vel sic, a iuramento meticuloso fit absolutio per iudicem ecclesiasticum.

C A P. I.

PEruenit † ad nos Laudicen. episcopum ab Ar. comite rebus [d] suis spoliatum, & iurare compulsum, quod non repeteret sic ablata.

¶ Cognita igitur contumelia valde doluimus, asserentes ipsum episcopū nullius iuramenti vinculis super hoc posse [e] constringi: quem tamen absoluimus, [f] quia nefandissima coactione iurauit.

¶ Idem Regi Francorum.

¶ Non deierat qui iuramenti implementum in melius commutat. Et nō adstringitur quis iuramento ad implendū qđ iurauit, si ab alia parte non impletur cuius respectu præbuit iuramentum.

C A P. III.

ij PEruenit † ad nos: & infra. Non enim propositum aut promissum infringit, [g] qui in melius illud commutat.

[Gl seq. ponit duas opin. secundam approbat, & huic decr. dupliciter respōdet.]

e ¶ Posse constringi.] arg est hic, ꝙ iuramētum metu extortum ipso iure non teneat, vt quidam dicunt vt Bassianus & T. Al. 4 dicunt & melius, ꝙ iuramentum metu extortum est obligatorium, dummodo sine periculo animæ possit seruari, & hic præstitum fuit iuramentum de rebus ecclesiæ, & ideo nullū fuit hic iuramentum de rebus ecclesiæ præstitum. quod seruari non posset sine salutis æternæ interitu. de hoc plene dixi, ̄s quod met. cau. abbas, & tene quod ibi dicitur, & quod dicitur hic in fi.

f ¶ Absoluimus.] intellige de facto ad cautelam. sic 34 q. 1. audiuimus, & 11. q. 3. excellentissimus, & ̄j. de app. ad præsentiam. Vel expone absoluimus, idest, absolutum esse ostendimus, & sic concordat litteræ præcedenti, scilicet nullis vinculis posse constringi.

ij PEruenit.] Duo sunt dicta. Secundum ibi, Nec tu. Abb. Siculus.

C A S V S. Iurasti ire vltra mare, intrasti religionem postea: & non vadis vltra mare, nō frāgis iuramentum: Qa in melius commutas, & apposita conditione si aliquid iuraueris, si conditio non seruatur, nec iuramentum seruare teneris. Panormitanus. Vel aliter: Rex Franciæ promisit Regi Angliæ, vel alicui alij præstare consilium & auxilium contra aduersarios suos, si & ipse sibi consilium, & auxiliū aduersus suos simili modo præstaret iuramento interposito, vel interpositione fidei super hoc præstita: Rex Anglię non seruauit Regi Franciæ ꝙ promisit, dubitauit Rex Francię an teneretur sibi seruare promissum? Respondet Papa, ꝙ non dicitur mutare propositum aut promissum, qui in melius illud commutat, nec tenetur illi Regi ad promissum seruandū, si constat eum non paruisse conditioni, ēt si iuramentū interuenisset vel promissio, vel fides hincinde data fuerit. Nota quod non frangit promissum vel propositum suum, qui commutat illud in melius. Item iuramētum vel fides data sub conditione non obligat, nisi conditio seruetur.

[Glo seq. inducit in brocar 4. concor alleg uia contraria, & soluit.

g ¶ Infringit.] Sic non dicitur deierare, qui ex iusta causa iuramentum deserit, si qui satisda. cogan. l. vlt & 22. q 4 mulier. & q. 2. beatus. ̄j. de voto. scripturæ. & cap. licet.

† Cap. 4. eo tit. i 2. cōp. Et an vocari pars dēat vt hęc iuramēta relaxēt, vide Alex. cōs. 91. 1. inci visis & A retinū cōs. 33 ici cōsultatio ꝑ missa.

† Vide l. cū alias. ꝑ Bal. C. de vsur.

† al. Gregorius in registro sed nōdū repertum est.

1 Sano modo hoc accipias.

2 Vel, Interdicto.

† Cap. 9. e. ti i 1. cōpi. & post cō ci. Latera nē sub Alexā par. 17. c. 7. Et đ materia vidē Arch. in cap. 2. de pac li. 6 Salic. & Pan. Castrē. in au the sacramēta. C. si aduer. vē. & vide om no Domnicū Sotū lib. 8. de iu stit. & iure quęst. 1. ar. 3. Et de sta. reg c. vnico. §. pe. lib. 6. Io. And.

4 De hoc articulo, vide B Thomā & ibi Caietanum 2. 2 q 89. ar. 7. & Sotū sup. citatum.

† Cap 10. eo. ti. in 1. compilat. Sed neq; hoc caput dicit Ant. Augustinus se inuenire in registro Beati Gregorij. & đ materia vi de B. Th. 2. 2 q. 89. arti. 7. & q 88. arti. 1. & 12.

¶ Nec tu ei, etiam si promissum tuum iuramento vel obligatione, interposita conditione firmasses, aliquatenus teneris, si cōstat eum cōditioni minime paruisse.[a]

¶ Idem Petro subdiacono.

¶ Ponitur forma iuramenti septem capitula continens, secundum quam iurant Papæ episcopi, sed hodie omnes recipientes dignitatem a Papa sibi iurāt: Hoc sit pro summario & diuisione.

CAP. IIII.

EGo † N episcopus ab hac hora in antea fidelis ero † sancto Petro, sanctæque Romanæ ecclesiæ, dominoque meo Papæ C. eiusque successoribus[b] canonice[c] intrantibus.

¶ Non ero neque † in consilio neque in facto vt vitam perdat,[d] aut membrum, † vel capiatur mala captione.

¶ Consilium quod mihi aut per se, aut per litteras, aut per nuncium manifestabit, ad eius † damnum nulli pandam.[e]

¶ Papatum Romanæ ecclesiæ, & regulas sanctorū patrum, adiutor ero ad defendendum, & retinēdum saluo ordine meo[f]) contra omnes homines.

¶ Vocatus ad synodū veniā: nisi præpeditus fuero canonica[g] præpeditione.

¶ Legatum Apostolicæ sedis, quem certum esse cognouero, in eundo & redeundo honorifice tractabo,[h] & in suis necessitatibus adiuuabo.

¶ Apostolorum limina singulis[i] annis, aut per me, aut per certum nunciū visitabo: nisi eorum absoluar † licentia. Sic Deus me adiuuet, & † hæc sancta euangelia.

¶ Vrbanus Papa.

¶ Non tenetur clericus episcopo suo obedientia iuramentū præstare, nisi ratione administrationis sibi concessæ.

CAP. V.

NVllus † episcopus[k] clericos suos (nisi forte quib. ecclesiasticarū rerum commissa fuerit dispēsatio) sibi iurare[l] cōpellat.

¶ Alexan. III. episcopo Vigileñ.

¶ Qui se obligauit ad vsuras soluendas soluere non cogitur nisi iurauerit; quo casu cogitur, sed repetit.

CAP. VI.

DEbitores † ad soluendas vsuras, in quibus se obligauerant, cogi[m]

a ¶ Paruisse.] Arg. expressum hic. fidem non seruari ei, qui contra fidem versatur, ff pro socio, si conuenerit, & 28 q. 2 si infidelis, ff de inoffi. testam. si instituta, C. de pac. cum proponas, Arg contra, 23 q. 1. noli æstimare 35 q. 5. q̄ Deo, 22. q. 4 innocens. Solu. prima rubrica vera est generaliter. illud contra, noli, vbi dicatur hosti. fides seruanda est, intelligitur si promittatur, & eidē seruetur: & sic concordat priori, sed illud est in cap. quod deo, quia loquitur d voto communiter a viro & vxore facto, vbi nulli conueniens dicet: quod postq̄ promissum est, omnino est seruandū, vt 32. q. vlt ad si.

EGo N. episcop.] Hic traditur forma, qualiter episcopi iurant fidelitatē domino Papæ, & successoribus suis.

b ¶ Successoribus.] qui sic iurauit, non tenetur successori iurare ĵ. eodem. veritatis.

c ¶ Canonice.] 12. q. 3 alienationes, de consecr. distinctio. 1. h c ego.

d ¶ Vitam perdat.] hoc non sufficit, imo vbicuque senserit dominum periclitantē ad prohibendas insidias occurrere debet. C. de his qui. vt in di. l. vlt. 22. q. 5 de forma quę hic minus dicuntur, ibi supplentur: & econuerso.

e ¶ Nulli pandam.] hoc intelligo de honesto consilio, quoniam consilium mali tenetur reuelare illi, cui posset prodesse, & non obesse, 22. q. 5. hoc videtur.

f ¶ Saluo ordine meo,] id est, sin qd pertinet ad meum honorem: qa non cū armis.]

g ¶ Canonica,] vt 18. dist. si episcopus.

h ¶ Tractabo,] si constiterit per litteras suæ legationis, C de man. princip l. vnica, & 42 distinctio. quiescamus. arg vel quia est honesta persona 97. distinct. nobilissimus.

i ¶ Singulis annis,] vel rarius iuxta chyrographū suū, 93. distinct. iuxta & hoc intellige de archiepiscopis & episcopis, qui subsunt domino Papæ, nullo medio 1 ĩ. de maio & obed. dilecti Bernar.

ADDITIO. Ego N nota quod abbates præstant hoc iuramentum in benedictione, sicut epi in cōsecratione. De iuramento vero, qđ pstat Imperator, dic vt in cle. Romani, ĵ eo tit De iuramento qđ pstāt inferiores clerici, habes in c. quamq̃, 23. dist. latius p Host. & Io. And. ĵ eo tit. tua. De iuramēto, q̄ pstat vasallus dño feudi. est tex. in c. de forma 22. q 5. Et de multiplici iuramento vide in Spe. eo. tit. §. 1. ver. illud autem. Abb. Sicu.

k NVllus episcopus.] Hoc ponitur pro 2 palea. 22. q. 5. c. vlt.

[Gl. seq. signat contrariū, & soluit, & ponit casus; quibus licite iuratur, & ver. de his iuratur in multis casibus.]

l ¶ Iurare compellat,] 23 dist. q̄q̄. Arg. ɔtra. Sed illud intelligitur secūdum istud, vt illi tantum quib. committitur administratio ecclesiæ, iurēt: alij vero non. supra de maio. & obe. legetur. argu. supra cap. proxim. Sunt & alij casus, in quibus iuratur pro pace, 22. q. 2. omne. Item pro fide. de consecr. dis 2 ego Berengarius, & 1. q. 7. quoties. Pro fama. infra de pur. can. quoties, & in alijs pluribus c. ibi positis. Pro obedientia, vt hic, & ca. proxi. & supra de elect. significasti. Pro cautela dilapidationis. 28. dist. de Syracusanę pro veritate in defectum aliorum testium, 14. q 2. quamquam. Vnde versus.

Pax & fama, fidei, reuerentia, cautio damni:

Defectus veri sibi q̃rūt magna caueri.

DEbitores.] Tria sunt dicta Secūdum: ibi, Si vero Tertium: ibi, Et cum. Ab. Sic.

CASVS. Aliquis promisit soluere vsuras, cum vsuræ inhibitæ sint in iure canonico & diuino, q̃rebatur vtrum ille sit compellēdus ad eas soluendas? & respondet, quod non debet compelli ad hoc. Si vero iurauit soluere: tunc propter iuramentum debet compelli: & cum vsuræ solutæ fuerint, creditores sunt compellendi per censuram ecclesiæ, vt eas restituat Nota, q̄ secundū canones obligatio vsurarum non tenet, sed iuramentū super hoc factum tenet, & debet seruari. Item vsuræ restitui debent.]

[Gl. seq. recitetur per contrarium.

m ¶ Cogi non debent,] quia nulla fuit obligatio de iure diuino siue canonico: tñ iuramentum super hoc factum, est seruandum, & sic patet, q̄ licet nō teneat principale, tenet tñ accessorium ɔ̄ illud, sup. de foro compe. si diligenti. & C de leg. non dubium.

[Glo. seq. miscet 4 obiect. & soluit]

† Cap. 4o. eo. de electione in 1. compil. † Beato.

† al. deest dictio, neque.

† Adde qd appella. mem briveniat Bart. in l. 2. ff. de pub iudi. auth. sed nouo iure C. de serui fug. & 89. dist. singula.

† Eorum legitur in vetustioribus.

i Idē seruat i aliis di ghi ma- stone, ple cratione, vel palliū a Papa recipiunt Ioā. And.

2 Tū in vetustis exēplarib reperit, nec on 1d sr palea.

† al. absoluat.

† al. ita: & hæc sācta Dei euangelia.

† Cap. 1. e. tit in 1. comp. Et vide Abbatē in c. legebat. & in c. cū in ecclesiis, sup. de maiora. & obed.

† Cap. 2. eod tit in 1. cōp. & post cōc. Lateranē. sub Ale. iij par 16. c 4. Et de materia & intellectu vide Bal. c. 1. §. eo. & An. Sic. in repeti l. cū acutissimi C. d fideicom. Couarruuiā in c. q̃uis. in 2 par. relectionis. §. 1.

non debent. Si vero de ipsarum solutione iurauerint, cogendi [a] sunt domino reddere iuramentum.[b] Et cum vsuræ solutæ fuerint, creditores, ad eas restituendas, sunt ecclesiastica seueritate (si necesse fuerit) compellendi.

¶ Idem Rothomageñ. archiepiscopo, & eius suffraganeis.

¶ *Debitor qui iurauit creditori nullum grauamen super re pignorata inferre donec soluerit debitum, non auditur repetens pignus volendo compensare fructus in sortem, sed debet prius debitum integraliter soluere, & demum rem cum fructibus inde perceptis exposcere. & hoc dicit, & est casus notabilis.*

CAP. VII.

AD † nostram noueritatis audientiam peruenisse, quod cum P. quibusdam hominibus certam summam pecuniæ mutuasset, quasdam ab eis possessiones & reditus recepit in pignore: ipsos iuramenti religione astringens, ꝙ super illis donec soluerent sibi pecuniam, nullũ ei grauamen inferrent. Licet autem possessionibus illis & reditibus nondum sortem, deductis expensis, [c] receperit, † tu tamen frater archiepiscopo eum propter hoc excommunicationis vinculo astrinxisti: [d] & infra.

¶ Ideoque mandamus, quatenus recepta a præfato P. sufficienti [e] cautione ꝙ vestro † debeat parere mandato,[f] absoluatis eundẽ. Deinde debitores eius qui prædictas possessiones & reditus contra iuramentum subtraxisse dicuntur, si † ita est, eos ecclesiastica censura cogatis, vt hæc restituant: nec sibi molestias inferant, donec ei pecunia persoluatur.[g]

a ¶ Cogendi sunt,] sed 1 vr̃ quod non sunt cogendi: nã debitor habet actionẽ ad repetendum vsuras iam solutas: ergo multo fortius habet exceptionem ꝯ agentem. ff de regu. iur. inuitus, §. 1. & ff de superfi. l. 1. § plane. Item dolo petit quod statim restituere debet, ff. de excep. dolo. & ff. de reg. iur. in cõdemnatione. §. dolo facit. Itẽ si soluitur debitũ non repetitur, ff de cõd indeb. Iulianus, & l. si procurator. & l. iudex. Et si indebitũ scienter soluit, non repetitur, quia donari vr̃, ff de reg. iur. cuius per errorem, & ff de cond. indeb. l. 1 & C. eo. tit indebitũ. Itẽ a iuramento non vr̃ liberatus, qui sic soluit, vt postmodum repetat. ff de solu. qui sic soluit & l. qui hominem §. vlt. Ad hoc dicas, ꝙ vsurę indebitę sunt iure canonico, & in nullo casu concedũtur, etiam vt cã. priui. redimant. ꝯ. de vsur. super eo. & ideo solutæ peti possunt tanq̃ indebitæ, non obstãte eo, qđ dr̃, debitum sciẽter solutũ nõ repetit: quia hoc fit metu iuramẽti, vnde sibi præiudicat, ꝙ per metum facit, vel sic, vno iure soluere tenetur ꝑ iuramentum, sed alio iure repetit: quia indebite solutæ sunt: & sicut habet debitor actionem ad petendũ solutum, ita habet actionem aduersus creditorẽ vt eum liberet a iuramento, sup eo. c. 1. & ꝯ de vsur. tuas. & quod dicit cogendi sunt, intellige cum non petunt absolui a iuramento.

[Glossa sequens argum. ex iuramento infert, & dat simile.]

b ¶ Reddere iuramentum,] arg. ꝙ soluere vsuras non est peccatũ: alias nõ compellerentur. 22. q. 1. si peccatũ, sed ille, qui recipit, peccat: & in eodem facto alter peccat, & alter non, sic etiam in alio casu vnus committit adulterium, alter non. 32. q. 5. proposito.

AD nostram noueritis audientiam.] Si debitor creditori iurauit rem pignoratam non repetere, nisi ipsius debitum soluat, iuramentum seruare compellitur. sic summat. Ioan. And. sed hæc summatio nullam dubitationem continet. sed forte propter varietatem lect. summauit Ioan. And. ita generaliter. Communis diuisio. secunda non, deoque Abb Sic.

CASVS. Quidam P. nomine, quandam summam pecuniæ mutuauit quibusdam hominibus, recipiendo ab eis quasdam possessiones & reditus in pignore: præstito iuramento ab eis, quod ipsi Petro super illis nullum grauamen inferrent, donec sibi pecuniam soluerent; antequam de possessionibus & reditibus illis sortem suam deduxissent, cœperunt illum coram archiepiscopo molestare, ita quod per archiep. eo quondam dictus P. fuit excõmunicatus: vnde super his conquestus fuit dño Papæ, & ipse mandat eidem archiepiscopo, & eius coniudicibus, quatenus recepta sufficienti cautione ab ipso P. quod eorum debeat stare mandato, ipsum absoluant, postmodum compellant creditores, si est ita, vt possessiones, & reditus prædictos eisdem P. restituant, quia contra iuramentum suum venerunt, nec sibi molestiam inferant vel grauamen, donec pecunia fuerit restituta sicut iurauerunt & compellant dictum P. vt quicquid recepit vltra sortem, deductis expensis restituat eis: quod si non fecerit, excommunicent illum. Nota quod sufficiens cautio peti debet ab eo, qui vult parere mandato ecclesiæ. Item iuramentum semper seruandum est, etiam factum super vsuris soluendis, licet promissio vsurarum non valeat. Item creditor nihil vltra sortem petere potest: expensas tamen, quas fecit circa pignora, potest deducere.

c ¶ Deductis expensis.] nullus casus est, qui hoc genus deductionis impediat. ff. famil. ercisc. fundus qui, nisi in decimis, ꝯ de deci. cum homines, & c. tua nobis. quũ in decimis expensæ sunt deducenda, legit ꝯ de deci. pastoralis. hoc solum computatur in fructu, quod superest deductis expensis, vt in l. prædicta, fundus: de istis dicitur supra de restit. spol. grauis.

d ¶ Astrinxisti,] quia 2 non restituebat possessionem, sed dixit hic, quod tacuit odio vsurarum.

e ¶ Sufficienti cautione,] nomine cautionis simplex promissio intelligitur, C. de verbor. signifi. sancimus de consecr. distinct. 4. prima. si autem dicatur idonea vel sufficiens, vt hic, intelligitur de pignoratitia vel fideiussoria, ff. manda. si mandato Titij. §. vlt. de fideicom. lib. l 4 § adijci.

f ¶ Mandato,] hic 3 remittitur ad excommunicatorem, quia non appellauerat, sed simpliciter denunciauerat Papæ, & etiam causæ, quia erat excommunicatus pro contumacia.

g ¶ Pecunia persoluatur,] scilicet sors sua, quam dedit, vel donec de ipsis fructibus fuerit satisfactum: quia in sortem sunt computandi, infra de vsur. cap. 1. & 2. & C. de pign. actio. l. 1. & 2. sed in casu isto propterea quod iurauerunt, nullum super possessionibus illis grauamen inferre, donec creditori fuerit satisfactum, tenentur timore iuramenti pecuniam restituere creditori, vt supra c. proximo. & postea repetere possunt: quicquid percepit creditor vltra sortem, tanquam indebitum.

1 De materia huius gl. vide B. Th. 2. 2. q. 78 ar. 3. & Dominic. Sotũ, lib. 6. de iust. & iu. q. 1. art. 4. & 5. & hęc tractatio de vsuris plenius petenda est ex proprijs titulis.

† Cap. 3. eo tit. in 2. cõp. Et de intellectu vide Ferdinandũ Vasquiũ lib. 1. de succes. creatione, § 10 & Couarruuiam in c. quis in 1. par relectionis, §. 4.

† Vide l. 1. cũ notatis C de fruct. & lit. expen.

† De hoc articulo vide not. lib 3 commẽ in Dire. inquis. Schol. 5.

1 In codice Barbitiæ ita: si ita est, per cẽsurã ecclesiasticã cogatis.

2 Hęc glossula nõ ẽ, in antiqs. codicib.

3 Neque hæc glossula hr̃ in antiquis.

a ¶ Pecu.

1 Hæc gl. nõ hr̃ in antiquis.

a ¶ Pecuniam.], s. 1 totam, partem enim recipere non tenetur, ff. de viu. tutor. §. Luci⁹, & de act. emp. Iulianus, § offerri, & hoc est verum, si debitor totum cõfiteatur: alias secus, & sic intelligitur, l. ff. si certum pet. quidam existimauerunt.

Cum autem ei pecuniã, [a] sicut iurauerunt, persolue rint: vos ipsum ad restituendum, [b] quicquid (deductis expensis) vltra sortem recepisse constiterit, inducere studeatis, & si commonitus non fecerit, in eandem excommunicationis sententiam reducatis eundem.

Idem Senonen. Archiepiscopo.

¶ Si iuramentum per metum extortũ seruari potest, sine interitu salutis ęternæ, seruandum est: ecclesia tamẽ Romana consueuit a tali iuramento absoluere.

CAP. VIII.

SI † vero aliquis quem quam grauissimo metu sub religione iuramenti, [c] suum ius refutare coegerit, ipsumq; sibi retinuerit, quia nos cõsulere voluisti, an alter eorũ, vel neuter id hẽre debeat: Tibi duximus respondendum, quod non est tutũ, quemlibet contra iuramẽtum suum venire, nisi tale sit, quod seruatum vergat in interitum salutis [d] æternæ: nec nos alicui dare materiã volumus veniendi contra iuramentum proprium: [e] ne auctores periurij [f] videamur. verum aliquando in Romana Ecclesia a plurib. prędecessoribus nostris factum esse recolitur, quod clerici, qui coacti ministeriũ ecclesiæ abiurarũt, de iuramento absolutionis beneficium meruerunt, [g] & ad coercendam iniquitatem eorum, qui ecclesiasticos viros ad pręstandum illum compulerant, permissi [h] sunt in eadem Ecclesia ministrare.

[Glo. sequ. obijcit, ponit opi. & tres solutiones.]

b ¶ Ad restituendũ,] sed vr̃, qd' isti debitores deberẽt cadere a iure suo, qa dixerunt sibi ius, ff. quod met. cau. extat edictũ, arg. C vnde vi, si quis in tantam, 16 qõ. 6. placuit. Dicunt quidam, qd' in causis ecclesiasticis rigor iuris non seruat̃, sup. de dolo & cont. c. 1. & sup. de iudi. dilecti. arg. vel nõ fuit actum ad hoc, ff. si quis cau. l. 1. respõ. 1. in fi. sup. de or. cog. cum dilectus, & j. de excep. c. 1. & quia auctoritate iudicis hoc fecerunt: 2 Vel aliter nihil pertinet ad Papã de possessione, nisi quantum ad p̃hibitionẽ usurarum, & periurij, & ideo propter iuramentum præcipit possessiones restituendas ratione peccati, sup. de iudi. nouit Ber.

2 Hęc opi. gl. reprobat, qa auctoritas iniuste, impensa no excusatur, l. iuste possidet, & ibi Bart. ff. de acqu. pos.

SI vero aliquis quẽ quam grauissimo metu.] Communis diuisio Secunda: ibi Duximus tibi. Abbas Siculus.

† Cap 40. co. ti. in j. comp. Et post Cõc. par. 17 ca. 1. vide ca. ad audiẽtiã, s̃ de eo, quod me. cau.

CASVS. Aliquis per metum grauissimum compulsus fuit renunciare beneficium suum, iuramento interposito de eodem ulterius non repetendo, & sic ille compulsor retinuit sibi beneficium illud: quæritur quis illorũ debeat beneficium illud habere, an neuter? Respõdet Papa, quod non est tutum alicui uenire contra iuramẽtum suum, nisi illud tale sit, quod seruari non possit, sine periculo animæ: Papa non vult alicui dare materiã contra iuramentum suum ueniendi, ne auctor periurij videatur tamen in Romana Ecclesia a pluribus Romanis Pont. factum est, quod clerici qui coacti beneficium suum abiurarunt, de iuramento bñficium absolutionis meruerunt, & ad coercendã iniquitatẽ illorũ, qui illos iurare cõpulerãt, permissi sũt eadẽ bñficia obtinere No. quod iur̃m semp̱ est seruãdũ dummõ in obseruatione ipsius periculũ animæ non vergat. Itẽ nec Papa, nec ẽt alius debet esse auctor periurij, nec dare alicui materiã peierandi. Item a tali iur̃o per metũ pręstito qs absoluitur si petat, & constiterit quod taliter iurauerit: alias non absolueretur.

c ¶ Iuramenti,] scilicet de non repellendo ulterius ipsum beneficium: et sic plana est responsio Domini Papæ.

[Glossa sequens recitetur per quæstio quid de temporali.]

d ¶ Salutis æternæ,], idem est etiam si temporalis, 12. quęstio. 4. innocens, §. vlti. uersi. quilquis, ergo. in fi. hoc intellige si directe uergat in interitum: quoniam si occasionaliter seruandum est, puta si aliquis ultramontanus, siue Gallicus iurat se moraturum Romæ in Augusto, occasione talis iuramenti posset vita temporalis adimi, si tunc Romæ moraretur, idem est si in deteriorem exitum vergat, 22. quęst. 4. si aliquid, inf. eo. cum quidam. Ala.

[Glo. sequ. arguit, alleg. 2. iura, in contrarium alle. 3. ponit duas opi. soluit, & remittit.]

e ¶ Iuramentum proprium,] argu. ex hoc loco, quod iuramentum metu extortum seruandũ est, & obligat, & qui illud non seruat, periurus est, dũmodo seruari possit sine periculo animæ, sup. quod me. cã. ad audientiam, & 22. 4. si aliquid, 3 Argu contra, sup. quod met. cau. per atum, & c. abbas. 215. q. 6. auctoritatem. Bassianus & Tanc. dicunt, quod iuramentũ metu extortum neminem obligat, ex eo, quod dicit lex: quod met. causa factum est, ratum non habebo, ff. quod me. cã, l. 1. Ala. & alij quidã dicunt hic: quod si is qui iurat habet animum obligandi se, siue adimplendi, obligatur; si nõ habet, non obligatur, arg. inf. de bapti. & ei⁹ effectu, maiores, §. item quęrit. Communior est opinio & uerior, quod iuramentum metu extortum est obligatorium, quia uoluntarium, 15. q. 1 merito. dummodo sit tale iuramentum, quod sine interitu salutis æternæ seruari possit, vt hic dicit expresse, quod si esset, nullus propter quemcunque metum iurare debet, quia potius debet quęlibet mala pati, quàm in malo consentire, 32 q. 2 ita ne & sup. quod met. cau. sacris, & tale iuramentum quidam appellãt assertorium. 4 Alia dicuntur promissoria, quæ etiam non obligant, vt dicunt, si talis sit metus, qui possit cadere in constantem virum de hoc plenius dictum est sup. de his quæ vi metuíve cau. fi. l. fi. Abbas.

3 Adde Bart. in l. cũ cõtitteris, C de reuoc. do.

† Hĩc colliges valere renunciationẽ beneficij metu factam, de quo vide Imo. in c. ad audiẽtes, s̃. qd' met. cau. & Abbat. in c. 2. §. j. de restit. spol.

f ¶ Ne auctores periurij,] simile dicit imperator, C si aduer. ven. l. 1. imo & si negligenter, ea, quæ male vsurpantur omittimus, excessus viam aliis aperimus, 93. distinctione. peruenit, & 35. quęstione 9. loci, ff. de pactis dotalibus, conuenire, & ff. de pac. si vnus, §, pacta, & argumen. C. de indict. viduita. tollen. l. 2. in fine. Vincentius.

4 Iur̃m assertoriũ, qd' dicat̃, & cęteras eius species late prosequit̃ Dñic⁹ Sot⁹ li. 8 de fideius. & iur. qõ. j. ar. 7. vide ẽt B. Tho. 2. 2. q. 89. ar. 7.

g ¶ Meruerunt,] de facto ad maiorem cautelam secundum illos, qui dicunt, quod tale iuramentum non obligat. Secundum nostram opinionem dicas meruerunt in veritate cum essent obligati, & possent sine periculo animę seruare.

h ¶ Permissi sunt.] Argumen. est hic: in alterius odium cum altero dispensandum, argumen. 3. quęstione quinta, de accusatoribus, & 6. quęstione 3. denique, & 79. distinct. si quis Papa, & 6. quæstione 1. si quis cum militibus, in fine, & hoc facit expresse pro nostra opinione. Bern.

Ex

EX rescripto,] Cõis diuisio. Secunda ibi, Ideoque. CASVS. Quidam Abbas pro vtilitate monasterij certam quantitatem pecuniæ accepit mutuo a quodã P. & conuentum fuit inter eos, ut certis loco, & tpe solueretur dicta pecunia per Abbatẽ dicto P. & ꝑ cõuentione obseruanda, quosdã ex suis monachis obsides dedit, q. de obseruãda cõuẽtione iurauerunt. Itẽ pmisit dictus abbas, quod si illi monachi dati pro obsidibus aliquo casu deficerent, alios in eorũ locum subrogaret insuper si fidem monachi non obseruaret. abbas dedit fideiussores quẽdam nobilem virum & eius uxorem, qui sub iureiurando etiã se obligauerũt. demũque eis deficientib. in dicta conuentione obseruãda, iste P. creditor coquest' est Papæ, qui mandauit, vt hic in littera in versi. Ideoque mãdamus. Sub Sicu. No. monachos obsides dari posse. Itẽ ultamen iu semper seruãdũ esse, dummodo sine periculo animæ possit seruari. Item propter debitum alicuius potest terra eius interdici.

[Gl. seq. obijcit, & contra obl. alleg. & dupliciter soluit.]

a ¶ Obsides dedit,] voluntate illorum, alias detineri nõ possunt. Sed qualiter liberi homines obsides erunt. contra illa iura, C. qui res pign. ob. poss. qui filios, & ỹ de pig. c. 2. C. de ac. & ob. ob ęs alienum, & in Authen. vt nulli iud. §. ꝗa vero coll. 9. vbi dr̃, ꝙ creditores qui filios debitorũ in pignore recipiunt, cadunt a credito, & aliam tantam quantitatẽ debitori persoluere debent, & uerberib. subijci. Sed contra canon docet obsides dandos, 22. q. 8. vt pridem, & ff. qui test. fac poss. obsides, & ff de iu. fi. diuus? Rñdeo non tenet obligatio in libero hoĩe, ut ius constituatur in eo tanquam in pignore, nec tenet alienatio, nisi in casu, C. de pa. qui fil. d. st. l. 2. nam cum teneat ibi venditio, multo fortius pignoris obligatio, sed detinetur liber homo qualitercumque, ut hic quod conuenit, vt hic tactum narratur. Vel non potest obligari pro pecunia, sed pro pacto iucundæ p. cis, vel consimili, sup. de arb. exposita.

b ¶ Monachos,] nomine monasterij, cuius nomine contracta fuit obligatio, & ideo cõpelli debent, ut eam seruent sicut iurauerunt, inf. eo. ad nostram, cum in ipsius vtilitatem pecunia processerit.

[Gl. seq obijcit & tripliciter soluit.]

c ¶ Et uxorem.] sed quare mandat Papa mulierem istam puniri, cum iuuetur auxilio Velleiani, ff. ad Vellei. l. 1. & 2. & C. ad Velleia. l. 1. & l. quamuis. 1 potest dici ꝙ non punietur, si excipiat, quod non potuit fideiubere, vel ipsa forsitan renunciauit bñficio dictarum legum, vel põt aliter dici, et si non renunciauit, qđ punietur ꝑpter iuramẽtum, ꝙ seruari potest sine periculo animæ, sup. c. prox. & inf. eo. tit. c. cum contingat Ber.

d ¶ Inhibeatis.] cum ipsi iurauerunt eandem conuentionem facere obseruari, compellendi sunt ad hoc si ꝑ eos steterit, quominus obseruet: alioquin si darent operã, quã possent ad ipsã obseruandã: non inciderent in periuriũ: quia hoc solũ videtur iurasse se facturos, & curaturos: quia simpliciter factum alterius iurare non poterant, nec promittere, ff. de verb. obliga. stipulatio ista, in princip. & instit. de inuti. stipu §. si quis alium, 2. & arg. 33. q. vlti. ca. vlti.

¶ Idem Sardinensibus † episcopis.

¶ Monachi, qui pro debito monasterij iurant stare in obstagio, & fideiussores, qui iurauerunt creditorem indemnem seruare, iuramenta seruare coguntur.

C A P. IX.

EX † rescripto, quod nobis præsentatum, innotuit, Abbatem Tremen. cum Petro super summa octo millium solidorũ taliter cõuenisse, & infra. Super hæc prædictus Abbas quosdam ex monachis obsides[a] dedit, qui de obseruanda conuentione iurauerunt, vt si ipsi deficerent, alii monachi loco eorũ in obstagio ponerentur. Insuper si fidem dicti monachi non seruarent, abbas dedit eidem, V. † & eius vxorem fideiussores: qui similiter fidem præstitisse dicuntur.

¶ Ideoq; mãdamus, quatenus tam abbatem quam monachos,[b] quam V. † & vxorem[c] ipsius monere cureris, vt sicut iurarunt, eandem conuentionẽ faciant adimpleri, alioquin abbati, & monachis ingressum interdicatis ecclesiæ, & in terra præfati V. † & vxoris eiusdẽ, vsque ad dignã satisfactionem inhibeatis[d] diuina officia celebrari.

Idem Lugdon. & Vigorien. Episcopis.

¶ Periurus est, & ab ecclesia remouendus, qui non necessitate, sed voluntate venit contra licitum iuramentum.

C A P. X.

QVerelam † R. canonici Linconien. accepimus, quod cum V. clericus ei duos bisantios nomine ecclesiæ de statera se annuatim soluturũ, interposito sacramento firmasset, per biennium[e] ab huiusmodi pensionis solutione cessauit.

¶ Quoniam igitur non merẽtur ecclesias regere, qui sunt crimine periurij[f] irretiti, Mandamus, quatenus si vobis constiterit memoratum V. contra iuramentum suum non necessitate,[g] sed voluntate, ab eiusdem pen-

de app. cũ cessante, vbi de hoc. itẽ vr̃ ꝙ si aliquis impetrat occulte litteras, cum aduersarius est præsens, quod non valeant tamquã tacita veritate impetratæ, s̃. de rescript. cæterũ arg. ꝯ: quia licitum est cuilibet vigilare pro modo suo, licet in hoc alteri præiudicetur, ff. de his, quæ in frau. cre. pupillus & C. deposi ti l. vlt. Sed quare tenebatur quærere aduersariũ, cum eius factum cassatũ fuerit? Ioã. dixit, quod forte ideo, quia erat constitutus procurator ad reuocandũ cassationẽ: hæc nõ est ratio, sed hæc potuit esse, quia cũ Papa ꝓnunciasset ꝙ scriberet aliquibus, ꝙ monerent epm̃, & capitulũ, vt eligerẽt, iam intererat epi, & canonicorũ, ne aliq̃ literæ in contrarium impetrarent: & ideo videbatur, ꝙ procurator illorũ debuit requiri. Vel illa fuit potior causa: quia ille in impetratione litteratũ tacuit de pronũciatione domini papæ: quam si dixisset, nõ habuisset literas, quin fecissent mentionẽ de illa pronunciatione: & sic circũuenit Papam. Sed ꝙ aliquis teneat requirere aduersariũ suũ, non est verum, imo sibi imputet, ꝙ non contradixit in audientia, in qua debuit esse, quando litteræ transiuerunt.

† Videbir in l. ꝙ iussit. ĩ fi. ff. de re iudi.

tur inhærentes vestigijs prædecessorum nostrorum dicentium, sententiam Romanæ sedis cum aliquid fuerit subreptum, posse in melius commutari: quod de prædicto G. factum est, non obstante donatione, quam ab eodem episcopo in elusionem donationis [a] Apostolicæ nuper dicitur recepisse, in irritum reuocamus, & ei licet absenti, [b] cum de subreptione [c] liquido constet, † super dicto archidiaconatu perpetuũ silentium imponentes, præcipiendo mandamus, quatenus sæpedictũ archidiaconatum (plena omnium vestrum qui præsentes [d] fuerint in ecclesia interueniente concordia) ordinare curetis.

¶ Idem Abbati & conuentui S. Zenonis Verouen.

¶ *Valet sententia contra ius litigatoris lata, si ab ea infra decem dies non fuerit appellatum Vel sic. & aliter, Per sententiã, a qua non fuit appellatum, potest ecclesia subijci prælato inferiori episcopo, seu ad aliam ecclesiam pertinere.*

CAP. XIII.

CVm † inter vos pro ecclesia vestra, & archipresbyterum, & clericos S. Proculi, super subiectione eiusdem ecclesię quæstio verteretur: ex parte vestra fuit propositum quod dicta ecclesia monasterio vestro pleno [e] iure debet esse subiecta: videlicet in institutione, destitutione, inuestitura archipresbyteri, &

CASVS Inter Abbatem & conuentum sancti Zenonis Veroneñ ex vna parte, & archipresbyterum & clericos S. Proculi ex altera, super subiectione ipsius ecclesiæ quæ vertebatur, partibus in præsentia dñi Papæ constitutis proponebatur ex parte monasterij. ꝙ ecclesia prædicta monasterio dẽt pleno iure subesse in institutione videlicet. destitutione, ĩuestitura archipresbyteri, & eius fidelitate, & alijs, per quæ plena subiectio declaratur. Ad hæc ꝓbanda pars monasterij inducebat instrumentũ publicũ confessionis B. quondã Veron. epi, quam ꝯcessionem T. successor illius confirmauit: Induxit etiam priuilegia Romanorum pontificũ & Patriarcharum Aquilegieñ. quorũ vnus de subiectione plenaria, in priuilegio suo euidenter expressit: allegauit insuper, qđ olim inter abbatem sancti Zenonis & archipresbyterum sancti Proculi & fratres ipsius, orta fuit quæstio de obedientia manuali & fidelitate, sed illi ad hęc duo se teneri negabant, & super his testes inducti fuerunt. Tandem præfatus T. Veroneñ. eps sententialiter diffiniuit, quod archipresbyter vel dimitteret ecclesiã, aut faceret eidẽ abbati obedientiam & fidelitatẽ, s̃m ꝙ quidã Cardinalis olim iudicauerat, cuius sñiam eps fuit secutus, & a sñia episcopi appellatũ non fuit, & sic in rẽ trãsijt iudicatã. Ex parte aduersa ꝓponebatur, ꝙ prædicta donatio non valebat, & ita per consequens nec priuilegia confirmationis ipsius cõcessionis. Dominus Papa his & alijs auditis & intellectis, dicit: quamuis non sit multum insistendum instrumento donationis, nec confirmationis, vel priuilegij, quæ ab ipsa donatione causam & originẽ habuerint, tñ considerauit, ꝙ quantum ipsos litigantes ius ex sñia factum fuit, ex quo transijt in rẽ iudicatam, ẽt si ꝯ ius litigatoris lata fuisset cum lata non fuerit cõtra ius constitutionis expresse, veritate gestorũ sermonib. præualẽte, i. sñia prædicti epi lata ꝓ abbate, præfertur alijs, quæ inducebat abbas pro se, q̃ parum faciebant, cum donatio illa non valuerit, quæ sñia præsumit rite lata: diffiniuit Papa, ꝙ archipresbyter S. Proculi q pro tẽpore fuerit, ꝓstet obedientiã & fidelitatem abbati S. Zenonis. No. quod sententia, a qua nõ est appellatum, transit in rẽ iudicatam, & facit ius inter partes. i. declarat. Item si principale non tenet, nec alia omnia, quę ab ipso causam & originem acceperunt. Item licet sententia lata sit ꝯ ius litigatoris, a qua non est appellatum, tenet: si lata est contra ius constitutionis expresse, nulla est: nec est necesse appellare ab ipsa. Item veritas gestorum sermonibus præualet. Et potest hic sumi illud generale, plus valet, quod in veritate agit, quam quod simulate concipitur. Item semper præsumitur pro sñia donec in contrarium ostendatur.

† Cap. 3. eo. ti. in 3. cõp. Et de materia an. s. sñia lata ꝯ ius litigatoris valeat. vide Fely. ĩ ca. nouit. s̃. de iudi. adde Bar. in l. pe. ff. de iusti. & iure.

a ¶ Donationis,] hæc forte potuit esse, quia fecit sibi concedi ipse G. archidiaconatum ab epo post concessionem sibi factam a Papa, vt sic obtineret archidiaconatum potius per episcopum, quam per Papam. & ideo dicit, in elusionem domini Papæ.

[Gl. seq. alleg. vnam concor. signat vnum contrariũ, & tripliciter soluit.]

b ¶ Absenti,] sic s̃ de ele. dudum 1. ar. ꝯ sup. vt lit. non contest. c. 1. vbi lite non contestata non procedit contra absentem. Sol. potest dici, quod hic fuit lis contest. vt dicunt quidã. sed ex littera non colligitur, vel hic fuit citatus vel expectatus. Vin arg. ad hoc sup. de do. & cont. cũ olim. & si fuit citatus & noluit venire, recte potuit procedi ꝯ eum lite non contestata: quia delectione ꝑlati agebatur s̃. vt lit. non conte. qm̃. § porro, vel quia Papæ constitit de subreptione: 1 ergo ei absenti licet non citato imponit silẽtiũ pp fraudẽ suã, quia decipit Papã.

a Idẽ no. 21. q. 9 ve niam Io. And.

c ¶ Subreptione.] quæ per subreptionem fuerunt impetratæ, valere non debent, s̃. de elect. cum dilecti. 35. q. 9. sententiam.

[Glo. seq. recitetur per duas obiectiones.]

d ¶ Præsentes,] imo & absentes vocandi sunt, si commode vocari possunt, ĩ. de ele. ꝙ sicut, & c. quia ꝓpter, nisi consuetudo esset in ꝯtrarium, ꝙ absentes non vocarẽtur. ideo forte dicit, qui ꝑsentes fuerint & quod dicit omniũ vestrum, vel maioris partis, supple; quia quod maior pars & sanior facit, valet, & canonicũ reputat. s̃. de ele. quia propter, ĩ. de his q̃ fi a ma. par. cap. ca. 1. 2

a Cõcor. ĩ & suum §. fi. cum l. seq. ff. de pact.

CVm inter vos.] Prima pars narrat processum, & iura vnius partis. Secunda diffinit, diffinitionis causam pręmittens: ibi, Quamuis. Abb.

e ¶ Pleno iure] in spiritualibus & temporalibus. 16. q. 2. visis & inf. de priuileg. quoniam per consessionem.

eiusdem fidelitate, ipsius & fratrum obedientia, correctione, repræsentatione ad ordines, tonsuratione, susceptione chrismatis, litanijs, & alijs similibus, [a] per quæ plena subiectio declaratur: ad quod probandum instrumentum publicum concessionis B. quondã Veronensis episcopi, pars vestra in medium producebat: quam concessionem successor eius T. † ratã habuit, & etiam cõfirmauit. Super his quoque tam Romanorum Pontificũ, quã patriarcharũ Aquilegien. priuilegia, & confirmationes induxit, quorum vnus de subiectione plenaria, in priuilegio suo euidenter expressit, quod sub testimonio [b] R. † quondam Veronen. episcopi, qui eiusdem ecclesiæ archipresbyter extitit, factum fuerat & completum, & in eo a priore sancti Zenonis mandauit sua vice [c] subscribi. Adiecit etiam pars vestra, quod † inter B. quondam abbatem eiusdem monasterij, & sancti Proculi archipresbyterũ, & fratres ipsius. procedente tempore de fidelitate, & obedientia manuali, controuersia fuit exorta, ad quæ duo illi se dũtaxat teneri negabant, & super his testes producti fuerũt, tandem præfatus T. Veronen. episcopus quendam Cardinalem [d] sequens, a quo [e] idem fuerat iudicatum, quod vel archipresbyter dimitteret ecclesiam, aut abbati obedientiam repromitteret, sententialiter diffiniuit; cuius sentẽtia (cum nulla fuerit appellatione suspensa) in rẽ trãsijt iudicatã: † & infra.

¶ Quamuis forte dicto instrumento donationis [f] non sit plurimum innitendum, nec confirmationibus vel priuilegijs, quæ de ipso causam & originem acceperunt: attendẽtes tamen quod quantum ad litigantes [g] ipsos, ius ex sententia factum fuit, postquam in rem transijt iudicatam, [h] etiam si contra ius litigatoris lata fuisset, cum contra ius [i] constitutionis expresse lata non fuerit: veritate gestorum sermonibus [k] præualente, quæ præsumitur † rite per omnia celebrata: diffinimus, vt archipresbyter sancti Proculi, qui pro tempore fuerit, fidelitatem & obedientiam præstet abbati S. Zenonis.

¶ Idem Canonicis Nouarien.

¶ Sententia contra actorem lata nihil iniqui continens, venit in causa appellationis confirmanda, licet per attestationes videatur pro actore fuisse probatum, dummodo pro sententia concurrant præsumptiones, de quibus hic in littera, & secundum hunc intellectum est hic casus singularis valde.

CAP. XIIII.

Causam, † quæ inter vos & A. clericum super præbenda Nouarien.

a ¶ Similibus.] & ita abbas huiusmodi iura episcopalia possidere in ecclesijs potest, & præscribere, sup. tit. prox. audiuis, & cap. cum olim.

b ¶ Testimonio.] alias non valeret: quia patriarcha, vel archiepiscopus in diœcesi suffraganei sui nihil disponere potest, nisi quã tũ canones illis pcedũt s. de exce. prel. sicut vnire, & s. de offi. or pastoralis. vbi d hoc & c Romana. & 9 q. 3. conquestus.

[Gl. seq. alle. vnã concor signat contrarium & soluit]

c ¶ Sua vice.] Potest enim quis subscribere p se, vel per aliũ, arg. ff. de admi. tu. ita tamẽ, § gestisse arg. C. de testa. hac consultissima, in princ. sed illud est cũ ipsi sciunt scribere, sic etiam cũ alieno annulo possunt signare testamentum, C eo. si vnus.

d ¶ Cardinalem.] q delegat' fuit ad causam, sed forte fuit appellatum ab ipso.

e ¶ A quo.] Hic corrigitur textus decretalis, quia ista est littera registri: [A quo fuerat iudicatũ, quod vel archipresbyter ecclesiam dimitteret, aut abbati obedientiam repromitteret, credens etiam, quod testes vera deposuerint coram eo, qui de fidelitate manifestum protulerãt testimonium. Idem & ipse sententialiter diffiniuit.

f ¶ Donationis.] quia donatio nõ valebat, quæ non fuit facta secundum formã iuris, 12. q. 2. sine exceptione. j. de donat. pastoralis, & ideo confirmationes vel priuilegia, quę illam donationem cõfirmabant, quia non valebant; si principale non tenet nec accessorium, s. de fide instr. inter dilectos, & C. de legibus, non dubium.

g ¶ Ad litigantes.] secus quoad alios, C. de exce. propositione, & inf. eo. cum super, & sup. eod. de testibus veniens 2. & inf. eod. c pen. nisi in casibus in causa filiationis, ff. de liber. agnoscen. l. 1 § vlti & duabus [illegible] sta. qui repudiantis. & l. posthumus, § 1. in causa liberali, ff. de sta. hom ingenuum.

h ¶ Iudicatam,] hoc est post decem dies, j. eod. quod ad consultationem, & s. eo. cum dilecti. in fi. & 2. q. 6. ei qui, §. diffinitiua, ff. de cond. indebi. eleganter, §. 1. vnde postea retractari p appellationẽ vel supplicationem non potest Lau.

i ¶ Contra ius constitutionis.] illa em̃ nec transit in rem iudicatam, nec est necesse appellare ab ea, 2. q. 6. §. diffiniti ua. & sic intellige qñ in sentẽtia error exprimitur, vt infra de sententia excom. per tuas. & ff. de appell. si expressum, & s. eodem, inter cæteras vbi de hoc, & ca. 1. & in § diffinitiua.

k ¶ Sermonibus præualente,] forte hoc ideo dicit, quia res aliter fuit narrata, quam gesta. 2 sic ff. de re iudi. actorum. & veritas rerum errore gestorum non vitiatur, ff de offic. præsi. illicitas. 1. hoc vult dicere secũdum Ioa. quia verba, siue sermo donationis nõ concordabant sentẽtiæ. Sensus huius litteræ talis est: sententia hic appellatur veritas gestorum: quia res iudicata pro veritate accipitur ff. de sta. ho. ingenuũ, sermones hic appellat alij, quæ allegabantur i. donationes, priuilegia, confirmationes super donatione, q nihil valebant: & ita veritas gestorũ i. sententia, quæ lata fuit auctoritate gestorũ, q̃ in prima causa probata fuerunt, quæ præsumũtur legitime acta, præualent sermonib. prędictis donationibus & cõfirmationibus nihil valentibus: & ita Papa sententiat secundum primam sñiam tm̃ in duob. articulis, qui cõtinebant in sñia, & hũc intellectũ pbat lex p̃dicta, ff. de off p̃si. illicitas. § 1 Ber.

Causam, quæ.] sufficit ad confirmationem sententiæ nihil continentis iniquum, quod contra ipsam aliquid non probetur, Communiter sic summatum.

† C.

: Hęc glossula nõ hẽ in antiqs codicibus

† B.

† In [illegible] Veronen. [illegible] te eiusdẽ monasterij, & S. archipresbyterũ, &c.

† Vide l. r. ff eo. & l. litigatoribus. C. de appel.

2 Vel donatio aliter facta, q̃ scripta, de cõstit. ſm Got q̃ varia signific. gesto. vide quod dixi de proc. ca. 1. sup verb. gestisque eo. And.

† Præsumuntur.

† Cap. 4. eod. tit. in 3. compi.

ecclesiæ vertebatur, Laudensi episcopo de consensu † partium commisimus terminandam: qui pro vobis contra dictum A. diffinitiuam sententiam promulgauit: a qua fuit ad nostram audientiam appellatum: & infra.

¶ Licet ex parte ipsius A. fuisset propositum quod contra forman mandati [a] nostri, dictus episcopus sententiam promulgauit, sicut per attestationes nitebatur [b] probare: quia tamen iudicis animus non semper ad vnam probationis speciē [c] inclinatur, & ipsa sententia nihil continebat iniquum, & eidem iudici de communi partium assensu, fuerat causa commissa, qui vt sententiam ferret post examinationem causę ab vtraque parte fuerat requisitus, sententiam ipsam curauimus confirmare.

matur: sed hæc summario iudicio Panormitani non euacuat totam sententiā litteræ: nec continet, seu decidit aliquod factum dubitabile. Diuiditur: qa in prima parte ponit delegatorū processum, sententiam & appellationem. In secunda: ibi, Licet, ponit allegationem appellantis motiuum suum & confirmationem sententię Abb.

CASVS. Inter canonicos. Nouarien. ex parte vna, & A. clericum ex altera, qō vertebat super præbenda Nouarien. ecclesię, quæ de cōsensu partium cōmissa fuit epō Lauden. qui cognito de meritis causæ, tulit sententiā pro canonicis Nouarien. a qua dictus clericus sedē Apostolicam appellauit: partes pro causa illa coram dño Papa cōparuerūt: in cuius præsentia propositū fuit ex parte ipsius clerici, ꝙ dictus eps cōtra formā mādati sententiā promulgauit, sicut per attestationes nitebat probare: papa auditis rationib. partium, considerās, ꝙ iudex non semper ad vnā speciē probationis, animi sui motū informat, & ipsa sentētia nihil continebat iniquum, & d consensu partiū causa fuerat commissa, sententiā a prędicto episcopo latā confirmauit. Nota, ꝙ qui appellat a sententia, probare debet sniam esse iniustā. Item iudex non debet semper animum suum alligare ad vnam speciem probationis tantū sed omnia, quæ coram eo acta sunt, debet diligenter considerare, & ex his omnibus animum suum informare, & secundum hoc ferre sententiam. Item sententia nihil iniquum continere debet.

†Et qa de partiu cō sēsu datus fuit iudx, nō poterat recusari, nisi noua cā superueniret. sup. de of. delega. c. cōtinuante.

[Glo. seq. distinguit inter contra, & præter]

a ¶ Mandati.] si hoc probatum fuisset, sententia non valere, s. de rescrip. cum dilecta. & sup. de off. deleg venerabili & j. de confir. vti. cap examinata. aliud esset si præter formam. 1 sup. de offic dele. ex parte. & sup. de electio. in causis, & ff iud. sol l. iam. tamen. §. pen. & ff. mand. l. vlt. & ff. de procur. ad rem. & l. ad legatum & iudex, cui commissa est inquisitio, primo debet inquirere de fama, licet hoc non dicatur in literis, j. de accusat. cum oporteat.

[Glo. seq. signat contrarium, & remittit.

b ¶ Nitebatur.] & ita qui appellat, probare debet de iniquitate sententię, j. de appel. cū in ecclesijs. & C. de app. qui ad ciuilia Sed contra videtur dicere Auth. de his qui ingre. ad appel §. illud, coll. 5. dic vt dictum est sup. de renunc. in præsentia.

Alta tñ ꝙ sit d cōiū ctis, nec ꝟi ... tieiforma ... sm Hostiē & hoc ꝓbāt concordātiæ, quas allegat gl aliter autem idē eēt, ꝓpter, ꝙ cōtra. remittit d offic. deleg prudētiam 1. tā. & fa. it ad hoc de elec si cui lib. 6. vñ iudex ēt ordinem formæ sequi dēt d rescr. cāmq̄, & ēt menrē, vt ibi. & sup. de rescr. sup lrīs. in n. Io. And.

[Glo. seq. alleg quattuor concor. ostēdens ex tribus, quæ narrat tex. primum solum validum]

c ¶ Speciē.] sic sup. de renun. in præsētia. sup. de testib. in nostra & 4. quęst. cap si testes, & ff de test. ob carmē. §. vlt. Et nota quod plura hic videtur facere pro ipsa sententia, s. ꝙ nihil continebat iniquum; quia de communi cōsensu partium fuit causa commissa: & quod requisitus fuit ille iudex ab vtraque parte, vt sententiam ferret: quorum quædam nihil operantur ad hoc vt teneat sententia, vel non teneat: siue de communi consensu causa fuerit cōmissa, siue non: hoc nihil facit vt sententia magis valeat vel non, nec etiam quod fuerit iudex requisitus, nisi cū causa esset commissa infra certum tempus, & prorogata iurisdictione infra tēpus, & post tempus requisitus consensit, vt ferret sententiam: tunc enim videretur prorogare iurisdictionē. sup. de offi. deleg. de causis quia istis non obstātibus posset appellare, si alias sententia esset iniqua. primū ergo faciebat ꝓ cōfirmatione sententiæ. s. ꝙ non continebat iniquum, & quia ille A. sententiā illam non potuit impugnare, ꝙ esset lata contra formā statuti vel mandati, vt allegabat: vnde merito debuit confirmari: quia semper statur sententię, quandiu contrarium non ostēdatur. vt in decr. prædicta, scilicet, in pręsentia. Bern.

¶ Idem Constantien. episcopo.

¶ *Si sententia præcipit aliquid fieri ad certum terminum, tempus decendij ad appellandum currit a tempore sententiæ, non autem a die finiti termini, hoc primo. Quadrimestre tempus, quod a lege datur condemnatis in personali, potest a iudice ex causa arctari, & sponte terminum arctatum recipiens, non potest post decendium appellare, licet non constet iudicem ex causa terminum abbreuiasse. hoc secundo. Ab executione sententiæ non appellatur, nisi in executione modus excedatur hoc tertio. hoc dicit euacuando medullam capitu secundum Panormitanum.*

CAP. XV.

Quod † ad consultationem: & infra.

†Cap. s. e. ti. ī 3 cōpil.

¶ Quia postulasti, vtrum appellationi sit clerici deferendum, qui purgationem indictam sibi per sen

Quod ad consultationem.] Sententia per lapsum decem dierum transit in rem iudicatam, si prius non fuerit appellatum. Et quadrimestre tempus, quod datur condemnatis in personali ad soluendum, potest ex causa per iudicem arctari. cōmuniter sic summatur quæ summatio iudicio Panormitani nihil noui decidit, Diuiditur principaliter in duas partes secunda: ibi, Taliter. Et scias, quod casus litteralis ponitur multis modis, quia littera nimis succincte tactum narrat Abbas.

CASVS. 2 In dicta fuit cuidam purgatio vsq; ad 20. dies. & ab ipso recepta: adueniente 20. die appellauit nulla causa adiecta, dicitur, quod eius appellatio non est admittenda, cum infra 10. dies non appellauerit, quia per hoc acquieuit sentētiæ iuris interpretatione. item condemnatus fuit in causa pecuniaria, & ꝙ ad eundem terminum solueret, ipse nolebat soluere nisi post tēpus quadrimestre, quod datur rei iudicatæ, dicitur ꝙ propter hoc non est differenda executio sententię, & si propter hoc appellauerit. non auditur appellans, quia illud tempus potest arctari & elongari iusta de causa, & talem terminum sponte suscipiendo, quadrimestri tempori renunciasse videtur, tamen si modū iudex excessisset in exequēdo, poterit appellare. Vinc. Nota quod nisi condemnatus appellauerit infra decem dies, sententia transit in rem iudicatam. Item qui non appellat, iuris interpretatione sententiæ paruisse videtur. Item quadrimestre tempus, quod datur condemnatis a iure in causa pecuniaria, potest abbre-

2 Hic casus in antiquis exēplaribus reperitur.

tentiam, & ad ipsius receptionem terminum competentem, † puta viginti dies vel amplius, sine contradictione† recipiẽs, & ad diem veniens, consequenter appellat, causam non exprimens [a] appellandi: nec sit locus [b] nisi suscipiendæ purgationi, & executioni sententiæ, [c] a cuius prolatione & purgatione iniũcta, vltra decendium † dicitur effluxisse: † Taliter duximus respondendum, quod cum post decem dierum spatium sententia in auctoritatem rei transeat iudicatæ: qui ad prouocationis subsidium infra id temporis non recurrit, apellandi sibi aditum denegauit. cum per hoc videatur per interpretationem iuris latę sententiæ paruisse: pręsertim vbi causa non redditur appellandi.

¶ Sed nec executionem ipsius sententiæ ideo conuenit retardari, licet ad hoc agendum quadrimestre tempus regulariter sit statutum: quia id arctari [d] potest nonnunquam a sedente in medio, & etiam prorogari: & qui ab initio sponte recepit terminum breuiorem, imputari † sibi potest & debet: cum ex hoc videatur amplius beneficium contempsisse: vnde talis non audietur appellans, nisi forte aduersus eum modus executionis canonicus excedatur. [e]

¶ Idem decano, cancellario, & C. canonico Lundonien.

¶ Sententia potest probari per testes, licet non deponãt de causis, quæ solent iudicem mouere ad sententiandum.

C A P. XVI.

Sicut † nobis intimastis, cum causa, quæ inter H. subdiaconum, & B. præsbyterum super quinque frumenti modijs ver-

viari & elongari a iudice ex causa. Item si quis terminum illum recipiat sponte, etiam sine causa ampliori tempori renunciare videtur: vnde postea non potest appellare propter hoc. Item tacite renunciat quis iuri suo. Item ab executore non est appellandum, nisi modum excedat.

a ¶ Causam non exprimens] cum appellat a grauamine ante sententiam, causa grauaminis, propter quã appellatur semper est exprimenda. ĩ. de appel. vt debitus &c. dilectus. & constitutus. Sed cum quis appellat a diffinitiua: tunc sufficit dicere; appello ab iniqua sententia. ff. de minor. præfecti autem. & 2. q 6. post appellationem. §. forma. & c anteriorum. sed in casu præsenti non valebat appellatio, siue expressisset causam, siue non, cũ terminus appellationis esset relapsus.

[Glo. seq. allegat concor signat contrarium, &c.]

b ¶ Locus] hoc ideo dicit: quia petẽdo inducias videtur approbasse sententiam, s̃. de offi. dele. gratum. & s̃ de testi cum venisset. C. de re iudic. ad solutionem, ff de pact. tale. §. 1. C. de iure. do. imp. l 2. arg. 2. q 6. §. biduum, in fi. & hic expresse dicitur. arg. contra 3 q. 3. offeratur.

a ¶ Sententię.] non ipsius, de qua mentio facta est: scilicet de purgatione præstanda, sed alterius latæ in pecuniaria causa secundum quod dicitur in casu.

[Glossa sequens alleg. duas concor. signat contrarium, & soluit.]

d ¶ Arctari.] sic ff de re iud. l. 2. fim ĩ de app. oblatæ. cõtra ff de re iud. l 4 §. si quis condemnatus. Sol. quod dicitur hic, & c oblatæ. & ff. eod. l. 2. intelligitur, quando ex iusta causa prorogatur, vel etiam arctatur tempus quadrimestre. lex contraria quando iudex nulla causa assignata arctat tempus, quod facere non debet, vnde tũc tempus suppletur a lege.

[Glossa sequens alleg. 4. concor. obiicit, & soluit ponẽs octo modos, quibus executor modum excedit. in fine signat contrarium.]

e ¶ Excedatur] sic 2 q 6. ei qui. § sunt etiam quorum, & § ab executore & C. quorum appell. non recip l. ab. executione. & s̃. de offi. deleg. super quæstionũ. §. nos etiã. Sed qualiter excedit modum? quia aut facit quod mandatur, & tunc nõ excedit. aut facit aliud, & tunc nulla est sententia: vnde non est necesse appellare, sup. eo. ca. 1. quia non seruat formam mãdati, s̃. de rescrip. cum dilecta. & ĩ. de confirm. vti. vel inuti. examinata? Sol. iudex poterit excedere mandatum, faciendo quod mandatur, & plus aggrauando illum, contra quem fit executio, & tunc tenet sententia; vnde necessaria est appellatio. Item in alio casu, si vendicauerit partes iudicis, C de exec. rei iud. si vt proponis, & tũc sententia nulla est, vt ibi. Item si obiicitur excommunicatio 11. q. 3. cum excommunicatio. s̃. de excep. cũ inter. & in decr. Innoc. iiij. pia cõsideratione. [lib 6.] Item si innouatio facta esset post rem iudicatam: tunc mutatur ordo executionis, ff. de re iudic. l. 4. §. si ex conuentione. Item si velit præuenire tẽpus quadrimestre. ff. e. l. 4. §. si q̃s condẽnatus. Item si male interpraetaret sententiam, ff. de ap. ab executore. Item si obiiciatur quod falsi s̃. eo de cætero C. si ex fal. instru. iudicari. & infra de crim. falsi. super eo. Item si fiat exceptio, per quã retro nullum fiat iudiciũ, sup. de procurat. in nostra. Argum. cõtra ff. mand. diligenter, in princ. vbi dicitur, qui excessit mandatum, aliud quidẽ facere videtur.

Sicut nobis.] Sentẽtia sine expressione causæ lata tenet ita communiter summatur. Communis diuisio. Secunda. ibi, Cum autem. Abbas Siculus.

CASVS. Inter H. subdiaconum, & B. presbyterum vertebatur quæstio super quinque modiis frumenti, quos dictus presbyter annuatim eidem subdiacono, vt dicebat, soluere tenebatur: cõmissa fuit causa super hoc quibusdã iudicibus, corã quibus H subdiaconus petebat a dicto B. presbytero quinque modios frumenti sibi per annos singulos persoluendos. Sacerdos se non teneri respondit, cum alia vice super hoc conuentus fuerit, & sententialiter absolutus, ad quod probandum duos testes induxit, per quos constitit, quod magister A. auctoritate episcopi Lundunen. ipsum absoluit ab impetitione subdiaconi supradicti, Sed quia testimonium ipsorum quasi nude prolatum fuerat, cum nihil dixerint de causis, quæ iudicem mouere solent ad sententiam proferendam, consuluerunt papã quid super hoc sit seruandum cum in plerisque locis, in quibus copia prudentum habetur, obseruetur de consuetudine, quod omnia, quæ mouent iudicem ad sententiam proferendam, non exprimantur in sententia, Respondet Papa, quod cum ita sit, quod ex dictis ipsorum testium constet sententiam a iudice suo prolatam, præsumi debet omnia solemniter processisse, propter iudiciariam potestatem. Nota, quod licet testis non reddat causã sui dicti, nihilominus valet dictum eius, vbi non fuit interrogatus de causa. Item omnia, quæ mouent iudicem; necesse non est exprimere in sententia. item sententia lata probatur per testes. item præsumendum est pro iudiciaria potestate, quod omnia legitime fecerit in causis.

† Vide l. gradatim. cum no. per Doc. C. de reb. cre. & iu. iurã.

† condi- tione.

† decenni um.

† Vid l. 2. C. eo. & l. si exhæredatus, & l. si proponas § 1. ff. de inoffi. testa.

† imputa- re.

† Cap. 6 e. ti. l 3. apil. Et de materia, vide Alex. & Ias. in l 2. C. de bo. possess. secundum tabul & de annua præstatione, vide Bal. cons. 96. lib. 5.

¶ Absq.

a ¶ Absolutus,] exceptio de re iudicata impedit litem contest. s. vt lit. non conte. c. vlt. vnde non tenebatur litem contestari presbyter iste, si hoc opposuisset, vt dicit decre. prædicta, quæ incipit, exceptionis. Ber.

b ¶. De causis,] videtur, quod testis debeat assignare causam sui testimonij, vt s. de testi. cum causam, vbi de causis mādatur inquiri. & 4 q. 3. si testes § item solā. aliter enim non peruenitur ad veritatē. 23. q. vlti. occidit. nec sufficit testi dicere se scire, nisi assignet causam sciētiæ suæ: cum multa sint genera sciendi. 22 q. 5 hoc videtur, quod verum est, si testis interrogatus fuerit. si vero interrogatus nō fuerit, benè valet dictum eius, licet fuerit nude prolatum, vt hic, arg ff. de no. ope. nunc. de pupillo § qui opus.

[Gloss. ista quærit ar. alle. 6. iura, & soluit tractat demum, an præsumatur solennitas. vlti. quærit, & soluit.]

c ¶ Exprimatur.] Sed nunquid iudex tenet assignare causam, quæ ipsum mouit in sententia proferenda? Arg ꝙ sic. 21. dist. in tantum. ff de ijs qui notā infa. ait prætor. § ignominię. C. de iudi. properandum, § illo, circa fin. ff de cu. furi. si furioso. §. 1. quia oportet vt sciatur, quid mouerit iudicem ad sententiā proferendā ad hoc, vt emptor posit agere de euictione, ff. de euict. hoc iure & l seq. Ad hoc potest dici, ꝙ iudex pōt opponere causam, q̄ ipsum mouet: si tū nō opponitur, bene tenet snīa. inf. eo cū Bertholdus. in fi. & hic, vbi non fuit apposita, In causa vero appellationis bene debet apponi causa, quare reuocatur prior snīa vt per hoc prioribus iudicibus nō imputet, sic sup. de fide instru. cum Ioannes, in fin. & inf. de priui. cū olim 2. & sufficit rē fuisse adhibitā, siue fuerit in causa redhibitionis, siue non, ff. de ædi. edic. ꝙ si nolit § in factū. & ita statur snīæ iudicis siue causa fuerit apposita, siue non: similiter in instrumentis aliorum præsumuntur omnia esse solenniter acta, vt insti. de fideius. §. vltim. & instit. de inu. sti §. si scriptū. & c præterea. & ff. de ver. obl. sciendum sed in hoc est differentia, ꝙ si in instrumentis tabellionum non exprimitur causa, non præsumitur pro ipso instrumento, sup de fi 1. instr. si cautio. & ff. de proba cum de indebito, §. fin autem alias autem qui allegat solennitatem, siue circa sententiā, siue circa instrumentum, ipsam probet, 31. q. 2 Lotharius in prin. ff. de probat. l quingenta in fin. vbi licet per verba instrumentorum non appareant instrumenta solenniter acta, possunt probari per testes C. de vlu. l. 1. & sup. de testa. significauit. & c Albericus. & sic in maleficiis præsumitur potius iniuste factum, quam iuste, sup. de præsum. c. 1 & C de iniu si non conuicij. Sed nunquid contra talem præsumptionem admittitur probatio? Dico quod sic, ff de pactis. iurisgentium, § quod fere. ff. de prob. cum de indebito, §. vlt. & supra de fid instr. si cautio. Ioan.

tebatur, ipsi subdiacono ꝑ annos singulos exsoluendis, vobis cōmissa fuisset: & restitutionem sibi fieri postularet, subdiaconus supradictus: aduersarius se ad hoc non teneri respōdit, cū alia vice super hoc conuentus fuerit, & sentētialiter absolutus: [a] quod ostendere voluit duorum testimonio, ex quorum depositione constitit, quod magister A. auctoritate episcopi Lūdun. ipsum absoluit ab impetitione subdiaconi memorati. Verum quia testimonium ipsorum quasi vnde prolatum fuerat, cum de causis, [b] quæ iudicem mouere solent ad sententiam proferendam, nihil dixerint: quid tenendum sit, sedem duxistis Apostolicā consulendam.

¶ Cum in † plerisque locis, in quibus copia prudentum habetur, id moris existat, quod omnia, quæ iudicem mouent, non exprimantur [c] in sententijs proferendis, vobis taliter respondemus, quod cum ex depositionibus testium prædictorū constiterit sententiam a iudice suo prolatam: propter auctoritatem iudiciariam, præsumi debet [d] omnia legitime processisse. †

¶ Idem Astoriceñ. episcopo, & abbati sancti Isidori Legionen.

¶ *Ab eadem sententia potest appellare ne dum reus victus, sed etiam tertius, cuius interest, & poterit sententia quo ad reum de iure suo docentem confirmari: respectu vero tertij rationabiliter appellantis infirmari.*

CAP. XVII.

CVm † super controuersia, quæ inter Aurien. episcopum & monasterium Cellæ nouæ, super statu ipsius vertebatur, pro episcopo diuersæ

[Glo. ista signa ꝓrium, & remittit.]

d ¶ Debet.] sic s. eo. cū inter & sup ð ele. bonæ 1. & sup. de renun. in præsentia. Argu. ꝓ. sup. de ꝓb qm̄. vbi de hoc dicitur ad finem.

CVm super.] confirmatur sententia quo ad reū appellantem, si nil doceat contra eā: differtur tū executio, si tertius de suo interesse doceat. Diuidit in tres partes. In prima decise narrat factum. In secunda quo ad reū principalē confirmat snīam: ibi, Cum ex parte. In tertia quo ad tertiū appellantē cōmittit causam executionis fiendæ, vel non. Et hæc decr. vr̄ difficilis, tū ꝓp ipsius difficilem materiam tum propter intricatum modu tradendi ipsam per commentatores. Abb. Sic.

CASVS. Cum inter epm Aurieñ. ex vna parte, & monasteriū Cellęnouę ex altera, super statu ipsius diuersæ sententiæ pro epo latæ fuissent, tā ex parte monasterii, q̄ ex parte Oueteñ. epi, fuit ad sedē Apostol. appellatū: vnde eps Oueteñ. per nuncium suum conquerebatur per sententias illas, ecclesiam. Ouet enormiter esse læsam, ad quam dicebat dictū monaster.ū pertinere: quare dicta sententia pro epo non debet executioni mādari: super hoc negotio multa fuerunt allegata in præsentia dñi Papæ: vnde cū ex parte monasterij nihil rōnabile ostensum fuerit, quare dicta snīa pro epo lata deberit irritari, & ideo quantum ad monasteriū ipsam cōfirmauit, mandat Papa iudicibus, quatenus si constiterit appellationem pro ecclesia Oueteñ. rationabiliter interpositā, & ad eā prosequendam nunciū suum infra tps legitimū destinasse, executio snīæ differatur, ne circa possessionē Oueteñ. ecclesia detrimentū incurrat: aliorquin sicut iustum fuerit executioni mandetur sine præiudicio ecclesię Oueteñ. cū hoc sibi non præiudicet quo minus suam possit consequi rōnem: cū res inter alios acta non noceat alijs iuxta cōstitōnes canonicas & ciuiles. No. ꝙ quilibet, cuius interest, potest appellare a snīa inter alios lata, ne mandetur executioni. Item infra tps legitimum i. infra annum debet quis prosequi appellationem. Item etsi non appelletur a sententia inter alios lata, tamen remaneret ei, cuius interest ius saluum cū res inter alios acta non noceat alijs.

Glo ista quærit opponendo. & soluit. secundo obijcit, & soluit. tertio quærit, arguit, & soluit [

† Vtrum i snīa debeat cā exprimi; vide per Ino. in l. si is ad quē. ff. de acqui. hęre. & per Marianū in repeti. ca. qualiter & qn̄ inf. de accusa.

† al. præcedente, & fac adhoc l. 1. C. de ꝑfesso. & in vrōn Costan. & l. 1 cū no. C. ð legit.

† Cap. 7. eod. titu 3. cōp Et de materia videlicet, an & qn̄ tertius possit appellare, vide Card in cle. 1. de cā. po. & ꝓpri Olura dum cōs. 153. inci. ð ussioni. adde Bar. in l a snīa. ff. de app.

sententiæ latæ fuissent, nuncius Oueteñ. episcopi, per eas Oueteñ. ecclesiam læsam grauiter quęrebatur, ad quam proponebat monasterium [a] pertinere: & infra.

¶ Cum ex parte monasterij nihil rationabile fuerit propositum & ostensum, quare sententia pro episcopo promulgata debuerit irritari, eam quãtum ad monasterium duximus confirmandam: & infra.

¶ Mandemus, quatenus si constiterit appellationem pro ecclesia Oueteñ. rationabiliter interpositam, [b] & ad eam prosequendam nuncium eius infra tempus legitimum destinatum fuisse, executio sententiæ differatur, ne circa possessionem, Ouetensis ecclesia detrimentum incurrat: alioquin (sicut ius postulat) executioni absque Oueteñ. ecclesiæ præiudicio demandetur: cui † quæ præmissa sunt non præiudicant, quo minus suam valeat consequi rationem; cum res inter alios acta non noceat [c] regulariter alijs † iuxta constitutiones canonicas [d] & ciuiles. [e]

¶ Idem.

¶ Si citatus ad sententiam ex legitima causa iudici ignota non comparuit, tenet sententia eo absente lata, sed retractatur eo probante legitimam absentiæ causam. Si vero impedimentum probatur non plene, non retractatur sententia, nisi prius doceat de ipsius iniquitate hic: & est verus & not. intellectus secundum Panor. quem alij Doctores non clare dilucidarunt.

CAP. XVIII.

CVm † Bertoldus miles cutiam suam P. militi pignori obligasset,

a ¶ Monasterium.] & ita tenet sententia quo ad vnã ꝑsonã, & nõ quo ad aliã, sic & vltima volũtas defuncti destituta solemnitate iuris tenet quo ad filios, & non quo ad extraneum, C. fa. erc. l. vlt. & C. de test. hac consultissima § ex imperfecto. ar. contra. j. de do. inter dilectos. & j. de capel. mona. dilectus. j. eo. suborta. & s. de arb. cum tempore. & 49. dist. c. vlt.

b ¶ Interpositam.] Sed quare iste cõpellitur probare, se iuste appellasse, cum non magis oneraretur si ꝯ eũ esset lata snia? sed si hoc probabit, nunquid cassabitur snia? Dicas, ꝙ nõ cogitur plene probare causam appellandi, sed sufficit probare, ꝙ aliquo modo sua interfit, s. de testib. c. veniens. 2. nec cassabitur statim snia, sed differetur executio sniæ, si probabit, ꝙ iuste appellauerit, & postea admittetur tam super principali q̃ super snia, sic s. de testib. veniẽs 2. quia per sententiam non fit adhuc magnum præiudicium, sed per executionẽ, sic s. de of. del. sup eo. & ita snia inter alios lata non obstat alij, tñ tale quale præiudiciũ fit alij, vt hic patet. arg. C. de li. cau. iubemus. Sed non vr̃, ꝙ a snia lata inter alios possit appellari. ff. de ap. a snia. l. prin. imo potest, vt hic patet, vt per appellationem executio differatur. Sed pone, ꝙ sententia mandetur executioni pro ep̃o, nunquid eps præstabit cautionem ecclesiæ de Cella, ꝙ ipsam defendat ꝯ Oueteñ. ep̃m? Vr̃, quod sic, quia si duo petant rẽ ab vno, victor præstabit cautionem, quod defendat victum contra alium, ff. de rei ven. is a quo, ff. de pet. hære. l. penul. sed hic non est ita, quia hic agit modo tãtũ ecclesia Oueteñ. Io.

c ¶ Non noceat.] Littera ista contradicit superiori. vbi dicit; ne circa possessionem, & c. quod hic dicit, non noceat, verum est quantum ad proprietatem: sed ibi loquitur de præiudicio quo ad possessionem, & ita non contradicit. si simile C. de libe. cau. iubemus.

d ¶ Canonicas,] sup. de fide instr. inter dilectos. j. eod. c. pen. & inf. de don. inter dilectos.

e ¶ Ciuiles,] C. res inter alios acta. per totum. & ff. de re iud. sæpe.

CVm Bertholdus,] Probata iusta causa absentię reuocatur sententia lata ꝯ absentem, maxime vbi apparet iudicem circumuentũ. Vel aliter, & sic: Cõtra sententiã audit is, qui fuit absens docto de impedimento, ẽt minus sufficienter, si opponit de iniquitate, quã ex tenore sniæ & ex actis cõstare dr̃, quo docto obtinebit. Diuiditur principaliter in duas partes. In prima ponitur processus narratio. In secunda ibi, Licet. Partis restitutio, auditoris datio ipsius relatio, Papæ definitio, suũ motiuum continens. Prima pars põt subdiuidi, sed non expedit: quia satis patent partes in littera Abb.

CASVS. Bertholdus miles habebat villam suã, in quã erat ecclesia, vnde ipse erat patronus. villã illam obligauit P. militi: dicto P. creditore sublato de medio, A. nepos eius & hæres vacante ipsa ecclesia D. clericũ eiusdẽ loci ꝓsentauit ad dictam ecclesiã, dicens, ꝙ ius patronatus cum vniuersitate trãsisset in eum: archidiaconus de consensu epi ipsũ instituit in eadem, & in corporalẽ possessionẽ induci fecit eũ dẽ: dictus Bertholdus dñs fundi hoc audiens, T. presbyterum ep̃o præsentauit, sed eps ipsum non admisit: pp qđ dictus T. presbyter coram Remeñ. archiep̃o Apostolicæ sedis legato, ꝯ præfatum D. deposuit q̃õnem: archieps causam sup hoc iudicibus delegauit sub hac forma, vt causam instructã ad ipsum remitterent, præfigendo partibus terminũ peremptorium, in quo eius se conspectui præsentarent sniam recepturę: ad quem terminũ dictus D cum suis attestationibus accessit, T. presbyter nec iuit nec tũc misit aliquẽ rñsalem: legatus inspectis attestationib. D. clerici, ipsum ab impetitione T. presbyteri absoluit: postmodum vero idem T. presbyter intra breue tẽpus ad legatum accedens, iustã causam absentiæ allegauit: quo auditio, archieps mandauit quibusdam iudicibus, vt si iustã causam absentiæ ostenderet coram eis prædictam sniam nullius decernerent esse valoris, & cãm terminarent eandem: alioquin sententiam ipsam facerent obseruari: dicti iudices commiserunt alij vices suas. q testes super prędicto articulo receperunt, à quib. dictus D. clericus ad sedem Apostolicam appellauit: Papa auditis probationibus illius presbyteri super absentię suę causa, licet eam minus sufficienter probasset: ne tamen præiudicaret opinio veritati, commisit Papa causam illam cuidam Cardinali: ipse vero intellectis meritis causæ, omnia retulit dño Papæ q archiepiscopum inuenit circumuentum fuisse ex tenore sententiæ: tñ quia continebatur in illa, quod ꝑ attestationes illius vel ipsius clerici fuerat sufficienter probatum, quod præfatus A. in possessione iuris patronatus extiterat, cũ ipsum ad eandẽ ecclesiã pręsentauit: cum tñ ꝑ attestationes illas nihil aliud ostentum fuit, nisi ꝙ prędicti P. & A. annuatim perceperant decem solidos, q patronis illius ecclesiæ dari cõsueuerunt: tñ q a dicebat in sententia illa, ꝙ dictus T. in ꝓbatione defecerat, cũ ꝑ attestationes illius appareret manifeste ipsum T. suã intentionẽ sufficienter probasse: tum ẽt q a cãm non recipit sufficienter instructam, cũ vnius partis attestationes receperat, quæ

† al. ita q cui q̃ præmissa sũt nõ præiudicẽt, quo minus sẽtentia valeat cõsequi rõnẽ.

† Vide l. Lucius ff. de his q no. inf. & l. res inter alios. alias est Modestinus ff. de exce.

† Ca 7 e. tit. l. 3. ꝯp. Et de intellectu vide Lambertinũ de iure patr. li. 2. part. 3. art. 2. q. 2. de materia vero textus, & glossarũ vide præ cæteris hic Guidonẽ Papæ.

eodem P. sublato de medio, A. nepos eius, qui successit eidem, vacante ecclesia eiusdem loci, asserens, q̄ ius patronatus cum vniuersitate [a] transisset in eum, D. clericū eiusdem loci, archidiacono ad supradictam ecclesiam pręsentauit: qui de consensu episcopi [b] ipsum instituit in eadem, in possessionem eum induci faciēs corporalem. Prædictus vero B. dominus fundi, T. sacerdotem memorato episcopo præsentauit: sed ipsum episcopus non admisit. Cum autem dictus T. aduersus [c] memoratum D. super prędicta ecclesia deposuerit quæstionem, Remen. episcopus † Apostolicæ Sedis Legatus iudicibus negotium delegauit: ad quem cum attestationes vtrinque receptas per partes postmodum remisisset, [d] & præfato D. cum suis attestationibus accedente, dictus T. nec per se, nec per responsalem idoneum comparere curaret: ipse attestationibus inspectis clerici memorati, ipsum ab impetitione sæpedicti T. sententialiter reddidit absolutum: eidem T. imponens silentium super ecclesia memorata. Postmodum autem idem presbyter ad archiepiscopi præsentiā infra breue [e] tempus accedens, iustam causam [f] absentiæ allegauit: archiepiscopus vero Argentino electo, & Altæ Syluæ, & Tudebernon. † abbatibus dedit (suis) litteris in mandatis, vt si iustam absentiæ causam ille ostenderet coram eis, prædictam sententiam nullius decernerent [g] esse valoris, & causam sine debito terminarent: alioquin facerent sniam obseruari: verum dicto electo, & pręfatis abbatibus committentibus [h] alijs vices suas, ipsi subdelegati testes super prædicto articulo receperunt: a quibus dictus clericus vocem ad nos appellationis emisit: & infra.

¶ Licet autem iustam causam absentiæ minus sufficienter [i] presbyter probauisset, ne tamen præiudicaret opinio veritati, R. diaconum Cardinalem eis concessimus.

quæ parū faciebāt ad cām: vnde Papa sniam prędictam cassauit, & pręfeto T. adiudicauit ecclesiam memoratā, cum a uero patrono ipsum constitit fuisse p̄sentatum. Not. q̄ nō valet snia lata ꝯ absentem si cōstiterit eū iusta de cā impeditū fuisse. Item licet minus sufficienter probet absentiæ cā: nihilominos dēt de cā iterum cognosci. Itē ueritas p̄ualet opinioni. Itē cū iudex circumuentus est iterum dēt de cā cognosci. Item non dicitur ea remissa sufficienter instructa, nisi allegationes vtriusq; partis remittantur. Item euidenter hic patet, q̄ ex præsentatione patroni acquirit ius præsentato, si patronus in sua præsentatione persistat.

a ¶ Cum vniuersitate, inf. de iu patro. ex litteris, ff de contrahen. emp. si aquæductus, & l. dolia.

b ¶ De cōsensu epi,] aliter nō possat, s̄ de off. arch. cū satis, nisi haberet hoc de præscripta cōsuetudine, sup. de of. arch. c vl. & ꝫ. de exce. pla. ad hęc.

[Gl. seq. obijcit, & soluit.]

c ¶ Aduersus.] sed qualiter potuit iste V. agere, cum ex sola præsentatione nihil habeat iuris, imo vr̄, q̄ cōtra ep̄m deberet agere ad interesse: ꝫ. de iu patr. pastoralis? Rn̄deo, bene acquiritur ius præsentato a vero patrono, licet ep̄s eū non admittat, dumodo suam voluntatem patronus non mutet, et sic pōt agere vt sua præsentatio confirmetur, ut hic patet. Sicuti electus pōt agere, vt sua electio confirmetur, sup. de elec. postquam & c publicato.

[Glo. seq reci per quæstionem.]

d ¶ Remisissent] assignando terminum peremptoriū ad sententiā audiendam, ut patet in antiqua: alias non tenuiss. t sentētia lata contra absentem, ff quæ sen sine ap. resc. l. 1. §. ex eo edict, & ea q̄ aduersus absentes non per contumaciam statuuntur, non tenent, C. quo & qū iud. ea quę, sed hic tenuit santentia, vt patet per sequētia. et propter terminum peremptorie statutum 1 ad sententiā, sed quia probauit iustam cā m absentię, reuocatur sententia, vt 3. q. 9. caueatur. Ber.

[Glo. seq. reci per obiect.]

e ¶ Breue tempus,] & ita videtur, q̄ mora possit purgari in iudicijs, ff si quis cau. si post tres, quod locum habet ante lit. conte. & ubi ius actoris non est factū alterius, ut dicit illa lex, sed hic non fuit sententia retractata propter breue tempus: quia probauit iustam causam absentiæ, fuit auditus.

[Glo. seq signat contrarium, & soluit]

f ¶ Iustam cām.] alioquin non fuisset auditus, arg. contra sup. de in inte rest. ex litteris. Sed illud fuit in fauorē matrimonij, & quia nō poterat hēre recursum cōtra dolosum, cum in eo casu fuerit nō soluēdo, sup de procu. querelā, & 5. q. 3 si ægrotans, & ita reuocatur snia, si iuste impeditus uenire nō potuit, ff. de dam. infec. l si finita, § si forte. Nec dr̄ iudicatū, ubi iusta de cā detētus p̄sens esse non potuit. ff. de re iudic. quasitū, nec mandari dēt talis snia executioni, vt ff de iud. si p̄torian si. & ē notabile illud q̄ reuocat snia cum interesse non potuit: & sic est arg. q̄ iudex non dēt nimium festinare ad sniam, vt dicit lex prędicta, si finita, §. si forte.

]Glo. sequ. obijcit, & soluit.]

g ¶ Decernerent,] sed qualiter potuit iste legatus retractare sententiā suā, cum nullus iudex possit hoc facere: dummodo non sit lata cōtra ius constōnis, C. sen. rescin. non pos l. 1. Rn̄deo, q̄ non potest retractari nisi per in integ. rest ff. de minor. in causę, 2. §. vlt. & l. sequ. Vel nisi ipso iure sit nulla, C. de acc. l. 4. vnde hic fuit retractata per in integ. restitutio. 2. & improprie ponit hic; nullius momenti: qa talis sententia bene tenet, quousq; fuerit reuocata.

h ¶ Cōmittentibus.] sed qualiter delegat9 ab alio q̄ a principe committit alij vices suas contra illud, sup. de of dele. super quęstionum, § si uero, & C de iudi. a iudice? Quidam dicunt, quod hic erat lis contes. coram delegatis: vnde cum videantur facti quasi domini litis, possunt alij committere vices suas ad similitudinem procuratoris. arg. C. de procur. l nulla. & l. neque tutores. Vel id quod hic nō fuit oppositum. & ideo taliter de facto processum fuit, & hodie stari debet prædictis, C. de in di. a iudice, & sup. co. super quæstionum. & est expressum, inf. de app. cum causam. vnde uon valet hodie, q̄ hic dicitur.

i ¶ Minus sufficienter,] & tamen admissus fuit per talem probationem, ne veritati opinio præualeret, vt sequitur Et sic argum. colligitur hic, quod minus sufficiens probatio admittitur. Ex pluribus alijs causis fuit iste auditus, quia circumuentus fuit iste legatus ex pluribus causis, quæ in sententia continentur. Primo dicitur, quod ille erat in possessione iuris patronatus, & hoc falsum fuit. Item dicebatur in sententia, quod

† Archiepiscopus in plurib. antiqs, & ita legendū. est autē in Gallia is archiep̄atꝰ, cui multi subsunt suffraganei.

1 Est ergo necesse, q̄ exprimat hoc casu perē ptorium vbi vnica sit citatio hoc 24. q. de illicita, in fin. sic in causis, in q b. sine figura p̄cedit̄ p elec. de ver. sign. sæpe circa p̄ lo. An.

† Tudertino. Tudebē.

Vox, suis, deest, in antiq.

2 Eo mō pōt, cum sit gn̄alis legatus: secus si esset spālis legatus sec. Vin & de hoc dixi ꝫ de accu. qualiter 1 s̄. gl. 1. l. A.

q T. defecerat in probatione,& hoc fuit falsum, vt inf. dicitur. Item quia causa non fuit sufficienter instructa ad legatum remissa: quia attestationes illius T. non fuerunt remissæ ad legatum, prout ipse mandauerat. vnde manifeste apparet legatum circumuentum fuisse. Bernar.

auditorem, qui cum nobis omnia fideliter retulisset, ex tenore sententię archiepiscopum inuenimus circumuentum: tum quia continebatur in illa, quod per attestatiões ipsius clerici fuerat sufficienter probatum, quod præfatus A. in possessione iuris patronatus extiterat, cum eundem ad prædictam ecclesiam præsentauit, cum tamen per attestationes illas nihil aliud ostensum fuerit, nisi quod pro quodam iure,[a] quod de illa ecclesia consueuit exhiberi, patronis prædicti P. & A. annuatim decem solidus acceperunt: tum etiam † quia in eadem sententia dicitur, quod dictus T. in probatione defecit, cum per attestationes suas appareat ipsum suam intentionem [b] sufficienter probasse: tum etiam quia causam non recepit sufficienter instructam: cum vnius tantum partis attestationes rece-

[Glo sequ. obijcit, soluit.]

CASVS. Quidam presbyter I. nomine, dum vellet ire ad curiam domini Papæ causa peregrinationis, res suas & ecclesiæ suæ non posuit sub protectione domini Papæ. Post iter arreptum, quidam aduersarij sui res suas sibi & ecclesiæ abstulerunt: vnde ille conquestus fuit domino Papæ: dicit Papa, licet p̃sbyter ille nõ posuerit res suas & ecclesiæ sub protectione ipsius, tamen hi, qui ad ipsum accedunt cum rebus suis sub Apostolica protectione debẽt esse securi: Vnde mandat quibusdam, quatenus quicquid eidẽ presbytero post iter arreptum ad Papam, subtractum est vel ablatum, faciant sibi restitui. Nota, quod plus est facto exprimere, quàm verbo. Item qui ad papam accedunt causa peregrinationis, sub eius protectione consistunt. Item argumentum quod possessio absentis turbata restitui debet.

d ¶ Nõ posuerit.] expressa voce, sed expressit ipso facto quod plus est. s̃ tit. proxi. dilecti. & c. vt nostrum. & c. audientiam 2.

[Glos. seq. recitetur per quæstionem, de quo accessu, &c.]

e ¶ Ad præsentiam nostram.] causa peregrinationis supple, vt faciat ad hunc titulum: quia interim sub Apostolica protectione consistunt. 24 quæst. 3. si qs Romipetas paternarum. illi canones: quia ad hunc titulum pertinent. ff. si p vim, uel alio modo absentis pos. turbata e l. 1. & C. de eman. liber. Iubemus. ff. de tutori. & cura. da. ab his, l. vlt.

f ¶ Faciatis.] in hoc casu quando possessio absentis taliter turbatur, seruus, amicus, proximus colonus, petere possunt vt possessio restituatur, vt in l. prædict. C. si per vim vel alio modo. l. 1. Ber.

† Faciatis, le. † in omnibus manuscriptis, vnde p̃uat non solo episcopo Ambiañ. directã hãc decretalem sed alijs, ut variæ lectiones ostendunt.

DE CONFIRMATIONE
Vtili vel inutili.

¶ Supra visum est de suspensione sententiæ seu iurisdictionis iudicis, quæ fit remedio appellationis seu peregrinationis: Sed quia sententia seu processus iudicialis quandoque confirmatur per superiorem, & posset dubitari de validitate vel inualiditate confirmationis, merito subijcitur hæc rubrica de confirmatione vtili. Abb.

TITVLVS XXX.

De confirmatione vtili vel inutili.

¶ Alexan. tertius Exonien. episcopo.

¶ De re scienter confirmata per Papam inferior iudex cognoscere non pot est, nisi confirmatio non tenuerit, vt quia surreptitia, vel de re litigiosa. hoc dicit cum cap. sequenti.

CAP. I.



Si † quis rei litigiosæ [a] confirmationem [b] impetrauit ab Apostolica sede, nō minus potest iudex de eâ cognoscere, & eam sine debito terminare. ¶ Sed si rem tunc pacifice possidebat, cum inde confirmationem obtinuit, nō est licitum iudici de quæstione postea exorta [c] decernere: aut eā diffinire, absque sedis Apostolicæ mandato.

¶ Idem Vigorien. † episcopo.

¶ Idem dicit.

CAP. II.

De † confirmationib. autem Romani Pontificis, volumus te tenere, quòd contra illas (nisi nouum Apostolicæ sedis procedat mandatum, aut certum sit quòd sint per falsi suggestionem elicitæ †) nō est aliquatenus iudicādū [d].



S I quis.] Secunda pars; ibi Sed si. CASVS. Aliquis mouit quæstionem contra aliquem super re aliqua: reus lite pendente impetrauit à sede Apostolica confirmationem rei litigiosæ: quæsitum fuit, an iudex super hoc iudex sup lege debeat causæ cognitioni? Et respondet, quod ea non obstante, de causa cognoscere debet, & eam sine debito terminare: sed si rem pacifice possidebat, quando confirmationem obtinuit: non licet iudici postea de quæstione suborta cognoscere, vel diffinire sine mandato Apostolicæ sedis. Nota quod lite pendente non valet confirmatio, vel priuilegium obtentum super re litigiosa, tacito quod res fuerit in iudicium deducta.

† Post cōcil. Laterā. sub Alex. 3. par. 41. c. 10. & c. 1. eo. tit. in 1. compil.

[Glo. seq. reci. per q. quæ res dicatur litigiosa.]

a ¶ Litigiosæ.] res litigiosa est, de cuius dominio causa mouetur inter petitorem & possessorem iudiciaria conuentione, vt traditur. C. de lit. Auth. litigiosa res. Et hæc controuersia super possessione orta non facit rē litigiosam: quod verum est: & super res litigiosas nouum priuilegium impetrari non potest. s̄. de testi. causam quæ & s. vt lit. penden. c. 1. & vlt. & j̄. eod. bonæ. Nec ad aliam potest transferri personam 11. q. 1. quia res. & s̄. vt lit. penden. ecclesia sanctæ. & in Authen. in medio li. sacras iussio. non fieri. §. si vero nōdum. col. 2. & non obstante priuilegio tali siue indulgentia iudex procedere debet.

2 Vide vti. pen. c. fi. si per 1. gl. Ioan.

[Glo. seq. tractat de confirmatione in forma communi, obijcit, quærit & soluit.]

b ¶ Cōfirmationem.] nota, quod confirmatio impetrata sub forma communi, siue etiam innouatio nihil noui iuris tribuit, sed solummodo vetus conseruat. 12. distin. præceptis. arg. 13. q. 3. c. v t. & j̄. eo. cum dilecta & c. sequentibus. & j̄. de priui. quia intentionis. vnde per talem confirmationem vel innouationem non impeditur petitio alterius, vel iudicis cognitio. j̄. de cōces. præben. qa diuersitatem. j̄. eo. bonæ. argu. 9. q. 3. conquestus. nunc vero. & s̄. de offi. ordi. licet. & ff. ne quid in loco publi. l. 2. §. si quis à principe. quia hoc facit Papa sine præiudicio alicuius, vt patet per iura prædicta. Quid ergo valent huiusmodi confirmatio nes? parum valent, nisi quia solet plus timeri quod specialiter. & c. 23. dist. quamquam.

[Glo. seq. reci. per q. quomodo intelligatur qd hic dicitur iudicem inferiorem, & c. ponit tres opi. Vinc. Lau. & Tan. & hanc approbat.]

c ¶ De quæstione postea exorta.] quia dicit hic non est licitū iudici cognoscere de quæstione exorta sine mandato Papæ. dicit Vin: quod si post confirmationem moueatur ei quæstio, an licite obtineat beneficium, an non, non est licitū iudici de hoc cognoscere sine mādato Papæ: sed si ei obijcitur crimen, nō impeditur propter confirmationem iudicis cognitio. Sed certe non est verum si confirmatio sit facta in forma communi sine causæ cognitione; si autem cum causæ cognitione confirmatio sit facta, tunc verum est quod dicit Vinc. & idem dicit, quod Tancre. & Lauren. dicit, quod si moueatur quæstio, an talis confirmatio valeat vel nō, de hoc non potest cognoscere iudex inferior, qd verum est. T. distinguit, & melius. Aut enim confirmatio facta fuit sine causæ cognitione in forma cōmuni, & tunc non impedit petitio alicuius vel cognitio: in quo casu loquuntur iura superius assignata: Si vero confirmatio fiat de beneficio alicuius, vel de aliqua sententia cum causæ cognitione, & hoc cognito Papa ex certa scientia confirmat tibi beneficiū tuū vel sententiam latam de quæstione illa, si postmodum quæstio suboriatur, nullus poterit iudicare sine speciali mandato Papæ. Et hoc intelligitur ex ipsa confirmatione: quia tunc simpliciter confirmat nulla conditione, apposita. De tali confirmatione habes supra de offic. dele. quoniam abbas & s̄. de transac. c. 1. & s̄. de pac. quoties. & s̄. de testi. veniens. & s̄. de offic. de le. corā. in fi & j̄. de testa Raynutius. & c Raynaldus. & j̄. de insti. ex frequentibus, & j̄. eod. ca. sequenti. & in alijs confirmationibus cum dicitur. Confirmatus sicut iuste possidens sicut exponitur. in fin. j̄. de concess. præben. quia diuersita em. Et istas duas decret. intelligebat Tanc. de confirmatione, quæ fit cum causæ cognitione ex certa scientia Papæ; tamen si certum esset, quod per falsi suggestionem confirmatio fit obtēta, non valebit huiusmodi cōfirmatio j̄. c. prox. & sic possunt intelligi istæ duæ decre. Berna.

† Vigorum. Vvigornen.

† Cap. 2. eo. tit. in 1. cō. & post conc. pars. 50. cap. 16.

† Vide l. intemus. ad fi. & ibi Bal. C. de testa. & in l. pen. C. de transf.

2 Respicit primū membrū opi. non fin. super quo vide qd scripsi de offic. dele. super eo. sup 3. gl. 10. An.

DE confirmationibus.] CASVS. Dicitur in hoc capitulo, quod de confirmationibus sedis Apostolicæ non licet alicui iudicare, nisi ad hoc habeat mandatum, aut certum sit quod per falsi suggestionem sint elicitæ. Nota quod de confirmationibus Papæ sine eius mandato nullus debet iudicare nisi per falsi suggestionem fuerint obtentæ.

d ¶ Iudicandum.] nisi per eum, qui concessit, vel successorem, vt notatum est in glossa præcedentis decretalis.

Bonæ

BOne memoriæ.] potest legi multis modis, sed hic non est insistendum: quia non cōtinet vtilitatem magnā. Et primo ponitur consultatio. Secundo r̄nsio bimembris: ibi. Respondemus. Secundum membrum ibi, Verum. Abb Siculus.

CASVS. Lata fuit sententia diffinitiua pro ecclesia cōtra aduersarium ecclesię, ille infra decem dies appellauit: iudices nihilominus mandauerunt sententiam executioni: appellās litteras impetrauit de reuocanda sententia: ecclesia pro qua lata erat sententia, caute præueniens appellātem litteras confirmationis sentētiæ in forma communi impetrauit, nulla de appellatione, habita mentione. quæsitum fuit quæ litterę præualerent? Respondet Papa, quod litteræ posteriores debent prioribus p̄iudicium generare, & iudices debēt cognoscere de appellatione non obstante confirmatione obtēta veritate tacita super re litigiosa. sed si diceretur in litteris appellationis secundo impetratis; nullis veritati & iustitiæ præiudicantibus: vel etiam sub alia forma verborū, dummodo de litteris confirmationis nihil expresse diceretur, respōdet Papa, q̄ tunc tamdiu litteræ cōfirmationis suū dēnt habere vigorē, donec de iniqua sententia plenius cognoscatur p̄ secundas litteras, & in suspenso confirmatio remanebit Not q̄ lite penden. de re litigosa confirmatio impetrata non valet, siue sit obtenta in principali, siue in causa appełōnis. Item confirmatio est in pendenti donec confirmetur vel infirmetur s̄nīa. Item litterę generales nō reuocant speciales Ber.

¶Cap. 1. eo. ti. in 2. cōp.

¶ Cęlestinus tertius.

¶ Litteræ confirmationis super sententia à qua erat appellatum, non valent si appellatus malitiose præuenit appellantē: aliàs pendent donec de appellatione cognoscatur.

CAP. III.

BOnæ † memoriæ A. canonicus vester proposuit sententiam à delegatis iudicibus prolatam fuisse: & infra decem dies ille contra quem sententiatum fuerat, ab illa sententia appellauit, iudices tamen nihilominus sententiam executioni mandarunt. [a] Cęterum appellans itinere statim ad Apostolicam sedem arrepto, litteras de retractando sententiam impetrauit, aduersarius autem ipsum caute [b] pręueniēs confirmationis promulgatę sentētiæ rescriptum fuerat assecutus, in quo nulla de facta appellatione mentio [c] habebatur: Ideoq; requisisti, quę quibus litteris præiudicium faciant: Respōdemus igitur, quòd posteriores debent prioribus præiudicium generare. [d] ¶ Verum si dicatur, [e] nullis litteris [f] veritati & iustitiæ præiudicātibus: vel sub alia forma [g] verborū, dummodo nil diceretur [h] de litteris cōfirmationis, expresse dicimus, quòd primę tamdiu [i] suum debent habere vigorem, donec de iniqua sententia cognitio plenior habeat.

† Exodus.

¶ Innocentius tertius decano Padeburen̄.

† Padebitenē.

¶ Innouatio priuilegij nouum ius nō tribuit, nec antiquum confirmat, sed si quod competebat, conseruat. Breuius sic potest summari. Innouatio priuilegij non inducit confirmationem iuris in eo contenti.

a ¶ Mandarunt.] quod facere non debuerunt: quia appłōne interposita nihil est innouandum. 2. q. 6. appłōne. & ff. nihil inno. appłōne pendente l. vni. a imo reuocari dēt executio antequam de appłōne cognoscat. 1 ī. s̄. de iureiur. veniens. & s̄. de appellationib. dilecti.

1 Et quicquid postea factū est ante appłōnem, & post s̄nīā. s̄. de appell. non solum. lib. 6. Io. And.

b ¶ Caute præueniens.] quod facere præmature non dēt, vt appellātem in commissione impetrata supplantet, s̄. de appella. oblatæ. Secus si non p̄ueniat diligentiam appellantis. j̄. eo. c. §. verum. quia tunc valēt primæ, vt ibi.

c ¶ Mentio habebatur.] & ideo non valuerunt. s̄. de rescrip. ex parte. quia tacita veritate. sim. s̄. de appel. tempe, in fin. Et ita patet, q̄ si quis non faciat mentionē de appellatione aduersæ partis, non valent litteræ: quod est notabile. fi. supra dereferri ex parte. vb: de hoc.

d ¶ Generare.] In hoc scilicet, quòd non obstantibus primis litteris confirmationis iudices dati ad appłōnem, cognoscent de ea. s̄. eo. c. 1. arg. j̄. eo. c. proxi. ad fi. arg. fi. s̄. de testi. ex parte Adę. & c. causam quæ. & j̄. de priuile. dudum. Ber.

e ¶ Si dicatur.] in secundis litteris impetratis ab appellante. & quod dicit, si dicatur, supple, maxime.

f ¶ Nullis litteris.] per hanc generalitatem nihil reuocatur. s̄ de do. & contu. ex litteris. & ff. ad leg. Cor. de fal. diuus. nec valet legatū vel stipulatio fundi in genere facta, nullo fundo demonstrato. ff. de iu do. cum post diuortium. §. generā socero. & ff. de iure fisci, ita fidei. expressam enim debent facere mentionem de primis ad hoc vt primæ reuocentur. s̄. de offic. deleg. ex litteris.

g ¶ Forma.] id est 2 in forma communi.

h ¶ Nil diceretur] quod 2 eas reuocaret.

2 Hæ duæ glossulæ nō sunt ī vetustis codicib.

Gl. sequ. obijcit, & dupliciter soluit.]

i ¶ Tamdiu.] ista littera multum videtur cōtradicere priori, quæ dicit quod posteriores debent præiudicare prioribus. & hic innuitur quod valent litteræ cōfirmationis primæ, ergo nō est opus vt in prioribus fiat mentio de appellatione, & ita non refert vtrum in secundis fiat mentio de primis, vel non. vnde dēt intelligi. §. iste in eo casu cum primæ valent, cum appellatus non præuenit diligentiā appellantis, sed expectauit legitimo t̄pe, & sūt litteræ sine aliquo vitio, & sic procedent primi iudices ad confirmandam vel infirmandam s̄niam, vt s̄. de app. oblatæ. ad fi. quia per talem gn̄alitatem non reuocantur primæ legitime impetratæ, vt dr̄ in proxima notula In primo casu non valent primæ litteræ. quia appellatus præuenit diligentiam appellantis, nec fecit mentione de apppellatione, vt patet ex ipsa littera. Vel dic quod iudices dati sup appellatione, dēnt cognoscere de iniq̄tate s̄nīæ, & litteræ confirmationis tamdiu valebunt, quousq; constet de iniqua sententia: & si sententia confirmetur, remanebit confirmatio in statu suo. Si vero cassetur, confirmatio non valebit. argu. s̄. de fid. instru. accepimus. §. interim. & j̄. c. prox. in fi. arg. ad hunc sensum littera ista competenter adaptatur. Et ista fuit simplex confirmatio s̄nīę, quam fecit Papa in forma communi commissa impetranti: aliàs quare fuisset posita hæc decr. in tit. istoꝝ potius debuisset poni in tit. de appel. si deberet intelligi secundum illam decre. oblatæ. Ex littera vtriusque decre patet intellectus iste. In illa, oblatæ dicitur quod Plebanus de Sambro. super obseruatione sententiæ litteris ad iudices impetrauit commissionis, sicut rationabiliter lata erat: & hic di-

hic dr̄ q rescriptum confirmationis fuerat assecutus, quia Papa eam confirmauit in forma.cōi.& sic non intelligitur ista secundum illam, & litteræ confirmationis non mittuntur hic iudicibus, sed illis qui cōfirmationem impetrant. Ber.

Cum dilecta.] Diuidit in septem partes. Primo ponit sororum petitio, & Papæ commissio. In secunda: ibi, Nos autem. Inquisitorum relatio. & canonicorū obiecto. In tertia: ibi, Vnde. iudicū datio, & ab ipsis appellatio. In quarta: ibi, Nuper autem sororum, iterata petitio, & earum contradictio. In quinta: ibi, Nos igitur. Papæ interlocutio, & priuilegij innouatio. In sexta: ibi, Quia vero. Papa abbatissam constituit procuratricē. In septima: ibi, Nolentes. committit principale diffiniendum. Abbas Siculus.

† Cap. 1. eo. ti. in 3. cop.

† Guidieñ. ¶ Guardeueneñ.

† al. ita pp viarum distantiam, & di sen

CAP. IIII.

Cum dilecta in Christo filia abbatissa, & sorores ecclesiæ de Gardeueñ. † sua cuperent priuilegia innouari, pp † viarum discrimina; quattuor episcopis, & abbatibus totidem, vt ea inspicerent diligenter, & tenorem ipsorum fideliter transcribentes sub sigillis suis nobis remitterent, duximus iniungendum, & infra.

¶ Nos autem tam legato, qui sub sigillo proprio ea nostro fecit conspectui præsentari, quā inquisitoribus ipsis fidem debitā adhibentes, licet non videremus a quare non deberent eadem priuilegia innouari; † quia tamen C. maioris ecclesiæ, & I. sanctæ crucis canonici proposuerunt Hildesemeñ. ecclesiam in possessione subiectionis ipsius monasterij per centum annos & amplius extitisse, priuilegia ipsa tunc non duximus innouanda. Vnde iudicib. dedimus in mandatis, vt ad locū idoneū accedentes (citatis qui fuerint euocandi) inquirerent super his diligentius veritatem, a quibus pars Hildesemeñ. ecclesiæ ad Apostolicam sedem appellauit. Nuper aūt iterato prędicta petijt abbatissa, quatenus deberemus priuilegia suæ ecclesiæ renouare. Ex aduerso vero fuit postulatū, vt causā ipsam discretis viris committere dignaremur, qui testes reciperent, quos contra priuilegia monasterij, & ad probandum † præscriptionē legitimā, inducere proponebant.

† probandū

¶ Nos igitur attendentes, quòd iure sit ciuili [b] statutum, vt quando periculum testiū formidatur, ne veritas occultetur, & probādi copia fortuitis casibus subtrahatur, etiam lite non contestata testes valetudinarij, & alij, de quibus ex aliqua rationabili causa timetur, ad testimonium admittantur, eiusdem æquitatis simili-

CASVS. Abbatissa & moniales cuiusdam monasterij volebant priuilegia sua innouare: vnde cum propter viarum discrimina non possent illa præsentare domino Papæ, supplicauerunt eidem, quatenus aliquibus personis discretis mādaret, vt eorum tenorem inspicerent diligenter, & ipsum sub sigillis suis ad sedem Apostolicam destinarent; vnde Papa scripsit quibusdam episcopis & abbatibus, vt illa priuilegia inspicerent diligenter, & tenorem ipsorum sub sigillis suis fideliter destinarēt, quod & factum fuit: Papa viso priuilegiorum tenore dum vellet illa priuilegia facere innouari, quidam canonici pposuerūt id fieri nō dēre, cum Hilsedemeñ. ecclesia in possessione subiectionis ipsius monasterij per centum annos & amplius extitisset: vñ ipse tunc priuilegia noluit innouare, sed mādauit qbusdam, vt ad locum idoneum accedentes, vocatis qui fuerunt euocandi, inquirerent veritatem à quib. pars Hildesemeñ. ecclæ sedem Apostolicam appellauit: vñ postmodum abbatissa prædicta petijt iterato dicta priuilegia innouari. Ex aduerso fuit petitum, vt cām ipsam dñs Papa committeret aliquibus, qui testes reciperent, quos producere intendebant cōtra priuilegia, & ad pbandam pscriptionem legitimam: dñs Papa considerans q iure ciuili cautum est, vt qñ periculum testium timetur, etiam lite non cōtestata testes valetudinarij, & alij de quib. ex aliqua rationabili causa timetur, recipiantur, eadem æquitate prouocatus priuilegia illa quasi nimia vetustate cōsumpta fecit innouari, ita tñ q p talem innouationem nullum ius de nouo monasterio acquiratur, sed antiquum conseruet: Sed quia pdictū monasterium ad ius & pprietatem ecclesiæ Romanæ p priuilegiū pdecessorum suorum noscitur pertinere, abbatissam prædictam nomine Romanæ ecclesiæ cōstituit procuratricem: vt cum aduersus iura Romanæ eccle. non nisi centenaria currat præscriptio, super his & alijs procuret quæ in iudicio fuerint procuranda. Ne ergo de statu monasterij diutius dubitetur, mandat iudicibus, quatenus recipiant testes, quos Hildesemeñ. ecclesia induxerit ad pbandam interruptionem: & si præscriptio legitima probata fuerit, adiudicet subiectionē ipsius monasterij epo prædicto, cum cōstet ipsum in sua diœcesi constitutum, corrumpēdo priuilegium innouatum, nisi ex aduerso probata fuerit interruptio: quæ si pbata fuerit epo super hoc silentium imponatur: & pronunciet monasterium pperua libertate gaudere, priuilegio innouato eidē. No. q priuilegiū & instrumenta quæ sunt vetustate quasi consumpta, debent innouari. Item sicut testes ex cā lite non contest. recipiuntur, sic & priuilegia & instrumenta ex eadem causa innouantur. Item vbi est eadem ratio, & idem ius debet esse. Item p innouationem nullum ius acquiritur, sed antiquum conseruatur. Item mulier pōt esse pcuratrix. Item cōtra Romanam ecclesiam non currit præscriptio nisi centum annorum. Item ad officium iudicis pertinet tutum locum partibus assignare. Item eo ipso quod ecclesia sita est in diœcesi alicuius, præsumitur sibi subesse. Itē priuilegium innouatum in pendenti est in hoc casu, sicut confirmatio. s. eo. bonæ.

† Adde q est totu vt solē miter trāsferebat. Cocor. l. vnsi testamentum. ff. de testa.

a ¶ Non videremus.] nec poterat videri quod non erat, vt 35. q. 5. ad. sedem vltra vnam columnam. versiculo, hic ergo euigilent, &c. & hoc ideo non poterant videre: quia innouatio nihil noui iuris tribuit. j. de priuilegijs, ex parte, & c. quia intentionis. Et si originale cassat, similiter & innouatio sine confirmatio, vt s. de fide instru. inter dilectos & s. de re iudi. cum inter vos.

b ¶ Iure sit ciuili.] In auth. de testibus. §. quoniam multæ. & §. hæc vero. coll. 7. & ff. ad leg. Aqui. in lege aquilia: ff. de restit. in integrum, diuus. 2 & C. de vsuris pupillari. lege vltima. 3 & iure canonico. s. vt lite non contestata, quoniam. 1. responso. & s. de testibus. significauit. & c. cum olim.

1 Vide de test. 1. significauit. su. gl. 2. Io. And.

2 Vide de cri. fal. c. pe. super 1. gl.

3 Vide de tes. significauit. sup 1. gl. Io.

a ¶ Simi-

a ¶ Similitudine prouocati.] similis enim æquitatis ratio, similia iura suadere videtur. argu. ∴. de constitutionib. s, nam concupiscentiam. & C. ad legem Falcidiam. lege vltim. ff. ad legem Aquiliam, illud. & ∴. de translationib. inter corporalia. & C. de constituta pecunia, lege vltima. Item arg. eandē esse rōnē in test b. & instrumentis C. de fide instrumentorum, in exercendis. & supra de testibus cogendis, capitulo, peruenit.

† Vide l. 2. C. de diue. rescri.

[Gl. seq. signat cōtrarium, & soluit.]

b ¶ Duximus innouanda.] re si, vetustate consumantur. nulla fides eis adhibeatur. arg ∴ de fid. in tr. inter dilectos, arg. contra q̃red instrumentis vetustate cōsūptis, vel à muribus rosis, sit adhibenda fides si de bo. pos. secundum tab. l. 1. §. si rosæ. & ∴. de fi de instru. capitulo vltimo.

c ¶ Nouum ius.] simile. 12. dist. c. præcep tis.

[Gl. seq. dat tria similia, ali. tria iura in contrarium, & tripliciter soluit. Demum quærit, & soluit tripliciter.

1 De materia huius gl. vide late per Decium & Cagnolu. in l. 2. ff. de re. iur.

d ¶ Procuratricem.] sic ergo femina potest esse procuratrix, sic & arbiter. ∴. de arbit. dilecti. similiter & index 12. q. 2. cum deuotissimam. Nam & monachus de mādato 2 abbatis potest esse procurator. 16. q. monachi. Vel dic, quōd ratione administrationis pōt esse procuratrix, sicut & abbas. ∴. de transact. contingit. & inf. 1 de cer ii. sopiar. Vel ideo potuit esse procuratrix ecclesiæ suæ, sicut miles in causa conumeri sui. ff. de procurat. filiusfam. §. veterani. Vel dic, quod verius est, quod Papa ex certa 3 scientia cōstituit eā procuratricem, vnde de hoc non est disputandum. 16. q. 4. §. q. autem. & C de cri. sa cri. l. 2 & ff. de re iu. quidam consulebant. & ∴. de offic. delegat. cum vigesimum. aliàs fœmina non potest esse procuratrix. 3. q. 7. c. infamis. §. tria. & C. de procu. alienam. ff. de regu. iur. l. 2. Sed si Papa in sua psona vellet agere, corā quo agere debet. Debet super hoc arbitros eligere, vel delegare causam alii. arg. ff. de iurisd. omn iu. qui iurisdictioni. Vel posset esse iudex in causa ecclesiæ suæ. De hoc dictum est sup. de iud cijs, cum venissent.

2 Et sine mādato ꝓ consorte, sicut ī c. le de ꝓc. re ligiosus. Io. And.

3 Et de virtute cl̃æ ex certa scientia. vide plene ꝑ Antonium Gabrielum. lib. 5. cō. conclusion. tit. de clausulis. concl. 1.

4 Vide de elec. querelā super gl. Io. And.

tudine prouocati a pdicta priuilegia quasi iā nimia vetustate cōsumpta, cum fuerint non in pergameno, sed in papyro conscripta † duximus innouanda: b nolentes quod ex innouatione huiusmodi nouum c ius monasterio acquirat, sed antiquum (si qd̃ hēt) per innouationē priuilegij conseruetur. ¶ Quia vero p̄latum monasterium ad ius & proprietatem Apostolicæ sedis per priuilegium p̄decessoris nr̃i pertinere mōstratur: ne ius ecclesiæ Romanæ remaneat indefensum, eandē abbatissam ꝓcuratricem d ipsius duximus statuendā: vt cum aduersus Romanæ ecclesiæ possessiones & iura, nō nisi cētenaria currat p̄scriptio, ipsa super hoc & alijs vice nostra procuret, quæ coram te in iudicio fuerint procuranda. ¶ Nolentes igit̃ qd̃ de statu eiusdē monasterij diutius dubitetur, Mandam⁹, quatenus locū tuū & cōmodum eligens, recipias testes, quos ad p̄scriptionē ꝓbandā Hildesemen̄. ecclesia, vel ad interruptionem e ostendendā cœnobium duxerit ꝓducēdos: & si legitimā f p̄scriptionē probauerit, vt intendit: nisi probata fuerit interruptio ex aduerso, subiectionem ipsius monasterij ad iudices epō memorato, cum constet ipsum in sua diœcesi g constitutum, priuilegium qd̃ monasterio innouari fecimus corrumpendo; alioquin eidem super hoc perpetuum imponens silentium, monasterium ꝓnuncies ꝑpetua libertate gaudere, nostro sibi priuilegio resignato.

¶ Idem episcopo, & præposito Vticen̄.

¶ Non valet confirmatio, quam religosus impetrauit a Papa super temporali administratione, seu prioratu, si tacuit se regularem, si vero expressit, rescriptum præsumitur falsum quia Papa non consueuit concedere. h. d. cum seq.

CAP. V.

AD † nostram audiētiā p̄posito Nemanen̄. † ecclesiæ significante peruenit, ꝙ quidā canonici Nemanen̄. † ecclesiæ a nobis lr̃as confirmationis super administrationib. suis obtinere laborant, religionis suę conditione suppressa. ¶ Cum igitur regularibus personis non consueuerit Apostolica sedes aliqua personaliter h confirmare, Mandamus quatenus confirmationes, quas ab ipsis canonicis (cum regulares existant) noueritis taliter impetratas, denuncietis irritas & inanes.

¶ Idem.

¶ Idem dicit quod supra cap. proxim.

e ¶ Ad interruptionem.] sic ∴. de resc. illud. & ca. auditis. vbi de hoc.

f ¶ Legitimam.] scilicet, centum annorum, quæ sola currit cōtra Romanam ecclesiam. ∴ de præscriptionibus, cum nobis.

g ¶ Diœcesi.] vt 16. q. 7. oēs basilicæ. & 18. q. 2. monasteria et ∴. de relig. domib. cōstitutus.

AD nostrā.] Cōis diuisio. Secūda pars. ibi, Cum igitur. Abb. Sic.

CASVS. Quidam canonici regulares impetrabant litteras ↄfirmationis sup administrationib. suis, tacito quod essēt regulares: Significatū fuit hoc domino Papę ex parte prepositi illorum regularium, dicit Papa, quod regularib. psonis Apostolica sedes aliqua non consueuit cōfirmare: vnde mandat Papa, quibusdā, quatenus confirmationes à prædictis regularibus taliter impetratas, denuncient irritas & inanes. Nota, quod regularibus sua beneficia siue administrationes non confirmantur personaliter. Item confirmatio tacita veritate impetrata non valet.

h ¶ Personaliter.] s. tacita veritate qd̃ sit regularis: & si exprimeretur, sunt falsæ litteræ: quia in talibus personis administratio non con firmatur. infra capi. proximo. Secus esset si realiter aliqua concedantur seu confirmētur, quia tunc valent 5 fauore enim religionis multa eis conceduntur. infra de priuilegijs, ex parte, & capitulo, pastoralis. & cap. dadum. & summa est ratio, quæ pro religione facit. ff. de religiosis & sumptibus funerum. l. sunt personæ.

† Cap. 2. eo. tit. in 3. cōp.

† Neumanen̄.

† Neumasen. sed Nemansen̄. scribendum cui lectioni aliquot veteres codices adstipulant.

5 Simile: ∴. de priuil. ne aliqui. lib. 6. Io. And.

Porre-

Porrecta nobis.] Communis diuisio. Secunda pars ibi, Cum igitur. Ab. Sic.

CASVS. Quidam regulares, qui prioratibus suis præsunt, impetrabant litteras confirmationis super prioratibus suis quo ad vixerint possidendis: peruenit hoc ad Papam: dicit Papa, quod non credit huiusmodi litteras, à cancellaria sua emanasse: vnde mandat illos q huiusmodi litteras ostenderunt in quibus administrationes priora tuum confirmantur, puniri tamquam falsarios. Si vero nō fiat mentio de religione ipsorum, illas denunciet non valere tamquam veritate tacita iperratas. Nota quod monachis prioratus & administrationes non confirmantur. Item rescriptum vel cōfirmatio veritate tacita impetrata, non valet.

†Ca. 1. eo. ti. de resc. in 3. cōp. & quatenus ex hoc textu colligi ob ꝓsumptionē puniri aliquē de crīe falsi, vide Ioannem Ananiam in Rubr. de cri. fal. & Alex. cōsil. 77. inc. in cā accusationis. vol. 1

CAP. XI.

Porrecta † nobis ex parte tua petitio continebat, qđ plures ex religiosis, qui Prioratib. vel alijs administrationib. ꝓsunt, a nobis super ipsis quoad vixerint possidendis, confirmationis litteras se asserunt impetrasse[a]: & inf. ¶ Cum igitur a Cancellaria nr̃a hmōi lr̃as emanasse non credamus.[b] Mandamus, quaten⁹ illos, qui tales lr̃as exhibuerint, in quib. prioratus vel administrationes tamquā religiosis confirmantur,[c] eosdem punias tamq̃ falsitatis[d] auctores. † Si vero in eis non fiat mētio religionis ipsorum, illas tamquā tacita veritate surreptas, denuncies non valere.

† actores.

¶ Idem nobili viro Matthæo de Riuarijs. †

† Riuaria.

a ¶ Impetrasse.] tacita veritate: quia tales prioratus non cōfirmātur. supra cap. proxi.

b ¶ Non credamus.] quia omnium habere memoriam, & in nullo peccare, potius est diuinitatis, q humanitatis. C. đ vete. iure enu. l. 2. §. si qđ autem.

c ¶ Confirmantur.] licet enim prioratus aliquando perpetui sint. infra de statu regu. monachi. nec possunt remoueri sine ordine iuris, vt ibi, non tamen confirmantur, vt hic, & supra capitulo proximo. similiter nec episcopatus confirmari consueuerūt, licet sint perpetui. Est enim ratio quare non confirmātur: quia regulariter verum est, quod non sunt perpetui. ꝟ. de statu regu. cum ad monasterium. §. tale: vnde remouentur pro voluntate abbatis, vt ibi dr̃: quia de facili huiusmodi regulares etiam si sint perpetui, remouētur ꝟ de simonia, ꝑ tuas. in fi. Sed si administratio ex certa scientia, & cum causæ cognitione esset alicui confirmata, non posset remoueri sine mādato Papæ, vt sup. eo. c. 1. & 2. & 16. q. 1. peruenit. Sed si confirmetur, & in litteris fiat mentio de ipsis prioribus, nō valent litteræ, immo sunt falsæ, vt hic dicit, & sunt puniendi tamquam falsarii, nisi euidenter appareat, quod ex certa scientia domini Papæ hoc processerit. si vero non fiat mentio de prioribus, tacita veritate sunt impetrata, & ita vtroque casu nō prosunt, vt hic patet.

d ¶ Falsitatis.] qualiter falsarij puniendi sunt, habebis inf. de falsarijs, ad falsariorum.

Examinata.] Primo ponit causam decreti. Secundo decernit: ibi, Vnde Ab. Sic.

CASVS. Inter nobilem virum Matthæum de Riuaria, & quosdam alios milites de Cāpania vertebatur quæstio super iure patronatus ecclesiæ sancti Angeli: de qua sub certa forma compromissum fuit in vicedominum Sabineñ. qui tulit arbitrium super quōne prædicta, quod ab vtraque parte fuit approbatum: & confirmatio obtenta fuit in forma communi à C. Papa. Tandem orta quæstione super ipso arbitrio, delata est causa ad dominum Papam Inno. ipse diligenter examinato negotio, inuenit arbitrium promulgatum fuisse cōtra formam iuris & cōpromissi: vnde ipse arbitrium decernit irritum & inane, non obstante cōfirmatione C. Papæ, qui ꝯfirmauerat illud, sicut prouide latum erat, & ab vtraq; parte receptum. Not. ꝙ non tenet snia arbitri lata contra formam iuris. Item nec contra formam mādati. Itē fines mandati diligenter seruādi sunt. Item sententia, quæ non tenet, confirmari non potest per cōfirmationem in forma communi obtentam. Item quod nō est vel non tenet, ratum non potest haberi per consensum partium.

¶ Sententia seu laudum contra formam iuris vel compromissi latum per arbitros, licet per Papam in forma communi fuerit confirmatum, non tenet.

CAP. VII.

Examinata † causa, quę vertitur inter te, & milites Campanicos super ecclesia S. Angeli: perpendimus arbitrium quod vicedominus Sabineñ. dicebatur super eodem negotio promulgasse, contra formam iuris & compromissi[e] fuisse dictatum. Vnde non obstante confirmatione[f] C. Papæ prædecessoris nostri, qui confirmauerat illud sicut prouide[g] latum fuerat, & ab vtraq; parte receptum, decernim⁹ ipsum irritū & inane.

† Cap. 3. eo. tit. in 3. cōp. Et regulam huius decretalis, ꝙ arbiter dēat seq formā iuris limita nisi arbitro sit data ptās iudicādi ꝺm ꝯsciam. adde Baldum in l. certum. C. vnde cog. & Lāfrancū de Oriano in trac. de arbi. par. 7. q. 14.

e ¶ Iuris & compromissi.] duplici ergo rōne non valuit arbitrium: Primo quia contra ius fuit latū arbitriū, forte ꝑ sordes vel ꝑ gratiā, & iō nullū. C. de arb. l. 3. j. sic ēt obtinet in alijs iudicibus si ferant sniam cōtra ius scriptum, non tenet 2. q. 6. ei qui §. diffinitiua uer. item si contra ius. sed contra ius litigatoris lata bene tenet sententia, à qua non est appellatū, vt ibidem dicitur. & ꝟ de re iudic. cum inter vos. in fi. Et idem intellige in arbitrio: quia contra formam compromissi nihil potest facere arbiter. sup de arb. cum dilectus, ff de arb. l. pedius. in fi & l. non distinguemus. §. de officio.

1 Vide ꝟ. tit. 1. cū ab oi. in vl. glo. Io. And.

f ¶ Non obstante confirmatione.] & ita patet quod confirmatio nihil vel modicum operatur: quia si aliquid inuenit, confirmat illud: aliás nihil operatur. ꝟ. de conces. præb. quia diuersitatem. 2 & sic patet quod confirmatio sub forma communi nō impedit petitionem alterius, nec cognitionem iudicis. De hoc dictū est sup. e. c. j. arg. quod si principale cassatur, & accessorium. sup. de fide instru. & supra, de re iudi. cum inter vos.

2 Vbi de hoc in fi. & ꝟ. de re. iur. accessorium. li. 6. Io. And.

[Glossa seq. recitetur per duplex contrarium, s. inf. cap. proxim. & inf. de uerborum significatione, abbate.]

g ¶ Sicut prouide.] hæc enim verba, sicut prouide. in confirmationibus posita, conditionaliter intelliguntur, ut hic patet. & ꝟ. de conces. præben. quia diuersitatem. Argumen. contra infra cap. proxim. Secus si ponuntur in priuilegio: quia cum priuilegium sit lex priuata. certum debet ibi poni. ut aliquid concedat priuilegium infra de verbo. signi abbate. aliás esset inutile infra de priuile. in his. argumen. supra de officio deleg. quoniam abbas, & supra de electio. cum monasterium. Ioan.

Venera-

VEnerabilis,] Communis diuisio, Secunda: ibi, Mādamus. Abb. Siculus.

CASVS. Inter archiepiscopum Nicosieñ. & suffrageneos eius ex vna parte, & regē, barones & alios nobiles regni Cypri super quibusdam decimis quæstio exorta fuit: sed mediante Albeñ. episcopo tunc legato, inter eos amicabilis compositio interuenit, hoc adiecto in compositione, quod quam citto per sedem Apostolicam fuerit confirmata, statim debeat executioni mandari: Postmodum Papa illam confirmauit: & ad maiorē securitatem tenor compositionis insertus fuit in ipsa confirmatione: ipsi tamen nobiles ipsam compositionem seruare nolebant, sumentes occasionem ex eo videlicet, quod verbum confirmationis secundum stylum ecclesiæ Romanæ præcedit tenorem compositionis id est in literis confirmationis præmisit Papa verba illa; compositionem per legatum factam confirmamus: sicut sine prauitate facta est: & ex eo videlicet eā seruare nolebant, quia clausula illa consueta: sicut sine prauitate facta est, in litteris confirmationis continetur: cum per hoc non videbatur simpliciter confirmata, sed sub conditione, uidelicet si iuste esset lata: quod quod archiepiscopus & suffraganei eius significauerūt hoc domino Papæ: unde ipse mandat prædictis nobilibus, quatenus, si prædicta vera sunt, compositionem illam adimplere procurent. No. quod compositio amicabilis potest fieri inter ecclesiam & laicos, super decimis, dum tamen auctoritas Papæ interueniat. vt hic patet, aliàs non credo quod valeat citra confirmationem Papę, inter ecclesiam & laicos, sed hoc actum fuit inter partes; aliàs non valeret nisi Papa confirmaret compositionem. Not. quod ex quo Papa ex certa scientia compositionem vel transactionem confirmat, tenet & valet, etiam si alias non valeret.

† In codice Barbarię ita: mediante Albañ. epo tunc legato.

† quantocius.

¶ Honorius tertius illustri Regi, Baronib. & militibus, & alijs hominibus Cypri.

¶ *In confirmatione ex certa scientia dictio, sicut. ponitur causatiue. nec nocet si verbū confirmationis præcedit tenorem confirmati.*

CAP. VIII.

VEnerabilis frater N. archiepiscopus Nicosieñ. & suffraganei eius trāsmissa nobis petitione mōstrarunt, quod inter ipsos & vos sup quibusdā decimis, mediātē † Albaneñ. epō tunc Apostolicę sedis legato amicabilis cōpositio[a] interuenit, expresse adiecto, qđ quātocyus † eā auctoritate Apostolica confirmari cōtingeret, statim deberet executioni mādari; verum licet sit p nos confirmata, & ad maiorem rei euidentiam literis confirmationis tenor compositionis insertus[b], ipsam tamen renuistis obseruare: occasionem friuolam prætēdentes, tum ex eo quod in litteris verbum, confirmationis, [tenorem † compositionis] iuxta stylum ecclesiæ Romanæ præcedit; tum quia clausula consueta, scilicet, [sicut sine prauitate [c] prouide facta est,] in eisdem litteris continetur; & infra. Mandamus, quatenus si præmissis[d] veritas suffragatur, cōpositionem eandem adimplere curetis.

¶ Idem vniuersis Abbatibus & Prælatis, ac cōuentibus & clericis, in Cōstatinopolitana, diœcesi constitutis.

¶ *Collatio ecclesiæ alteri facta per legatum, & per Papam confirmata, ius diœcesani non lædit.*

CAP. IX.

SVa † nobis patriarcha Constātinopolitanus

a ¶ Amicabilis compositio] bñ dicit, amicabilis compositio quia transactio sup decimis vt aliquid temporale deē pro decimis, non valet. ĵ. de rerum permu. c. vlt. nec sup alio spirituali. š. de transf. constitutus. sed compositio bñ interuenit in decimis & alijs spiritualibus. š. de transf. statuimus. & c. de cetero. & ĵ. de decimis. ex multiplici.

[Gl. seq. quærit, arg. pro, & soluit.]

b ¶ Tenor compositionis insertus:] vt p hoc appareat, quod compositio legitima fuerit, & nō possit de ea dubitari arg. š. eod c. 1. & 2. vñ non posset alius iudex vlterius de quōne suborta cognoscere, ut ibi dicitur: quia Papa ex certa scientia cū eam viderit, confirmauit immo si cōpositio alias non valeret. ex quo Papa ex certa [1] scientia confirmat, valet. š. de transact. c. 1. & cap. veniens. Si uero tenor compositionis nō esset ibi insertus, nec ipse vidisset compositionem & eam confirmasset, sicut prouide facta est, nihil operaretur, vt š. c. prox. & vt dictum est, š. e. c. [1] Sed nunquam necessarium erit de cætero ostendere instrum cōpositionis, postquam ostenditur confirmatio Papæ, in qua continet tenor compositionis: arg. quod sic š. de fide instrum. c. 1. C. de eden. auth. si quis in aliquo. sed non credo qđ de cætero expediat ostendere instrumentum compositionis de necessitate, cum auctoritate Papæ transcriptum sit & redactū in publicam confirmationem. C. de te. sta. publicati. & ĵ. de priui. cum olim essemus. & arg. š. de fide instr. c. vlt. De hoc no. ĵ. de verb. sign. abbate.

[Gl. seq. recitat obiectionem & solutionem.]

c ¶ Sicut siue prauitate.] per ista verba q̄ in confirmationibus conditionaliter intelligunt, vt dictum est š. cap. proxi. dubitabatur, an teneret compositio: quia nō videbatur eam confirmasse simpliciter vnde eam seruare timebant; sed errabant: quia illud intelligitur cū Papa confirmat ea, quæ non videt: & iō dicit, in cōfirmationib. sicut sine prauitate sed q̄n cognoscit de compositione, & videt ea quæ confirmat, tūc licet illa verba ponantur in confirmatione, non intelliguntur conditionaliter. sed causatiue; & sic intelligitur; sicut sine prauitate facta fuit compositio. i. quia sine prauitate, Bernr.

d ¶ Si præmissis veritas suffragatur.] i. si compositio taliter fuit facta & confirmata tenore compositionis inserto: quia per hoc apparet quod ipsam approbauit: vnde mandat eam seruari.

SVa nobis] Communis diuisio. Secunda pars: ibi, Cum igitur Ab. Sic.

CASVS. Quidam Cardinalis legatus Apostolicæ sedis in partibus Constantinopolitanis, contulit quædam monasteria quibusdam alijs ecclesijs in temporalibus & spiritualibus: super illis collationibus confirmatio Apostolice sedis obtenta fuit in forma communi: Isti prælati quorum ecclesiæ alijs collatæ fuerant, sumentes occasionem ex collationib. prædicti legati, & confirmationibus, patriarchæ Constantinopolitano obedire recusant. & ei de iuribus parochialib. respondere: Vnde patriarcha Constantinopolitanus conquestus fuit domino Papæ. Super hoc scribit Papa

1 De virtute clausulæ: ex certa sciētia, vide latè per Antoniū Gabrielium lib. 6. com. conclusion. tit. de clausulis. cōclusione 1.

† Hæc duo verba: [tenorem compositionis,] in omnibus impressis codicibus, vno satis vetusto excepto, desiderantur, & male, quia sine illis nullus constat sensus, ea tñ ex oib. manuscriptis suppleta sunt.

† Vide Archidiaconū in c. de ecclesiasticis, 25. q. 2.

conquestione monstrauit, quòd cum quidam vestrũ sumentes occasionem ex eo quòd I. L. presbyter Cardinalis tunc Apostolicæ sedis legatus, quibusdam alijs ecclesijs, & clericis in spiritualibus & temporalibus contulit monasteria eorundem†, ipsi patriarchæ obedire recusant, & ei de iuribus patriarchalibus respondere: in suæ præsumptionis adiutorium inducentes confirmationes huiusmodi collationum, à sede Apostolica impetratas.

¶ Cum igitur nolumus † iura, quæ dięcesanis debẽtur, per collationes seu confirmationes prædictas minui [a] seu lędi: Mandamus, quatenus occasione huiusmodi non obstante, ipsi patriarchæ reuerentiam & obedientiam exhibere curetis, eique de iustitijs suis integre respondere.

† al. earundem.

† nolimus.

Papa vniuersis prælatis diœcesis, Constantinopolitanæ dicens, quod ipse non vult iura, quæ diœcesanis debentur, per huiusmodi collationis, seu etiam confirmationes minui siue lædi: vnde mandat prædictis prælatis, quatenus huiusmodi friuola occasione non obstante, ipsi patriarchæ obedientiam & reuerentiam exhibere procurent, & ei de suis iustitijs semper respondere. Nota, ꝙ legatus non potest subijcere vnam ecclesiam alteri in præiudicium dięcesani episcopi: nec Papa per hmõi confirmationes super hoc obtentas intelligit iuribus episcopalibus præiudicium generare. Item per confirmationem ius alterius non tollitur.

a ¶ Minui.] quia nõ debet inde procedere iniuriarum occasio, vnde iura nascuntur. C. vnde vi. meminerint. infra de accusa. qualiter. & quando, & quia si sua iura vnicuiq; episcopo non seruantur, quid aliud est quã vt ordo ecclesiasticus confundatur? vt 11. qu. 1. puenit, nec fuit intentio domini Papæ per cõfirmationem huiusmodi aliquid subtrahere episcopo diœcesano, nec etiam per collationem Cardinalis, immo remanet ius saluum dięcesano episcopo, J. de relig. domi. c. 2. & dicit Papa: nec honorem meum reputo in quo fratres meos honorem suũ perdere cognosco, vt 99. distinct. ecce. Et sic patet, quòd per confirmationem huiusmodi ius alterius non tollitur, sic etiã licet Papa recipiat aliquem sub sua protectione, non propterea eximitur à iurisdictione sui episcopi. infra de priuileg. ex parte, sic licet aliqui assumantur in confraternitatem Hospitalariorum, siue Templariorum, non eximuntur à iurisdictione suorum episcoporum, infra de priuileg. cum & plantare. §. penul. & c. ex tuarum. & cap. penul.

Bernardus.

FINIS LIBRI SECVNDI.

LIBER

